

0041 .

Anonyme.

Artis Auriferae, qvam chemiam vocant.

Volume 1.

Conradi Waldkirchi. Basileae.

1590 .

Avertissement au lecteur.

Le format de ce document est une photocopie texte, c'est-à-dire est exactement conforme à l'original, au caractère près. Ainsi la pagination, le nombre de lignes par page et le nombre de caractères par ligne est respecté, permettant ainsi une recherche facile des références citées par d'autres auteurs. Seules les pages blanches sont supprimées pour faciliter la lecture.

Les éventuelles erreurs d'orthographe, de numéro de page, etc... du document sont en principe identiques à l'original. Cependant malgré le soin apporté à la mise en texte de cet ouvrage, il peut subsister des différences par rapport au texte original. En effet la procédure de création de ce fichier texte, à partir du livre original, nécessite un grand nombre d'opérations délicates, laissant place à d'éventuelles erreurs.

En cas de doute, prenez le soin de vérifier sur le texte original du livre papier.

AURIFERAE,
 QUAM CHEMIAM
 VOCANT,

Volumina duo,
 QUAE CONTINENT

TURBAM PHILOSOPHORVM,
*aliosq; antiquiss. auctores, quae versa
 pagina indicat.*

Accessit nouiter volumen tertium,
 continens:

1. Lullij vltimum Testamentum.
2. Elucidationem Testam. totius ad R. Odoardum.
3. Potestatem diuitiarum, cum optima expositione Testamenti Hermetis.
4. Compendium Artis Magicæ, quoad compositionem Lapidis.
5. De Lapide & oleo Philosophorum.
6. Modum accipiendi aurum potabile.
7. Compendiũ Alchimix & naturalis Philosophix.
8. Lapidum.

Item Alberti Magni secretorum Tractatus.

Abbreuiationes quasdam de Secretis Secretorum Ioannis pauperum.

Arnaldi Quæst. de Arte Transmut. Metall. eiusq; Testamentum.

Omnia hætenus nunquam visa nec edita.

Cum Indicibus rerum & verborum locupletiss.

BASILEÆ,

Typis CONRADI WALDKIRCHI.


clō Io ex.

@

501 | A
vol 1

(vol 2 not in library)

@



@

WELLCOME
HISTORICAL
MEDICAL
LIBRARY

ARTIS

70081

AURIFERAE,
QUAM CHEMIAM
VOCANT,

Volumina duo,

QUAE CONTINENT
TURBAM PHILOSOPHORVM,
*aliosq; antiquiss. auctores, quae versa
pagina indicat.*

Accessit nouiter volumen tertium,
conticens:

1. Lullij vltimum Testamentum.
2. Elucidationem Testam. totius ad R. Odoardum.
3. Potestatem diuitiarum, cum optima expositione Testamenti Hermetis.
4. Compendium Artis Magicæ, quoad compositionem Lapidis.
5. De Lapide & oleo Philosophorum.
6. Modum accipiendi aurum potabile.
7. Compendiū Alchimie & naturalis Philosophiæ.
8. Lapidarium.

Item Alberti Magni secretorum Tractatus.

Abbreuiationes quasdam de Secretis Secretorum
Ioannis pauperum.

Arnaldi Quæst. de Arte Transmut. Metall. eiusq; Testamentum.

Omnia hætenus nunquam visa nec edita.


Cum Indicibus rerum & verborum locupletiss.

BASILEÆ,

Typis CONRADI WALDKIRCHII.

1510

@



IN HOC I. VOLUME
CONTINENTVR:




- 1 Propositiones, seu maximæ artis Chymicæ.
- 2 Turba Philosophorum. p. 1.
- 3 Turbæ Philosophorum alterum Exemplar. p. 43.
- 4 Allegoriæ super librum Turbæ. p. 89.
- 5 Aenigmata ex Visione Arislei. p. 94.
- 6 Exercitationes in Turbam. p. 99.
- 7 Aurora Consurgens. p. 119.
- 8 Rosinus ad Euthiciam. p. 158.
- 9 Idem ad Saratantam Episcopum. p. 178.
- 10 Liber Definitionum eiusdem. p. 197.
- 11 Mariæ Prophetissæ Practica. p. 203.
- 12 Liber Secretorum Calidis filij Iazichi. p. 208.
- 13 Liber Trium verborum. p. 226.
- 14 Aristoteles de lapide Philosophorum. p. 232.
- 15 Auicenna de Conglutinatione lapidis. p. 240.
- 16 Expositio Epistolæ Alexandri Regis. p. 245.
- 17 Ignotus Autor de Secretis lapidis. p. 249.
- 18 Metlini allegoria de arcano lapidis. p. 252.
- 19 Rachaidibi de Materia lapidis. p. 255.
- 20 Auicennæ Tractatulus de Alchimia. p. 260.
- 21 Semita Semitæ. p. 280.
- 22 Clangor Buccinæ. p. 288.
- 23 Correctio fatuorum. p. 349.
- 24 Incertus Autor de arte Chymica. p. 369.


Ex his priores decem & postremum, ex manu-
scriptis exemplaribus impressimus.

TYPO.

Nº 20. Avicennæ Tractatulus
ist, nach Wüstenfeld, Gesch. d. Arab. Ärzte,
p. 72, von Abu Sina (Avicenna)
selbst verfasst, im Zusammenhang
zu den andern alchem. Schrift-
ten unter d. Namen Avicennæ.
auch in BB 15. hier.



TYPOGRAPHVS
 LECTORIBVS
 S. P. D.


 NTE annos aliquot, a-
 mice LECTOR, edi-
 dimus Volumē satis iu-
 stum, variorum autorum
ᾠδῶν χρημείας tractantium,
 opera GVLIELMI
 GRATTAROLI Medici, collectum.
 Id cū non malè nobis celsisset, gra-
 tumque fuisse huius Philosophiæ stu-
 diosis animaduertemus, animum ad
 eam artem magis excolendam & illu-
 strandam, quod in nobis fuit, appuli-
 mus. Itaq; iuuantibus amicis, Viris do-
 ctis, plura collegimus, & ex eis collectis
 meliora, vt puto, selegimus: duobus-
 que hisce voluminibus, forma commo-
 diori, nec sumptuosa, distribuimus, co-
 gitamusque adhuc præstantiora, si Deus
 nobis otia fecerit, amicique iuuerint, in
 lucem dare: quibus homines huius præ-

P R A E F A T I O .

stantissima & utilissimaque artis cupidi,
vbi fruique possint. Sed dicet aliquis, me
his meis editionibus plus nocuenti
Reipublicae adferre, quam emolumentum,
cum vana sit ars, & scientia nulla: quae
non de rebus omnino certis, sed incer-
tis, & raro contingentibus, imò rarissi-
mè, aut fortè nunquam multorum opi-
niones tractet. Neminem enim haec-
tenus nostro, aut superiori saeculo praestitisse,
quae tam magnificè multifariamque
pollicentur huius artis Scriptores. Cum
igitur sine careat intento, omnia autem
propter finem fiant, sequitur, nullam esse
artem, nullamve scientiam, & ridiculos
illos atque stultos, qui haec tractant, aut
impostoribus inertibus credunt. Qui-
bus cum à praestantibus doctissimisque
Philosophis certis demonstrationibus
fatis superque responsum sit, probataque
huius artis veritas (praesertim verò à ce-
leberrimo Philosopho Petro Bono Fer-
rariensi in sua Preciosa Margarita, nunc
primùm à nobis integrè (& non vt antea
Venetijs) edita: nec non à Laurentio
Ventura Veneto, nostra hac aetate, libro
ad illustrissimum Ottonem Henricum
Palatinum

PRÆFATIO.

Palatinum dicato, & à nobis edito, artis veritas vindicata, & olim ab infinitis ferè viris Philosophis idem factitatum) nihil mea responsione opus est: cum præfertim meum non sit docere aut partes defendere: sed bonarum literarum & artium doctores in publicum ad communem vtilitatem edere, & inter se eos committere, vt veritas tanquam ex filicum collisione excutiat. Interim tamen quod mihi, inertifcilicet, videtur, dicam. Ab illis ferè contradici, qui in ea arte (& si alioqui doctissimi) nunquam versati sunt: neminem verò magis temerariè aut agere aut iudicare, quàm ignari & imperiti iudicant. Inexperto enim videntur multa impossibilia, quæ tamè arte & naturâ facillimè fiunt, vt passim in omni ferè genere artium experientia docet. Contrà peritus & expertus naturæ sagacissime scrutator, & vt ita dicam, coadiutor, ingenio atq; sollicitudine, etiam quæ imperitis & ignaris impossibilia videntur, & supra captum vulgi, præstare atque efficere potest. Quod ad me attinet, etsi nunquam huiusmodi attigerim, neque is sim, qui de tam abstruso mysterio

P R A E F A T I O.

quicquam iudicare possim, non possum tamen in animum inducere meum, tot doctos Philosophos, & magni nominis viros, imò etiam illustres Reges huius artis præcipuos scriptores, quorum scripta etiam proferimus, deceptos fuisse, aliosque decipere voluisse, cum aliàs nomen præstantissimũ apud omnes doctos iam per tot secula consecuti sint: vti Geber, Auicenna, Rasis, Villanouanus, Raymũdus, & alij penè infiniti, tum veteres, tum neoterici, à quorum nominibus nunc abstinemus. Non dubito etiam multos hodie esse, fuisseque antea insignes impostores; homines nequam, literarum & omnium bonarum artium, atque morum rudissimos, omnis generis nequitia peritissimos, qui cum præter Cererem & Bacchum, quibus ita familiariter vtuntur, vt etiam eorum stigmata nõ in corpore tantum, sed in facie & naso insigniti, nihil prorsus sciant, magnificis tamen verbis venditant se magnatibus pro Geberis & Raymũdis, vt eorum crumenas decoquant, cum ne aquã quidem ardentem ex vino conficere possint: cuius tamen dolia integra singulis diebus

P R A E F A T I O .

mus: omnia verò ex manuscriptis exemplaribus, vel nunquam edita priùs, vel meliora & auctiora damus. Quidque in singulis Tomis contineatur, sequens à titulo pagina indicat. Nunc nobis orandus es, vt hos nostros qualescunque labores boni consulas: meliora forsitan à nobis accepturus, si huius artis, & in primis veritatis amantes in commune consulere voluerint, nobisque communicare, quæ aliàs nullo suo emolumento, aliorum verò detrimento apud illos perire possunt. Quod dictum velim non tantum in hac arte, seu scientia, quàm in aliis omnibus. Si enim veteres sibi tantum nati fuissent, scientiasque ac artes nobis cælassent, quid quæso differremus à cæteris animantibus? His itaque grato animo fruire.

Vale.

P R O-



PROPOSITIONES, SEV
MAXIMAE ARTIS
CHEMICÆ.

PROPOSITIO I.

OMNE purum & mundum extractum à sua minera & lapidibus, tum rebus extraneis, sine aliqua preparatione, quæ non funditur ut cera, incongrua est huic operi. Ex hac concluditur, quòd excluduntur omnia metalla, & omnes species Marchasita, vitrum, crystallum, corallus, & omnes margarita, quæ in igne non liquefiunt.

Propositio II.

Omne sublimabile, quod adhæret lateribus vasis prohibentis visionem rei extraneæ in vase, remota est & incongrua huic negotio. Ad hoc excluduntur maximè omnes quatuor spiritus principales: scilicet argentum viuum, arsenicum, sulphur, & omne genus tutia & magnesia.

Propositio III.

Omne minerale, cuius non sit terra, a-

PROPOSITIONES.

lienum est & inimicum huic operi. Ex hoc excluduntur omnia, quæ procedunt ab animalibus, ut sunt capilli, sanguis, caro, ster-
cus, ova, & similia: & etiam omnia anima-
lia, ut testudines, caragdi, talpæ, rana, apes,
& similia.

Propositio IV.

Qualibet res animata & procedens à re-
bus inanimatis, inepta est huic arti maiori.
Ex hac propositione maximè excluduntur o-
mnes superfluitates animalium, & omnia ve-
getabilia, & quæ ab eis procedunt, ut puta vi-
num, aqua ardens, oleum, mel, urina, sperma,
& his similia.

Propositio V.

Omne quod in una hora diei naturalis
non potest ad ignem denigrari, dealbari, &
rubificari, non intrant in compositionem hu-
ius operis, obtinens locum masculinitatis.

Propositio VI.

Omne quod caret fumo rubeo, clausum, &
in vase paruo ad ignem debitum, non intrat
in compositionem huius operis, tenens locum
fæmi-

PROPOSITIONES.

*fæmineitatis. A duabus prædictis maximis
excluduntur alumina & sales, & omne ge-
nus baurachiorum, & gignarum, & omnes li-
quores ab eis procedentes.*

Propositio VII.

*Nulla res unius numeri potest perficere
opus maioris ordinis. Ex hoc maximè elici-
tur, quòd lapis Philosophorum fit ex duobus:
scilicet masculo & fæmina: vel ex rubeo &
albo.*

Propositio IIX.

*Quicquid in uno vase, & in uno nume-
ro non potest compleri, incongruum est huic
operi. Et ex hoc maximè excluduntur plura-
litates vasorum.*

Propositio IX.

*Quicquid spatio centum dierum ad plus
non valet talem perfectionem finire, & au-
rum & argentum facere, inimicum est huic
operi. Ex hoc maximè excluduntur nouem
menses, vel elicitur quòd lapis debet compleri
in centum diebus ultima perfectione, usque
ad tempus multiplicationis inclusivè.*

PROPOSITIONES.

Propositio X.

Omne quod in primis sex diebus ad ignem debitum fusum in vase physico in furno sibi necessario non apparebit croceum, & in alijs sex diebus rubeum, & in subsequentibus album albedine perfecta, & in triginta diebus concludentibus rubicundissimum rubedine perfecta, non est de intentione huius operis. Ex hoc maximè elicitur modus operandi: scilicet quod lapis physicus debet poni in vase vitreo inuio- labiliter clauso in furno physico, & fundi debet ad lentum ignem, & in illa fusione debet teneri ad ignem uniformem per spacium dierum decem & octo, in primis sex diebus medicina erit crocea, in alijs sex diebus erit rubea, & in alijs sex erit nigra, & postmodum rubea intensissima rubedine, quam tenebis per triginta dies, in quibus debes nutrire cum duobus luminibus non multum grossis dictum lapidem die noctuq; per spacium dictorum triginta dierum. Quibus finitis, apparebit color croceus, qui cooperiet totum rubeum ad instar nubis. Et ille color croceus cessabit infra spacium octo dierum: postmodum apparebit albedo perfecta & clara, ut stella Dianæ: & erit medicina perfecta ad Lunam super Mercurium

PROPOSITIONES.

rium, & corpora imperfecta ad infinitum. Adhuc addito uno lumine debet nutriri per spacium triginta dierum cum tribus luminibus, & apparebit medicina rubicundissima ad modum Scarlati, & erit medicina perfecta ad rubeum super Mercurium, & corpora imperfecta in perpetuum & in infinitum, Christo fauente, Deo gratias.

Propositio XI.

Omnis medicina, quæ seipsam multiplicare non potest ad infinitum, non est de intentione operis maioris ordinis. Ex hoc maximè elicitur, quòd multiplicatio huius operis sit una pars medicine prædictæ: ad rubedinem debet poni vas prædictum, cum duodecim partibus cum igne trium luminum per quindecim dies, & deueniet ad ultimam rubedinem, & erit Elyxir ad rubeum perfectum, & ita potes multiplicare in infinitum.

Propositio XII.


Quicquid excedit valorem unius uncie auri puri, non est de intentione maioris ordinis. Et ex hoc maximè elicitur, quòd illa, quæ lapidem physicum componunt, si excedunt un-


@

Turba Philosophorum.



@





TVRBA PHILO- SOPHORVM

IN

SECVND A PHILOSOPHIA

LONGE' DIVERSA ET COPIO-

*sior, quàm relique, que passim**circumferuntur.*

NITIVM LIBRI TVRBAE PHILOSO-
PHORVM, in quo discipulorum pru-
dentiorum dicta Arisleus congregavit,
Pythagoram philosophũ & magistrum
introducendo, sententiasq; ex discipu-
lis colligendo. Vocatur & hic liber ter-
tia synodus Pythagorica, de occulta sapientia inscri-
ptus. Iubet autem Pythagoras Eximidium discipulum
collocutionem ordiri, & de sapientia occulta differere,
deinde & cæteros ordine quoque suam sententiam ef-
ferre. Incipiens itaque.

EXIMIDIUS ait: Omnium rerum initium esse na-
turam quandam, eamq; perpetuam, infinitam, omnia
fouentem coquentemque. Naturam autem corruptio-
nis & generationis tempora esse veluti terminos, qui-
bus ad id quod vniuersalis natura fouet, ac coquit, per-
uenitur. Stellæ verò & astra cùm ignea sint, vtiq; natura
coctionis & fomenti sunt. vt autem mansura essent, &
suum officium rectè facerent, Deus inter ea & terram,
resque fouendas & coquendas, aëra constituit, qui
stellas contineret & prohiberet, ne (præsertim Solis
flamma, taceo enim de cæteris, ait) omnia subsistentia
combureret. Et si spiritibus, quibus creaturæ genera-

tur, aër non inspiraret, omnia Sol suo calore subsistentia destrueret. Sed & aqua frigiditate & humiditate sua omnia destrueret, nisi intercederet aër. Aër itaque cum calidus & siccus sit, sic concordat calorem ignis coelestis & stellarum cum frigiditate aquea, ut inter eos perpetua sit mansura amicitia, omniumque rerum existentium procedat fomentum & decoctionis beneficium.

Ait T V R B A: Bene descripsisti ignem, persequere igitur.

Ait ille: Aëra magnifico & honorifico, eò quòd ipso opus emendatur, cum inspissat & rarefcit, & cum calefit & frigescit. Eius autem spissitudo fit, quando in cœlo distinguuntur propter Solis eleuationem. Eius verò raritas fit, quando ex altero Sole aër rarefcit & calefit. Illo verò rarefcente propè fit Sol: quo propinquo, calor peruenit homini & creaturis.

Ait ANAXAGORAS: Bene descripsisti aëra. At scitote Turba, quòd quatuor interiorum spissitudo in terra sola quiescit, eò quòd ignis spissum in aëra cadit, aëris verò spissum, & quod ex igne spisso congregatur, in aquam incidit. Aquæ quoque spissum, & quod ex ignis & aëris spisso coadunatur, in terra quiescit. Ita istorum quatuor spissitudo in terra quiescit inque ea coniuncta sunt. Ipsa ergo terra omnibus cæteris elementis spissior est, uti palàm apparet, & videre est. Ignis autem rarior est cæteris, & uti terra, quæ spissior, est inferior, ita ille superior & dignior. Aer verò minus rarus igne, aqua rursus minus rara quàm aer. Omne enim frigidum & humidum, est minoris raritatis, quàm calidum & humidum. Et minoris raritatis est terra quàm aqua, eò quòd est frigida & sicca: & omne frigidum & siccum minus rarum est, quàm frigidum & humidum.

Ait PYTHAGORAS: Bene aprastis, ô filij doctrinæ, harum naturarum descriptiones, ex quibus Deus omnia creauit. Persequimini ergo.

Ad hæc LVCAS ait: Notifico vobis, quòd ex his quatuor naturis, Deus omnia creauit, & omnia creata in eas reuertuntur: in his generantur & moriuntur suo tempore, prout Deus destinauit.

Ait

PHILOSOPH.

Ait LOCATES: Scitote quòd creatura Mundi, ex duobus densis, & duobus raris creatà est. & nihil densorum sublimi inest creaturæ. Ideoque & Sole, & omnibus inferioribus est creaturis rarior.

Inquit PYTHAGORAS: Dico Deum ante omnia fuisse: & cùm solus esset, quatuor creauit numero simplicia, quæ sunt quatuor elementa, eiusdem essentia, id est, materia, diuersarum tamen formarum, hoc est, qualitatum simplicium, quæ ad inuicem conuertuntur, è quibus iam creatis, omnia deinceps creauit, tam sublimium quàm inferiorum, eò quòd oportuit creaturas ex radice quadam extrahi, à qua multiplicarentur ad inhabitandum mundo. Ideo ante omnia Deus quatuor creauit elementa, ex quibus postea quod uoluit, creauit, diuersas scilicet naturas, quarum quasdam ex vno creauit.

Ait TURBA: Quæ sunt illa magister, quæ Deus sublimis ex vno creauit?

Et ille: Sunt Angeli, quos Deus ex igne creauit.

Et TURBA: Quæ sunt creata ex duobus?

Et ille: Creata sunt ex duobus, Sol, Luna & Stelle, nempe ex aere & igne. Ideo sunt Angeli, Sole & Luna & stellis lucidiores, eò quòd ex vno singulari, quod est quartum & omnium rarissimum, creati sunt: Sol uerò, Luna & stellæ, ex ignis & aeris composito creati sunt.

Inquit Turba: Et cœli creatio vnde?

Et ille: Creauit Deus cœlum ex aqua & aere, ita cœlum quoque ex duobus est compositum, ex altero rariorem scilicet aere, & altero densorem, scilicet aqua.

Et illi: Magister perage dicta tua, & ediffere de tribus.

Et ille: Ex tribus elementis Deus creauit volatilia, bruta animalia, ac vegetabilia, scilicet ex aere, aqua & terra.

TURBA autem ait: Difeerne hæc Magister.

Et ille: Quædam creata sunt ex aere, & terra: quædam uerò ex igne, aere, & terra. De proximo, exemplo sunt volatilia, & omnia spiritum habentia, de primo uerò sunt exemplo, vegetabilia. Omnia uerò bruta ex terra, aere & igne sunt: vegetabilia autem ex aqua, terra & aere, nihilque habent commune cum igne.

Et illi: Dicemus tamen etiam vegetabilibus inesse ignem?

Et ille: Verum dicetis: nam ex aeris calore in eo abscondito, quemadmodum significavi tenuem ignem aeri inesse, ignis illis inest, quia aeri inest ignis, & aer in vegetabilibus. De igne autem elementari per se loquendo, non inest, nisi spiritum & animam habentibus. Ex quatuor autem elementis homo creatus est. Intelligit igitur omnes, quod omne quod ex vna creauit Deus essentia, non occidit, aut moritur, nisi in die iudicij. Mortis enim diffinitio, est compositi dissolutio: Incompositi autem nulla est disjunctio. Ex duob. autem, vel tribus, vel quatuor compositis, vnumquodq; compositum separari necesse est, quæ separatio mors est. Et scitote, quod quicquid ex solo igne simplici & tenuiss. creatum est, id neque bibit, neque comedit, neque dormit, sed quod ex spisso igne creatum est secus habet.

Inquit ARISTEVS: Magister, quia ad posteritatis utilitatem nos coadunasti, nihil quidem vtilius cognitione elementorum ad nostram notitiam peruenire potuit. At nunc cuperemus de occulta sapientia, propter quam excutiendam conuocati sumus, verba fieri.

Et ille: Dixi ante, quod Deus omnia, hoc est, quatuor elementa ex nihilo, deinde ex his omnia creata eduxit, cœlum, thronos, angelos, stellas, mare, & omnia quæ in eis sunt. Et quia videmus quatuor illa elementa ferè inimica inter se, ideo creaturæ variæ sunt: Nam si ex eodem cuncta elementa essent creata, vnius essent naturæ, & conuenirent. Attamen & illa quatuor sic vniuit & copulauit Deus, vt pacem perpetuam obseruare necesse habeant: ita siccum humido, & calidum frigidum sæpe miscetur, & conueniēter coit, & inde creaturæ exeunt, quæ preciosissimæ etiam sunt. Eorum autem elementorum quæ cœunt, duo videntur & tanguntur: duo verò non videntur neq; tanguntur. Quia si coniunguntur ea tantummodo quæ videntur & tanguntur, proculdubio etiam reliqua commixta sunt, quæ duobus prioribus insunt: Aer enim de igne participas, etiam cum aqua commune quid habet, similiter & terram hæc

ram hæc omnia in se complecti, supra est dictum. Quòd si æs nostrū, quod terra est, aquæ miscueritis, rem grandem efficietis. Nam ære ipso nostro cum aqua maris imposito & cocto, terram ostendit, aquam imbibens, & alia duo elementa in se complectens: quod significatur processu operis, contritione sc. & coagulatione lapidis, statim ex his nummos fieri. Sed quid vos singuli hac super re tractaturi & dicturi sitis, audiam. Interim ubi nec ab insipientibus agnoscat, nec à filiis doctrinæ ignoretur, expositionem incipiat. & tu prior dic Aristenes.

ARISTENES ait: Huius operis clavis est numerum ars. Accipite igitur corpus quod vobis monstratum est, ac in tabulas tenues coaptate: deinde maris nostri aqua imponite, quæ dum regitur, Aqua permanens dicitur. Post imponite leui igne, donec tabulæ confringantur, & fiant aqua, & Etheliæ iungite, & lento igne simul affate, donec fiat brodium saginatum, & in suam Etheliam vertite, donec coaguletur, & fiat numus varius, quem Solis florem nuncupamus. Coquite cum deinceps, donec nigredine priuetur, & albedo appareat. Postea regite ipsum, & animam auri commiscete, & coquite, donec fiat Ethelia rubea, quam terite cum patientia, nec vos tædeat eam cum aqua imbuere, quæ ex ea exiuit, & quæ est permanens, donec rubeum fiat. Hoc enim est æs combustum, & auri flos, & fermētum: quod cum aqua permanente dirigite, postea desiccate, donec puluis fiat, & omni humiditate priuetur.

Inquit PARMENIDES: Scitote, viri prudentes, quòd inuidi multipliciter tractauerunt de aquis, brodijs, corporibus & metallis. vt vos decipiant qui scientiam inquiritis. Hæc ergo dimittite omnia, & aurū numosque fieri facite ex hoc nostro ære, & æs, aut plumbum pro pinguedine vel nigredine, & stannum pro liquefactione sumite: scientes quòd nisi veritatis naturas eiusque compositiones bene coaptetis, & consanguinea consanguineis iungatis, nihil operamini, eò quòd naturæ cum suis obuiant naturis, continent eas, & lætatur in eis. Nam putrescunt & gignuntur, eò quòd natura, quæ regit ipsum, illudque diruit ac in puluerem

& nihilum conuertit, deinde idem renouat, feiterat & gignit frequenter: Idem enim ipsum quod mortificat, id & viuificat. Intendite ergo noscere quid est, quod rem putrefacit ac renouat, & cuius sit saporis, & quæ longinquitas & propinquitas, & qualiter post inimicitiam fiat amicitia, & qualiter accidat corruptio & generatio, & qualiter illę naturę complectantur inuicem, & quomodo in igne lento concordēs fiant: quibus notis & pceptis manus vestras operi applicate. Quod si dictas qualitates ignoratis, nolite operi appropinquare, quoniam totum est noxium, & infortunium ac tristitia. Modò Sapientum verba intelligite, & hoc breue dictum retinete, videlicet, quod Natura naturã lætatur, & naturam continet, & natura naturam vincit & superat. Hisce verbis comprehenditur totum opus. Dimittite ergo sermones superfluos, & accipite argētum viuum, & congelate eum in corpore magaciæ, & sulphuris, quod non comburitur, & vertite ipsum in naturam albam. Et si æri nostro imposueritis, album fiet. Et si ipsum rubeum facere volueritis, rubeum fiet, Et si amplius coxeritis ipsum, aurum fiet. Dico etiam, quod vertit ipsum mare in rubeum, & auri collam: & similiter vertit aurum in rubeum ignem, eò quod natura naturã lætatur. Coquite ergo ipsum in humore, donec appareat natura abscondita: & cùm videritis hoc, imbite eum septies aqua permanēte, coquendo, assando, donec rubeum fiat. O natura illa cœlestis, veritatis naturas Dei nutu multiplicans. ô natura fortis, naturas vincens & superans, suas que naturas gaudere faciens. Hęc est illa natura specialis & spiritualis, cui Deus posse dedit supra ignis violentiam. Ideoque magnificamus eam, quia nihil est preciosius in verã tinctura. Est enim veritas omnem scientiam continens, & cùm liquefit cum corporibus, opus altissimum operatur, & ea in suum vertit colorem, & quemadmodum apud visum superficiem tingendo vincit, sic intima superat.

Post hæc ZIMON ait: Ego plumbi albi vobis dispositionem monstrabo, in quo nihil aliud est quàm opus mulierum, & ludus puerorum. Et scitote, quod secretum operis ex mare & foemina constat, hoc est, agente
& pa-

& patiente. In plumbo est masculus, in auripigmento foemina. Masculus gaudet suscepta foemina, & iuuatur ab ea, & foemina suscipit in masculo sperma tingens, & coloratur ex eo. Itaque iunctos hos in vitreo vase ponite, & terite eos cum Ethelia, & aceto acerrimo, & coquite eos per septem dies, & ne arcanum fumiget, caute: & cum siccum fuerit, totum iterum imbuite aceto, & tandem obtinebitis arcanum. Quoad rubeum, dico quod non potestis rubeum facere, nisi primum dealbaueritis: quoniam duæ illæ naturæ nihil aliud sunt, quàm album & rubeum: Dealbate ergo rubeum, & secundum quatuor anni partes eum regite, & in ultimo fructum vobis adferet. Adhæc insuper dico, quod in plumbo rubedo fit. Sumite ergo æs, quod Magister supra nominauit, & ponite plumbum cum eo, donec spissum fiat. Hoc erit plumbum, de quo dixerunt Sapientes, quod æs & plumbum lapis preciosus fiant. Miscete ergo ea insimul, & affate aurum cum eis, & cum eos benè rexeritis, habebitis spiritum tingentem, & compositum ex masculo & foemina, quod est operis initium.

Inquit SCITES Philosophus: Scitote omnes sapientiae inuestigatores, quod huius artis fundamentum, propter quam multi perierunt, vnum quid est, quod omnibus rebus fortius & sublimius: apud incipientes verò omnium rerum est vilius.

Ait PYTHAGORAS: Nomina ergo, ô Scites, hoc vnum.

Et ille: Acetum acerrimum, quod fecit aurum, merum esse spiritum, sine quo nec albedo, nec nigredo, nec rubedo consistit. Et scitote, quod cum corpori miscetur, continetur, & vnum fit cum eo, & vertit ipsum in spiritum, & spirituali tingit tinctura, inuariabiliq; rursus à tincto, tincturam accipit corporalem, quam deleri non potest. Et scitote, quod si corpus absque aceto super ignem posueritis, comburetur id, & corrumpetur. Et scitote, quod humor primus est frigidus. Cauete igitur ignem immoderatum, quia inimicus est frigori. Ideo dixerunt Sapientes, Vos suauiter regere oportet, donec Sulphur fiat incremabile, & ita scripsit filius Adæ:

Acetum hoc corpus comburit, & in cinerem vertit, ipsumque corpus dealbat & congelat, fitque numus intensissimæ albedinis. Coquite ergo lapidem donec diruatur, deinde soluite rursus, ac aqua maris temperate. Et scitote, quod totius operis spes est dealbatio, cui rubor succedit; deinde perfectio, seu continuatio.

SOCRATES inquit; Scitote Turba, filij doctrinæ, quod absque plumbo nulla fit tinctura, eò quod in eo consistit virtus operis. Et prima quidem vis est acetum: secunda verò plumbum. Accipite ergo plumbum, quod fit ex lapide, qui dicitur Kuhul, & sit optimum, ac coquite in aceto, donec niger & albus: Deinde nitri aqua ipsum terite, donec spissus fiat vt pinguedo. Deinde coquite, donec lapis fiat, intensissimo igne, & spissitudo corporis diruitur aqua concepta. Attendite ergo super ipsum donec lapis fiat, quem terite, & rore & sale, & aqua maris & pluviæ. Et si siccus fuerit, sui residuum humoris velociter bibit, eò quod est plumbum combustum. Augete igitur ipsum, ne comburatur vltorius. Hoc autem Sulphur, quod non comburitur, nuncupamus. Terite igitur ipsum aceto acerrimo centum quinquaginta diebus, cauētes ne in fumū vertatur acetum, & pereat. Hoc cognito, quod demonstraui, nihil aliud est, quàm Opus mulierum, & Ludus puerorum.

ZENON inquit; Scitote omnes huius artis inuestigatores, quod nisi lapidem hunc dealbaueritis, eum rubeum facere non poteritis. Et scitote, quod annus in quatuor diuiditur tempora. Primum est frigidæ complexionis, Hyems scilicet. Secundum verò complexio est Veris. Tertium Aestatis; deinde quartum, in quo fructus maturatur, Autumnus. Hoc itaque modo oportet vos naturas regere: videlicet Hyeme soluere, Vere coquere, Aestate coagulare, Autumno autem fructus colligere, hoc est, tingere. Hoc igitur exemplo regite naturas tingentes: sin autem, neminem nisi vos reprehendatis. Dicam tamen plura de plumbo rubificando. Accipite æs, quod Magister sumere iussit, & ponite plumbum cum eo, donec spissum fiat: congelate, desiccate donec rubeum fiat. Hoc utique est plumbum rubeum, de quo dixerunt Sapientes: Aes & plumbum lapis

lapis preciosus : miscete ea æqualiter, & assate cum eis aurum, & si benè rexeritis, fit spiritus tingens in medio spirituum. Cùm enim masculus fœminæ coniungitur, fit ipsa fœmina non fugiens, & totum compositum spirituale. & ex ipso spirituali composito rubeum, quod est mûdi principium. Et sic habetis plumbum rubeum, sine quo nihil potestis facere.

MVNDVS inquit: Inuestigatores artis, scire vos oportet, quòd Philosophi in libris suis Gumi multis nominibus nominauerunt, & tamen nihil aliud est, quàm aqua permanens, ex qua quidem aqua lapis noster preciosissimus generatur. O quàm multi sunt gumi huius inuestigatores, & quàm pauci sunt, qui noscât eam. Dico vobis, quòd guma hæc non emendatur nisi solo auro. & sunt quidam inuestigatores, qui licet inueniât applicationes, nolunt tamen labores sustinere, quia simul & sumptus fiunt. Audite vos tamen me, & huius gnmę applicationes enarrabo. Dico quòd guma nostra fortior est auro, & qui noscunt eam, auro preciosiorem tenent. Aurum tamē honoramus, quia sine ipso guma non emendatur Guma ergo nostra apud Philosophos, preciosior est & nobilior margaritis, q̄ paulò auro eminentior est & sublimior. Et inde est, q̄ qui scribunt de ea, nihil manifestè narrauerūt. Si enim venditores cognoscerent eam, non venderent eam tam vili pretio. Accipite itaque gumæ candidissimæ partem vnã, & vrinæ vituli albi partem aliam, & ex felle piscis partem vnã, & de corpore gumi, sine quo emendari non potest opus. partem vnã: & decoquite per quadraginta dies: postea in calido Sole desiccate, donec coaguletur. Deinde cum lacte feruenti, quousque lac deficiat. coquite donec desiccetur, denuò cum lacte ficus ipsum miscete, & coquite, donec humor ille desiccetur. Postmodum aqua pluuiali eum humectate, assate postea, donec desiccetur: vltimò aqua permanente imbibite, & assate, donec intensissimæ sit siccitatis. His omnibus peractis, ipsam gumam miscete cum guma, & coquite fortiter, donec tota vis aquæ pereat, corpusque totum desiccetur humiditate sua, inducendo super ipsum ignem, quousq; illius siccitas intendatur. Postea dimit-

tite per quadraginta dies, vt in illa maneat decoctione, donec spiritus penetret ipsum corpus. Hoc enim regimine spiritus in corpora, & corpora in spiritus vertuntur. Moneo tamen caueatis, ne compositum fumiget, & fugiat. Propterea vas bene operite, & inuenietis arcanum, quod Philosophi in suis libris occultauerunt.

Inquit DARDANVS: Omnibus iam notum est per Magistros Philosophos de aqua permanente. Nihil itaque oportet studiosum huius artis incipere, nisi huius aquæ vi cognita. Non enim oportet in commixtione, contritione, nutritione, & toto regimine, nisi illa nota aqua permanente vti: quia vis eius est spiritualis sanguis, obque hoc à Philosophis dicta est aqua permanens. Contrita autem cum corpore, corpus illud in spiritum vertit, quoniam sibi mixta inuicem, & in vnum redacta se inuicem vertunt. Corpus scilicet incorporat spiritum, spiritus verò corpus in spiritum vertit, prout sanguis vertit. Scitote enim, quòd omne quòd spiritum habet, etiam sanguinem habet. huius igitur mementote.

Inquit BELVS: Philosophi aquam permanentem vocauerunt, eiusque frequenter meminerunt: similiter etiam album & rubeum facere multipliciter descripserunt, & variis nominibus. Manifesta autem veritate, occultis verbis concordantes sunt, quibus modis pondera, compositiones, & regimen coniugi oporteat, factumque hoc omne, ne insipientes ipsum lapidem cognoscerent. Excelsum est enim hoc apud Philosophos, lapidem non esse lapidem: apud idiotas & insipientes vtile & incredibile. Quis enim credat lapidem posse aquam, aut aquam lapidem fieri, cum nihil sit diuersius? Attamen re vera ita est. Lapis enim est hæc ipsa permanens aqua, & dum aqua est, lapis non est. Eo modo diuersa sortita hæc est aqua nomina. Quidam enim ex conditione & statu operis aquam, gummi, venenum, acetum: deinde coruum, æs vstum, æs nigrum, plumbum, serpentem: deinde marmor, lapidem cristallum, Etheliam albam, aurum, regem natum. Quidam à loco vbi generatur aqua ipsa, nomē ei sumpserunt: quidam
à calore

à calore, quidam sputum Lunæ, quidam cor salis eandem nominauerunt.

Inquit PANDYLPHVS: Scitote omnes sapientiæ inuestigatores, quòd aqua permanens est aqua vitæ munda, & quòd nullum venenum tingens generatur absq; Sole & sua vmbra. Qui enim Sapientum venenū Sole & eius vmbra tinxit, ad maximū peruenit arcanū. Si id intellexistis, ô Turba, benè quidem: sin autem operis vobis perfectionem reitero. Accipite album mundum, quod maximum est arcanum, in quo est veritatis tinctura, eiusq; arenam, quæ facta est ex lapide, septies imbuite, quousq; totam imbuat aquam, & vasis os fortiter claudite, quoniam ex eo apparebit lapis tyrij coloris. Sed cùm receperitis album mundum, & ceperitis septies eum imbibere, tunc accipiat de aqua residuum partium antea cōseruatarum, & sit ignis priore interior, & sic imbuite corpus septies, donec illæ duæ finiantur, seu deficient duæ tertiæ partes, easq; omnes terra bibat: deinde ipsum calido ponite igni, donec terra suum extrahat florem, ac satis placeat.

ARDARIYS inquit: Regimen lapidis & compositionem vobis enarrabo. Sumite occultum & honorabile arcanum, quod est magnesies alba, & quæ est cum viuo mixta, sed non accipiat eam nisi puram & mundam, & suo imponite vasi, & orate Deum, vt hunc maximum videre lapidem vobis concedat: deinde coquite eum lentè, cùm extraxeritis, videte si factus est niger, & si ita est, optimè rexistis: sin autem, regite ipsum albo, quod est maximum arcanum, donec appareat nigredo, & quidem pura nigredo, quæ 40. tantummodò diebus durat. Postea terite ipsum cum suis confectionibus, quæ sunt flos æris, aurum Indicum, quorum radix est vna ex vnguento croceo, & alumine fixo. Hoc itaque per 40. dies diligenter coquite: quo completo, initium lapidis Deus vobis ostendet. Coquite ipsum iterum, & gumi residuo imbuite. scientes quòd quoties cinerem imbuitis, oportet ipsum toties sicari, & rursus humectari, donec eius color in id quod quæritis vertatur. Præter hæc sciatis, quòd huius lapidis preciosi perfectio est, ipsum regere residuo tertiæ partis medicinæ, & duas seruare, ad eū per vices imbuendum, & ad iustum

vsque colorem coquendum. Sit autem ignis priore intensior, donec fluat vt cera, quæ quidem cum desiccatur, seipsam continet. Coquite ergo eam, donec bibat collam auri, & cum siccata fuerit, imbuite eam septies, quousque duas partes sui bibat: & postea ponite eam in igne, donec suum florem extrahat, remittite eam calori, & beati estis, si benè intelligitis quæ dico. Sin autem, reiterate opus, sumentes album humidum, quod est maximum secretum, in quo vera consistit tinctura, & imbuite ex eo septies arenam (quæ facta est ex lapide prius septies imbuto) quousq; totam bibat aquam, & os vasis fortiter claudite, vt sæpè dictum est, & ecce apparebit vobis lapis Tyrius.

THEOPHILVS ait: Artis inuestigatores scitote, quòd ars nuni, & auri arcanum est tenebrosa vestis, quam nemo nouit, nisi qui libros philosophiæ diligenti & assidua lectione perlegerit. Nam quod occultatur, est maius quàm id, quod perdisci potest. Propterea notifico posteris, quòd inter Boritin & Aes propinquitas est, eò quòd Boritis Sapientum æs veluti aquam ita fluxilem reddit & vertit. Diuidite ergo venenum in duo æqualia, in vno æs liquefacite, in altero æs terite, triturate, & humectate, donec in laminas producat: & iterum cum priori veneni parte coquite, donec duas ebibat. & hoc facite septies: deinde 42. diebus coquite: deinde aperite vas, & inuenietis æs in argentum viuum versum. Abluite ipsum coquendo, quousq; sua priuetur nigredine, fiatque æs umbra carens. Iterum ipsum continuè coquite donec coaguletur: ipso autem coagulato, fiet maximum arcanum, quod Boritin Philosophi nuncupauere. Hunc igitur lapidem coagulatum coquite, donec & quousque salmuræ similis fiat marinæ. Tunc autem ipsum aqua imbuite permanente, quam vos iussi conseruare, ac multipliciter coquite, quousq; eius appareant colores. Hæc igitur putrefactio maxima, quæ maximum in se continet arcanum. Coquitur autem, donec post nigredinem albus est factus mediocriter, & donec coalescat. Vbi coaluerit, & veluti flos candidissimus apparuerit, tunc fortiùs coquendo, non autem manibus teratur, quousque tota eius natura diruatur.

Tunc

Tunc subinde imbuendus est per duo ad septem, vel vna ad tres corporis, vel æris, donec satis color placuerit.

CERVS ait: Intelligite omnes doctrinæ filij, quòd Theophilus vobis significauit, inter magnetem & ferrum esse propinquitatem, similiter inter æs Philosophorum, & aquam eorum permanentem, quorum vtrumq; scilicet attractiuum alterius sit. Intelligite præterea, quòd inter stannum & argentum viuum nulla est propinquitas, nec natura vnus conuenit cum natura alterius, & hoc est dictum sine inuidia. Insuper accipite argentum viuum, quod est vis masculinæ, ipsumque cum suo corpore coquite, donec fiat aqua fluxibilis, & coquite masculum simul cum vapore suo, quousque vtrumque coalescat, & fiat lapis. Tum aquam, quam diuideratis in duas partes, accipite, & vnâ partem ad corpus liquefaciendum & coquendum ponite: alteram verò ad conbustū mundandum, & suum socium, seruate. Imbuite igitur lapidē septies, & mundate donec diruatur, & corpus vniuersum ab omni mundetur coinquinatione, & fiat terra, quæ efficitur 40. dieb⁹: ipsam rursus liquefacite, donec fiat vt aqua, quæ est argentum viuum. Deinde aqua nitri abluite, donec fiat vt numus liquefactus. Deinde coquite, donec congeletur, & fiat stanno simile. Regite ipsum itaque coquendo, donec crocus fiat excellentissimus, & tandiu coquite, donec ad propositum veniatis.

BORATES ait: Non est sapientis inuidere, propterea dicam liberè quod sentio. Accipite plumbum, & vt Philosophi iussere, liquefacite, deinde congelate, donec lapis fiat, deinde regite ipsum lapidē cum auricolla, & granatorū syrupo, donec confringatur. Iam enim aquā in duas partes diuisistis, & in altera plumbum liquefecistis, & factum est vt aqua. Coquite igitur ipsam, donec fiat terra, deinde ipsam aqua reseruata imbuite, donec rubeum induat colorem, ac, prout dixi, frequentissimè regite. Vel si vultis argentum viuum coagulare, suo miscete compari, deinde diligenter coquite, donec vterq; fiat aqua, deinde coquite illam aquam, donec coaguletur. Hæc enim aqua cum vapore suo com-

pari desiccatur, & puluerifatur, ac conuertitur tota in argentum viuum coagulatum. Sub igitur vasi iterum imponite, & terite aqua sua, donec crocus fiat in colore auro similis.

Ait MENABADVS: Multa dicta sunt, suadeo tamen posteris, vt corpora faciant non corpora, & incorporea vera corpora. Hoc enim regimine totum paratur compositum, eiusque naturæ occultum extrahitur. Qui enim argentum viuum corpori iungit magnesiæ & feminam viro, naturam extrahit occultam, per quam corpora colorantur. Et hoc regimine si intelligitis, non corpora fiunt corpora, & corpora incorporea redduntur. & si diligenter igne rexeritis, ac Etheliæ iunxeritis, fiunt res mundæ & non fugientes: scientes quod argentum viuum est ignis comburens, corpora mortificans & confringens suo regimine, quod idem & vnum est. Et quanto magis corpori miscetur & teritur, tanto magis corpus diruitur, teritur, & attenuatur. Cum autem corpora diligenter teritis, eaque vt oportet coquitis, resultat inde Ethelia, ignem non fugiēs, & tinctura, quæ omnia corpora confringit, & spiritus omnes retinet, ac colorat, eò quod Ethelia colorata omnia colorat. Et scitote, quod corpus nō potest tingere seipsum, nisi spiritus occultus extrahatur è ventre eius, & fiat corpus, anima & spiritus (qui est spiritualis tinctura) Spissum enim illud terreum non tingit, verum ipsum tenue naturæ tingit, quod corpus perfringit. Cum autem corpus æris regitis, & ex eo tenuissimum extrahitis, vertitur id tenuissimum in tincturam & colorat. Ideoque dixit Sapiens, quod æs nisi prius tingatur, non tingit, & hæc duæ tincturæ sunt condensum & humidum: condensum iungitur humido, eò quod sulphura sulphuribus continentur, & iure naturæ gaudet natura, sua natura aduentante.

ZENON inquit: Video vos duò corpora iunxisse, quod minimè fieri debet: propterea vobis dico filiis sapientiæ, quod oportet vos compositum putrefacere 40. diebus: deinde quinq̄ies vase sublimare, deinde igni stercoreis iungere & coquere, & colores, qui subinde apparent, sunt huiusmodi: prima die apparet color ni-

lor niger citrinus, secunda niger rubeus, tertia croco sicco similis. Deinde succedit perfectus color, numo vulgi similis, & est Yxir compositum ex humido & sicco inuariabili tingens tinctura. Et scitote, quod corpus dicitur, in quo aurum est. Elixir autem componentes, caute ne festinanter spiritum extrahatis: fortasse enim moretur. extrahite autem ipsum vt Elixir nostrum, hoc est, vt venenum, & remanebit anima, id est, tinctura ex multis attracta rebus & numis imposita. Hæc igitur tinctura est vita iis, quibus iungitur. Detrimentum autem & mors corporibus, à quibus extrahitur. Atque ob id dixere Sapientes, inter ipsos esse libidinem, tanquam inter marem & foeminam, & qui naturas horum nouit, prolixitatem decoctionis & compositionis patienter fert, & lucrum accipit.

CHAMBAR inquit: Notandum est, venerabilis Turba, quod inuidi lapidem antimonium nuncuparunt, ipsumque iusserunt regi, donec coruscans fiat, & vt marmor splendens, & commiscetur aceto, & tegitur donec aqua fiat, deinde congelatur, fitque lapis coruscans, splendorem habens vt marmor: quem vbi videritis, iubeo regere donec rubeus fiat, eò quod dum coquitur, donec diruatur, & terra fiat, in rubeum vertitur colorem, & hoc vbi videritis, reiterate, coquite, & imbuite, quousque colorem induat prædictum, & aurum fiat occultum. Deinde iterate ipsum, & fiet aurum Tyrij coloris. Oportet igitur vos, cum videritis sic lapidem coruscantem, diruendo incidere, & in terram vertere, donec incipiat aliquid ruboris. & postea aquæ residuum accipietis (quam antea vos iusserunt diuidere in duas partes) & eo residuo arenam multoties imbuetis, quousque colores occulti in ea vobis appareant, & si eam benè rexeritis, videbitis colores, sin minus frustrabimini. Respicite igitur qualiter faciatis amplexari paria. Masculus enim suam amplexatus foeminam, velociter in eius corpus transit, & liquefacit ipsum, cōgelat, diruit, & confringit, & deinceps rubor non moritur. & si hoc efficiatis absque pondere, mors eueniet, qua eueniente, malum putandum est. Facite ergo in liquefaciendo ignem leuem,

ipsa autem in terram versa Aquila, intensionem facite ignem, & imbuite ipsam, donec colores appareant.

CYSTOS inquit: Miror, ô Turba Sapientum, de tali vi huius aquæ ac naturæ: cum introiuit in hoc corpus, vertit ipsum in terram, deinde in puluerem: quem si vultis experiri, an sit perfectus, manu contingite: & si impalpabilem vt aquam inueniatis, optimus est. Sin autem, iterate ipsum coquendo donec perficiatur. Et sciat, quod si aliud quam æs nostrum acceperitis, & aqua nostra eum regatis, nihil efficietis. Contrâ autem si æs nostrum aqua nostra rexeritis, omnia prædicta inuenietis. Coquite ipsum ergo leui igne, & fiet lapis nūmosus, de quo Sapientes dixere: quod Natura naturâ lætatur, propter propinquitatem, quam habent inter se hæc duo corpora cum aqua permanente. Horum igitur duorum vna est natura. inter eos propinquitas est, quæ si non esset, non ita citò commiscerentur, nec continerent se inuicem, nec vnum fierent.

DIAMEDES ait: Scitote, viri Sapientes, quod ex homine non nascitur nisi homo, nec ex brutis nisi suum simile. atque ob id dico, naturam non emendari nisi sua natura, quemadmodum homo non nisi ab homine emendatur. Ac proinde venerabili vtimini natura, ex ea namq; & ars existit, & opus eius fit. Coniungite ergo masculinum serui rubei filium suæ odoriferæ uxori, & iuncti artem gignent, quibus nolite introducere alienū, nec puluerem, nec aliam rem, & sufficiat vobis conceptio, & verus filius nascetur. O quam præciosissima est serui illius rubei natura, sine qua regimen constare non potest.

BASSEN inquit: Introducite citrinum cum sua vxore post coniugium in balneū, & ne incendatis balneum plurimum, ne sensu & motu priuentur. Subire facite balneum, quousque corpus & color eorum vnū quid fiant. Deinde reddite ei sudorem suum, ac iterum neci date, requiemque ei constituite, cauentes ne fugiant. Et tunc veneramini regem, & suam vxorē, & nolite eos cōburere nimio igne, sed eos regite donec nigri fiant, deinde albi, post rubei, vltimò fiant venenum tingens. Si hæc intelligitis huius scientiæ inuestigatores,
bene

bene est, sin minus & adhuc ignorantes estis, scitote quòd Deus celauerit à vobis veritatem. Nolite ergo Philosophos reprehendere, sed vosmetipsos. Si enim Deus in vobis mentem fidelem sciret, vtique veritatem vobis manifestaret.

NEPHITVS ait: Breuiter dico vobis artis inuestigatores, quòd Corusulle sit caput huius operis, non initiũ verum, sed post complexum ritè ita vocatur. Quapropter Corusulle est totum compositum, quod oportet septies affari, & tunc omne corpus tingit & vocatur numus, eris flos, vel auri flos, aut ferri flos, etiam plumbum, stannum, & mille nominibus à Philosophis nominatur.

BONELLVS ait: Cuncta quæ viuunt, Deo sic volente etiam moriuntur. Propterea illa natura, cui humiditas adempta est, cum per noctes dimittitur, mortuo similis videtur, & tum illa natura igne indiget, quousq; corpus & illius spiritus in terram vertantur, & tunc fit puluis mortuo similis in suo tumulo. His peractis, reddit ei Deus spiritum & animam, & omni infirmitate ablata, confortata est natura nostra & emendata. Oportet igitur illam rem comburere absq; timore, donec cinis fiat, qui cinis aptus sit recipere spiritum, animam & tincturam infusam. Inspicite filij doctrinæ, qualiter pictores nequeunt suis coloribus pingere, quousque eos in cineres vertant & puluerisent. Similiter & Philosophi suis ægrotis sæpe nequeunt medicinas componere, nisi fractis & puluerisatis. Quòd si ipsum cinerem regeritis subtiliter, multa ab eo procedent, eò quòd æs vt homo corpus habet & spiritum. Hominis spiratio ex aère est: similiter æs humore inspirato, vitam suscipit & multiplicatur ac augmentatur vt cæteræ res. Atq; ob id dixere Philosophi, quòd æs cum comburitur, fit melius quàm fuerat. Præterea æs hoc nostrum cum primò coquitur, aqua fit: deinde quantò magis coquitur, tantò magis inspissatur, quousque lapis fit omni metallo supereminens. Postea frangitur, imbuitur, ac igne intensiori affatur, quousque coloretur, & fiat combusto sanguini similis: tunc numos imponite, & tingit eos in aurum. Quemadmodum enim ex sanguine sperma non

fit, nisi diligenter in epate coquatur, ita opus nostrum nequaquam tinctura est, nisi diligenter coquatur, quousq; puluis fiat, & ita putrefactione sperma ipsum spirituale effectum sit. Tunc enim color, quem inuestigastis, & non aliter inuenietur.

NICABVS ait: Iubeo posteros aurū accipere quod volunt multiplicare & renouare, deinde in duas partes aquam diuidere, altera quidem ac ipsum comprimere. Illud enim æs incidens in illam aquam, dicitur fermentū auri, & si bene regatis, vtraq; simul coquuntur, & liquefiunt vt aqua, quæ coquendo congelatur, & tunc apparet rubedo. Hanc autē rubedinem septies imbuetis aqua residua, aut donec totam bibat suam aquam, coquite demūm, donec desiccetur, & in terrā vertatur aridam, deinde in accenso ponatur igne quadraginta diebus, quousque putrefiat, eiusq; colores cū cinere appareant.

BARSENYTES ait: Quæ dicta sunt superiūs, reiterare oportet. Corfusse rubigini æris similis est, & vituli vrina coquitur, quousque Corfusse natura immutetur. In ventre namq; Corfusse natura vera occulta est, & hæc vera natura est ille spiritus tingens quam habuit ab aqua permanente nummosa & coruscante. Extrahitur autē ita, terite Corfusse, & aquæ septies imponite, donec totū bibat humorem, & vim recipiat imminentem aduersus pugnam ignis, & tunc rubigo nuncupatur. diligēter ergo putrefacite, quousq; puluis fiat spiritualis in colore sicci sanguinis, quem potentia ignis colorem introducat, donec inuariabili colore induatur.

ZEVMON ait: Dicta Aegyptiorum nos in errorem introducunt. Quod querimus publicè minimo precio venditur, & si nosceretur ne tastillū venderent mercatores. Hoc autē vile & abiectum Philosophi honorauerunt, omnibusq; nominib. nominauerunt. & dixere quòd sit lapis & non lapis, & sit guma Scotiæ. Atq; ob id huius veneni vim celauerunt Philosophi, quia in eo est spiritus occultus quem quæritis, qui tingit, salutem & animam dat corporibus. Et vos nisi corpus teratis, diruatis, imbuatis, ac diligenter regatis, donec suam pinguedinem extrahatis, & faciatis tenuem spiritum

ritum impalpabilem, in vanum laboratis. Atque ob id dixerunt Sapientes, nisi corpora vertatis in non corpora, in corpora faciatis corpora, nondum operis huius inuenistis principium. Fiunt autem incorporea, cum Ethelia teritur quousque fit puluis, & hic puluis non fit nisi fortissima decoctione, & contritione continua, & fit igne, non manibus, cum imbibitione, putrefactione, & Ethelia. Et Sapientes cum in hac arte dixerunt, quod natura est utilis & paruo venditur, fecerunt in hoc vulgus errare. Dixerunt etiam, naturam suam, naturis omnibus esse preciosiorem, & etiam hoc dicto multos fefellerunt, & tamen verum dixerunt. Ars enim duabus eget naturis, quia non fit preciosum absq; vili, neq; vile absq; preciofo. Quapropter oportet vos dicta maiorum sequi, qui dixerunt: Nihil aliud expedit vobis quam aquam & vaporem sublimare. Nam cum videritis illas duas naturas purificatas aquam fieri, totumque corpus Magnesie in aquam liquefactum, tunc certe omnia vapor sunt: de iure autem, tunc vapor continet suum compar, id est, aqua aquam. Quare Philosophi utrumque vaporem nominauerunt, eo quod simul in putrefactione & decoctione vnita sunt, & vnum alterum continet ne fugiat. Ergo permanentia fiunt. Nam natura occulta in corpore congelatur, & color eius variatur, suamq; naturam exiit, & mancipatur ne fugiat. Nigredo vero si apparet, est ex ægritudine, & in putrefactione moritur, & fit rubigo, & tunc iure naturæ non fugit, eo quod dimisit fugæ seruitutem & libera facta est natura, suum consequens coniugem, cum ornans suo colore & decore, non quemadmodum antea fecerat, sed sumpto numo aureo eum viuificat. Et hanc naturam, spiritum & animam Philosophi appellauerunt. Insuper dixerunt, spiritum humidum esse nigrum, coinquinatione carentem. Et sicuti in homine est humiditas & siccitas, sic in opere nostro nihil aliud est quam vapor & aqua. Propterea dixerunt antiqui, opus ex duobus esse, & hæc duo iuncta nonnulli vocarunt compositum, eo quod illa duo quatuor sunt: inest enim siccitas & humiditas spiritus & vapor.

ASSOTES ait: Dico vobis, quod nisi sublimetis res

in initio coquendi absque manuum contritione, donec aqua omnia fiant, nondum opus inuenistis. Et scitote, quòd aliquando vocant æs arenam, aliàs etiam lapidem, & in toto regimine nomina variant: tamè natura & humiditas fiunt aqua, & deinde lapis si bene cõmiscantur: quia quod leue & spirituale est, sursum sublimatur; quod verò ponderosum & spissum, deorsum in vase remanet. Hæc autem est contritio Philosophorum, quæ fit decoctione nõ manu. Et scitote, quòd nisi omnia in puluerem vertatis, nondum contriulistis. Coquite ergo quousq; conteratur, & puluis fiat.

AGADMON inquit: Coquite æs donec leue corpus fiat & impalpabile, ac suo vase imponite: deinde quinques vel septies sublimate, donec aqua descendat, scientes quòd cum aqua puluis fit, diligenter contritum est. Quòd si dubitatis quomodo aqua puluis fiat, scitote quod intentio Philosophorum est, vt corpus quod non erat aqua, antequam caderet, simul cum aqua, & aqua aquæ misceatur, & fiant vnum. Sciendum præterea, quòd nisi vtrumq; in aquam vertatis, ad opus preciosum non peruenietis. Oportet enim corpus flamma ignis occupatum vt diruatur, & debile fiat cum aqua in qua est, donec fiat totum aqua. Ignari autem cum audiunt nomen aquæ, putant aquam nubis esse: quòd si libros nostros legerent, scirent vtique aquam esse permanentem, quæ absque suo compari cum quo facta est vnum, permanens esse non possit. Hæc autem est aqua, quam Philosophi aquam auri nuncupauère, igneum venenum, bonum multorum nominum, arenam, quam Hermes ablui iussit multoties, vt Solis nigredo deleatur, quam in solutione corporis acceperat. Et scitote, quòd nisi hoc corpus meum capiat carens spiritu, quod vultis minimè consequemini, eò quod alienū quicquam opus non ingreditur, nec quippiã nisi quod est sincerum. Quare omnem pluralitatem dimittite: natura enim vna re est contenta, & qui eam ignorat, peribit.

AFFELICTES inquit: Doctrinæ filij scitote, quòd totum opus & regimen non fit nisi aqua, cui miscete Magnesi corpus, & vase suo imponite, & os diligenter clau-

claudite, ac leui coquite igne, quousque liquefiat, & in aquam vertatur: calore enim aquæ faciliè totum aqua fiet. Videntes autem nigredinem aquæ imminere, sciatis quòd copus iam liquefactum est. Iterum suo imponite vasi, & quadraginta coquite diebus, quousque & aceti & mellis bibat humorem. Quidam autem detegunt vas singulis septem diebus vel decem, sed vltima perfectio in quadragesimo die, tunc perfectè ebibet humorem decoctionis. Abluite igitur ipsam, & nigredine priuate, quousq; lapis fiat tactu siccus. Propterea dixerunt Philosophi, abluite Magnesium aqua dulci, & diligenter coquite, donec terra fiat, & humor pereat, & tunc æs nuncupatur. Acetum acerrimum ei imponite, ipsoq; aceto imbui dimittite, & erit nostrum æs, quod aqua ablui permanente, Philosophi iussere Porro Inuidia dictum, quòd quidam iusserunt ipsum coquere vapore, donec lapis fiat coruscans, splendorem habens marmoris, & viso hoc, maximum esse ad arcanum ventum. Nam & deinceps oportet ipsum conteri, & aqua illa residua & dimidia, septem vicibus imbui permanente: qua absumpta putrefieri, donec optatum videatur habeaturq;.

CRANSES ait: Sapientes, accipite æs nostrum, & cum prima parte aquæ, suo imponite vasi, & coquite quadraginta diebus, ac ab omni immunditia munda- te, & coquite donec peragantur dies, & lapis fiat sine humore. Deinde coquite donec remaneat fex: postea abluite aqua, qua absumpta dimittite, vt putrescat in suo vase, donec videatis quod quæritis. Vocauerunt autem Philosophi hoc compositum in nigredinē ver- sum, SATIS NIGRVM, & dixerunt, Regite ipsum ace- to & nitro. Quod verò remanet, si dealbatur, SATIS ALBVM dixerunt, & iusserunt vt aqua regatur perma- nente, quod vocarunt SATIS RVBEVM, iusserunt vt aqua & igne regatur donec rubeū fiat. Vocarunt au- tem eam ob causam hoc nomine, propter colorū va- rietatem. In opere enim non est varietas rerum, nec multitudo, aut contrarietas, sed tantum oportet æs ni- gram album facere, deinde rubeum. Veri Philosophi nullam aliam intentionem habuere, nec aliud docue-

runt, quàm vt Yxir liquefiat, conteratur, & coquatur, eouſque dum lapis fiat marmorì ſimilis. Atque ob id dixerunt Philoſophi: Coquite ipſum vapore, donec lapis fiat coruſcans, ſplendorẽ habens. Hoc vbi videritis, maximum habetis arcanum. Oportet autem hoc ipſum terere, & aqua abluere ſepties permanente: deinde contritũ in ſua aqua congelare, donec ſua abſtrahatur natura occulta. Et hoc voluit Maria cũ dixit, Sulphura ſulphuribus cõtinentur, & humor ſimiliter à ſuo humore, eò quòd ex ſulphure ſulphuri mixto maximũ fit opus. Iubeo autem vos ipſum ſulphur Sole & rore regere, donec optatum eueniat. Sciatis autẽ quòd dealbare duplex eſt, ſicuti & rubrum facere: vnum in contritione, aliud in decoctione. Cauete inſuper ne ab aquis ea ſeparetis, quò minus pereat anima & corpus, quæ duo in vaſe ſunt.

EFISTES ait: Anima duertite, filij doctrinæ, qualiter Hermes Philoſophorum caput dixerit, cũ docuit naturas commiſcere. Dixit enim: Accipite lapidem auri, & humori commiſcete (qui eſt aqua permanens) ſuoque vaſi imponite ſuper leuem ignem donec liqueſcat: deinde dimittite donec areſcat, & aqua cum arena ſe inuicem contineant, tunc fiat ignis intenſior, quouſque areſcat & terra fiat. Hoc peracto, ſcitote arcani eſſe initium. Hoc autẽ multoties facite, donec pereant aquæ partes due, & colores vobis appareant. Et ſcitote quòd dealbatio non fit niſi decoctione, atq; ob eam cauſam repetitur, conterendo & imbuendo frequentiffimẽ. Iubeo autem ne ſimul aquam fundatis, ne Yxir ſubmergatur, ſed paulatim infundite, terite, & deſiccate, & hoc ſæpẽ facite, donec areſcat, & in puluerem expectati coloris vertatur.

BACASSER inquit: O omnes huius artis inueſtigatores, ſcitote, quòd ad notitiam & vtilitatem huius artis peruenire non poteſtis, niſi patienti & prolixa animo ſitis. Qui ergo longanimis erit, libenterque patientia fruitur, in tramite iuſto huius artis meabit: qui vero citius ſe putat ex libris noſtris fructum capere poſſe, fallitur, fatiusq; fuerat non inſpicere quidẽ, quàm vquam contigiſſe. Libri enim noſtri magnam iniuriam videntur

videntur inferre his, qui solummodo semel, bis vel ter scripta nostra legunt, cum intellectu, omniq̄ue eorum studio frustrati, etiam (quod pessimū est) opes, labores, & tempus, si quod in hac arte insumpserunt, amittunt. Veruntamen qui curuat dorsum ad libros nostros legendos, eisq̄ studiosè vacat, memoriā animūq̄ue adhibet & arrigit, nec est vanis implicitus cogitationibus, Deūq̄ precatur, vt Salomon, pro sapientia, non pro opibus largiendis, is in regno rex regnabit nostro indefinenter, quousque moriatur. Deū igitur timete, ô inuestigatores: quod enim quæritis, parui nequaquam est precij. Thesaurum enim maximum, & munus Dei excellentissimum quæritis. Et cognoscite, ô inuestigatores, id quod Philosophi dudum intimauerunt dicentes, quod rectum non nisi errore discernitur, & nihil magis dolorem cordi generat, quàm error in hac arte & opere. Dum enim quis putat se fecisse, mundum habere, nihil in manibus suis inueniet. Vt cunq̄; autem, Philosophi opus, remq̄ue ipsam varijs nominibus cōposuerunt, veritas semper in eorum est scriptis. Dixerunt etenim, commiscete, coquite, dealbate, terite, affate, coagulate, & soluite Etheliam, ac rubiginem facite: verba plurima sunt, regimē tamen vnum est. Si igitur vultis veritatem inuenire, non est opus illa operis diuisione, sed tantummodò hoc curate, complexionē aptate: deinde multo tempore leniter coquite: neq̄; decoctionis & imbibitionis vos tædeat, quousq̄; videatis Yxir in Tyrium & regium vestitum decoratum. His verbis quamuis mortua sunt, inest tamen vita intelligentibus. Frequēter igitur legite ea, & super his semper plurimum meditamini, sapientia accedat vobis.

Inquit HYARGVS: Aes de quo prædixerunt Philosophi, non est vulgi, neq̄; vulgi stannum; verū corpus est nostrum, quod oportet corpori Magnesiæ admisceri, vt coquatur & teratur absque tædio, donec lapis fiat. Deinde lapis ille iterum in vase suo teri debet aqua vitæ & nitri, & totus dirui. Oportet autem vos habere aquam continuè, quæ quantò magis coquitis, tantò magis inspergatis, quousque acquirat rubiginē, quæ est operis fundamentum. Hanc coquite & Aegy.

ptiaco terite aceto, & vtrumque vel æs ipsum, vel ipsum acetum & aquam Aes vocate.

Inquit CADMON: Dixisti Hyarge, quòd vtrumque quod in commixitione venit, æs vocari consuetum sit à Philosophis: & bene quidem: id enim est æs, quod in quatuor vertitur, & ex vna re est. Oportet igitur accipere ex ære nostro partē vnā, & ex aqua permanente, quæ etiam æs vocatur, tres partes. Deinde commiscete aceto, & coquite tandiu, quousque inspissentur, & vnus fiat lapis; deinde continuè coquite & imbibite, donec terra & puluis fiat Tyrius.

ASCANIUS ait: Cùm legimus in libris Philosophorum, quòd natura tantùm vna est, quæ omnia superat, scire oportet, quòd vna & vnum compositū sunt. Nōne videtis hominis compositionem esse ex anima & corpore? Sic oportet nos duo coniungere, quam coniunctionem Philosophi comparauerunt coniugibus, ex quorum amplexu resultat aqua aurea, sed hoc de secundo opere. De primo dicam pauca: Irritate bellum inter æs & argentum viuum, donec ad interitum veniant & corrumvantur, tunc æs argentum viuū concipiens, coagulat ipsum. Argentum verò viuum concipiens æs, congelatur: deinde corpus vtriusq; diruitur, nec puluis fit diligenti & multa imbibitione & decoctione. Rubeum masculum verò, fœminæ (quæ ex vapore est) coniungite, donec masculus & femina fiant Ethelia. Qui enim per Etheliam eos in spiritum vertit, deinde rubeos facit, omne corpus tingit, eò quòd cùm corpus diligenter teritur, munda ex eo anima spiritalis ac sublimis extrahitur, quæ omne corpus tingit, & est sulphur naturæ, quæ varijs nominibus nuncupatur.

DARDANIS inquit: De regimine satis superque à vobis dictum est: de coniunctione igitur pauca dicam. Significo igitur posteris, quòd inuestigatores non possunt extrahere occultam naturam illam sulphuream, nisi per Etheliam, qua corpora fiunt non corpora coquendi continuitate, & ipsius Etheliæ sublimatione. Insuper scitote, quòd argentum viuum est igneum, omne corpus comburens magis quàm ignis, & corpora

mortificans: & quòd omne corpus quod ei commisce-
tur, teritur, & morti datur. Corporibus ergo diligen-
ter contritis, & prout oportet exaltatis, fit Ethelia na-
tura, calorem non fugiens, sed tingens æs. Et est quòd
Sapientes antea dixerunt, quòd figit argentum viuum
donec tingatur, quod tinctum existens, tingit. Præterea
scitote, quòd æris corpus Magnesia regitur, & argen-
tum viuum habet quatuor in se, tamen non habet esse
nisi in humiditate, quæ aqua sulphuris dicitur, & quæ
sulphura continet. Sunt autem sulphura animæ occultæ
in quatuor elementis, quæ per artem extractæ, se inui-
cem continent naturaliter & coniunguntur. Si autem
occultum quod est in ventre sulphuris aqua regatis, &
bene mundetis, occultum obuians suæ naturæ læta-
tur, similiter aqua pari suo: sed hæc quatuor non tin-
guntur, verum quintum tingit. Propterea dixerunt Phi-
losophi, quòd quatuor numi vulgi non tingunt nisi æs,
quod æs tinctum postea tingit numos vulgi.

MOSIUS ait: Hoc vnum quod sæpe nominatū est,
Philosophi multis nominibus nuncuparunt, aliquan-
do duobus nominibus, quandoque etiam tribus no-
minauerunt. Dicam autem ego vobis iam quid sit, Vnū
quidem, quod est argentum viuum igneum: Duo, cor-
pus in eo compositum, & tertium est aqua sulphuris,
qua abluitur, & teritur, ac regitur vnum, donec opus
peragatur. Et hoc est quod innuit Philosophus cum di-
xit: Argentum viuum quod tingit aurum, est argentum
viuum Cambar, nihilominus tamen Philosophi distin-
guunt, & dicunt, aliquando est Cambar, aliquando au-
ripigmentum. Sed ita oportet intelligatis: Argentum
viuum Cambar, est Magnesia: Argentum vero viuum
seu auripigmentum, est sulphur quod ascendit de com-
posito misto. Oportet igitur vos illud spissum commi-
scere veneno igneo, & putrefacere ac diligenter terere,
quousq; spiritus fiat in altero occulto spiritu, & tunc fit
tinctura, quæ tingit omnia quæ vultis.

Inquit PLATO; O vos magistri operis, caute cum
corpora soluitis, ne comburatis etiā: quia oportet co-
quendo abluere ea marina aqua, quousque totum co-
rum sal in dulcorem vertatur, & clarescat ac tingat. Spi-

ritu itaq; separato à corpore, in altero spiritu occultus, factus est vterq; fugiens: quod Sapientes expresserunt his verbis: Fuge, ianuam reperate non fugienti. Conuertens namque sulphureum in spiritum similem sibi, fit vterque fugiens: Non fugientes autem similiter fiunt: quia per ignis intercessionem se inuicem amplectantur & continent. Itaq; accipite ea quæ non fugiunt, & iungite, & abluite corpus incorporeo, & corpore carente, corpore solidate, quousque veritatis ipsam in corpus, corporibus non fugientibus: & vertite terram in aquam, aquam in ignem, ignem verò in aërem, & celate ignem in intimis aquæ, terram verò in aëris ventre, & calidum miscete humido, sicum verò frigido: quia Natura naturam superat: deinde verò Natura naturæ congaudet: tandem Natura naturā continet: continens autē omnia terra est. Cū enim quatuor naturæ in cælum ascenderunt, rursus tandem descenderunt, ita vt ignis in aërem, aër in aquam, aqua in terram incidat: finis itaq; totius operis puluis ac cinis sunt.

ACTOMANVS inquit: Philosophi de rubigine frequentissimè tractauerunt: Rubigo autem fictum nomen est, non verum. Dico autem vobis, quòd rubigo fit secundum opus, quòd ex solo auro fit, atque ob id Irudinem vocauerunt: quia in sulphureo aureo colatur, quemadmodum Irudo in aqua. Est igitur rubigo rubefactio in secundo opere: in primo enim rubiginem facere, est dealbare opus, in quo Philosophi iusserunt poni auri florem, & aurum æqualiter.

MVNDVS ait: De rubigine satis tractatum est; dicam igitur de veneno. Venenum non est corpus, eò quòd subtiles spiritus tenuem ipsum spiritū fecerunt, & corpus tinxerunt, & in venenum verterunt: quòd venenū Philosophi asserunt omne corpus tingere: atque ob id opinati sunt, quòd qui aurum in venenum vertit, is ad propositum iam peruenit: qui verò nō, nihil effecit. Dico autem quòd nisi igne res attenuetis, quousque illæ res vt spiritus ascendant, nihil dum perfecistis. Hic igitur est spiritus ignem fugiens, & fumus ponderosus, qui dum corpus ingreditur, vniuersum penetrat, & natura eius eo lætatur. Atque ob id dictum est:

Accipite

Accipite spiritum nigrum viuentem, & eo corpora diruite & cruciate, quousque alterentur ad beneplacitum vestrum.

PYTHAGORAS inquit: Intelligendum vobis est ô Turba, quòd sulphur, & calx, & alumen, quod est ex pomis & Kuhul, & sputum Lunæ, ac sputum combustibile, omnia illa scilicet nihil aliud esse, quàm aquam sulphuris, & aquam ardentem. Et scitote, quòd Magnesia si cū argēto viuo miscetur, sulphura cōmixta esse, & sulphura se inuicem consequuntur. Non igitur oportet vos illam dimittere Magnesium absque argento viuo: cū enim componūtur, fortissima est compositio, quæ vna est de decem, quam Philosophi reginam constituerunt. Et congelare ipsum, non est quidem vnum regimen, secundum Philosophorum constitutionem. Prima enim coagulatio est stanni, & æris, & plumbi: secunda verò sulphurum aqua componitur. Et sciendum, quòd nihil aliud est huius artis scientia, quàm vapor & aquæ sublimatio, argenti viui Magnesiæq; corpori coniunctio. Similiter & Philosophi in libris suis demonstrarunt, quòd sulphuris munda aqua ex Sole est sulphur, & quòd nullum sulphur fit absque calce argenti viui, & sulphuris aqua.

BELVS inquit: De compositione multa tractata sunt; compositio aut & cōtractus vnū quid sunt. Accipite ergo ex altera compositione partem, & partē ex auri fermento, eisq; mundam sulphuris imponite aquam, & habebitis potens arcanum, quod omne corpus tingit. Sed interim est notandū, quòd aqua munda, quæ ex sulphure est, non est ex solo sulphure, verum ex pluribus composita rebus, quæ vnum sulphur facta sunt ex pluribus sulphuribus. Vt ergo multa sulphura vnum fiant sulphur, miscete pugnans cum igne non pugnantia. Coniuncta namque in igne eis conueniente præliantur, & amicitia fit constans, eò quòd calida Medicorum venena, leui igne coquūtur incomburentem. Et hoc ianuerunt Philosophi, cū dixerunt, in decoctione, parum sulphuris multa comburit dura corpora. Et humor, quod relinquitur, humida pix, balsamum, &c. nominatur. Verum hoc arcanū est, quod aperiam vobis.

Hoc arcanum ex duabus procedit compositionibus, Sulphure scilicet & Magnesia. Et Philosophi hoc compositum in vnum redactum, Aquam nominauerunt, & spiritum boletorum, & spissum aurum. Omnibus autem in argentum viuum versis, sulphuris aquam nominant, sulphur quoque cum sulphure continetur, dicunt igneum esse venenum, quod est potens arcanum, proueniens ab his, quæ nostis.

Ait PANDVLPHVS: Iubeo vt argentum viuum ex Cambar capiatis, & eum in tabernaculis sublimentis (est enim alterum sulphur, de quo antea dictum est) & sic sulphur, sulphuri miscebitur, & multa ex eo procedent opera. Eo autem sublimato, procedet illud argentum viuum à Cambar, quod Etheliæ, Auripigmentum, Zendrio, Ebsemerth, Magnesia, Chueul, & multis aliis nominibus nuncupatur, de quo Philosophi dixerunt, quòd natura in suo ventre erat occulta. Recto autem illo (quoniam omnium decem est perfectio) suo regimine, mox conueniens apparet eius alba natura, nec in eo umbra vlla apparet. & tum Sapientes vocarunt Plumbum, Exebnich, Magnesia, Martech, & æs album, quod vbi verè dealbatum est, umbra caret, & omni nigredine, & sua dimisit corpora spissa & ponderosa, nullum corpus penetrantia, & simul cum eo mundus spiritus humidus ascendit: qui spiritus tinctura est. Ideoque Sapientes dixere, æs animam & corpus habere, & id quidem verum: Anima est eius spiritus, corpus verò eius spissum. Ideò oportet vos spissum diruere corpus, quousque spiritum extrahatis ex eo tingentem, extractum quoque ex eo spiritum leui sulphuri miscete, & peragetis propositum.

MORFOLEVS inquit: Oportet, sapientes Viri, lento igne primùm humiditatē comburi, vt exemplo nobis monstratur in generatione pulli, & vbi augmentatur ignis, vas vndique obduretur, ne corpus æris, & spiritus eius fugiens extrahatur. Et hoc innuerunt Sapientes, cum dixerunt: Accipite argentum viuum ex æris flore, quem, scilicet æris florem, nostri aquam dixerunt, & igneum venenum ab hominibus extractum est. Et iterum dixerunt: Cum omnia vnum fiunt, facta sunt
corpo-

corporea incorporea, & è conuerso. Præterea dixerunt, quòd omne corpus dissoluitur cū spiritu, cui mixtum est, & proculdubiò similiter fit spirituale: & omnis spiritus à corporibus alteratur & coloratur, cui spiritui color tingens, ac contra ignem constans miscetur. Benedictū ergo sit nomē eius, qui Sapientibus inspirauit corpus in spiritum vertere, vim & colorem habentē inalterabilem & incorruptibilem: & quòd prius erat Sulphur fugiens, nunc factum est Sulphur non fugiens & incombustibile. Scitote insuper doctrinæ filij, quòd qui potest spiritum fugientem rubeum ficere corpore sibi coniuncto: deinde ex illo corpore & spiritu suam tenuē naturam in suo ventre occultam extrahere ingenio subtili, opus inuenit. Et notare, quòd prolixitate coquendi tingit corpus. & hoc dixerunt Philosophi, quòd rebus fortiter contritis, & igne diligenter coctis, fiunt tincturæ fixæ: & quicquid libris suis occultè narrauerunt, argentum viuum significare voluerunt, quòd aliquando dicitur aqua sulphuris, aliquando plumbū, aliquando etiam numus.

YXIMIDIVS inquit: Iam tractasti Morfolee, de æris & spiritus humidi regimine, & optimè quidem. Sed maximum est arcanum, quòd Philosophi dicunt: Aes non tingit, cū tamen tingitur, tingit: eò quòd argentum viuum, cū suæ miscetur tincturæ, tingit. Cū verò miscetur his rebus, tincturæ Philosophorum, res fermentatæ, mixta corpora, Corsulfæ, & colla auri, venenum, maris splendor, Ethelia, auripigmentum, & randerich tinctura vocatur. Quæ tot nomina vana esse putantur & superflua, vera tamen sunt, non autem conficta, eò quòd vnum sunt, vna opinio, & vnum iter: hoc est, argentum viuum, quòd est quidem ex omnibus extractum, ex quo omnia fiunt, qui & est aqua munda, quæ ymbra æris delet. Et scitote, quòd hoc argentum viuum, cū dealbatur, fit sulphur, quòd à fuga detinetur, & assimilatur marmoris splendori. Et arcanum quidem hoc est maximum: quia solum sulphur æs dealbat.

Intimandum est etiā vobis, huius artis inuestigatores, quòd illud sulphur nō potuit æs dealbare, quousq;

in opere priori fuerit dealbatum: nam sulphuris huius mos est fugere. Cum igitur sua spissa fugit corpora, & vapor sublimatur, tunc oportet vos alio argento viuo sui generis ipsum continere, ne fugiat. Fit autem id quàm primùm argentum viuum & æs ipsum coniunguntur. Tunc enim sæpe inuicem soluant, & concipiunt, & fugere non sinunt, sed vtrumque argentum viuum fiunt. Et ita hoc, quod primò æs, neq; argentū viuum fuerat, cōmixtione tamē argenti viui factū est: quod scilicet additū argento viuo, prius argentū viuum cui mos erat fugere, continet. Quare Philosophi dixerunt: Sulphura sulphurib. cōtinentur. Amplius scitote, quod sulphura tingunt, deinde fugiunt proculdubiò, nisi argento viuo sui generis iuncta fuerint. Nō putetis ergo, quod tingit, deinde fugit, numū esse vulgi: verūm Philosophorum intentio est numus, quod nisi albo vel rubeo miscetur, (quod est argentum viuum sui generis) proculdubiò fugiet. Iubeo autem vos argentum viuum argento viuo miscere, quousque vna eademque aqua fiunt munda, ex duobus composita. Hoc est igitur maximum arcanum.

EXIMENVS inquit: multis & omnibus penè metallorum nominibus Philosophi aquam nostram, & opus nostrum nuncupauerunt: vtcunq; autem vocent, semper ipsam aquam significant. Ipsa aqua cum rebus suis in vase suo posita, prohibet ne res comburantur, & quantò magis ipsæ res flamma occupantur, tantò magis in aquæ intimis absconduntur, ne ignis calore lædantur. Aqua autē eas in suo vase recipit, & ignis flammam ab eis repellit. Et ita rebus cum aqua diligenter tritis, Ethelia scandit, & opus deinceps sola imbibitione aquæ ad verum operis finem perducit.

ANAXAGORAS rursus ait: Notifico vobis, sitiens & ad bibendum apta est Ethelia, quæ præcedente sulphure cocta est. Vitreo ergo vasi imponite, & coquite, quousq; Cambar fiat. Iubeo autē vos continuè coquere, & iteratè, nec vos tēdeat. Et scitote, quòd operis huius perfectio est aqua sulphuris, quæ cum eo coquitur, donec rubigo fiat. Omnes enim Philosophi dixerunt: Qui potest aurum in rubiginem vertere, veneni propositum

fitum iam inuenit: qui verò minimè, in nihilo est.

Ait AZIRATVS: Iubeo posteros de numis accipere, quos Philosophi fecerunt, mixtis æris partibus, & vase ad coquendum imponere ipso vase clauso optimè: Tum verò cum æs numis contritum, & in aquam versum est, nigredo apparebit de Kuhul, quæ de nigredine numorum est, & nigredine consumpta, preciosa albedo illis apparebit: deinde coquendo desiccetur, quousque in lapidem vertantur. Illum coquite continuè igne priore fortiore, & directur cōfringeturq; ac in cinerè vertetur. O quam preciosus est cinis iste filiis doctrinæ, & quam preciosum est quod ex eo fit. M. scentes igitur cinerem aqua, iterum coquite, quousq; cinis ille liquefiat: deinde coquite, & aqua imbuite permanente, quousq; compositio dulcis fiat, ac suavis & rubea. Imbuite etiam quousq; humida fiat. Amplius tum igne priore fortiore coquite, ac vasis diligēter os claudite: hoc enim regimine corpora fugientia fiunt, & spiritus in corpora, corpusq; in spiritum vertitur, & inuicem nectuntur: deinde fiunt corpora spiritus, animas habentes tingentes, eò quòd inuicem germinant.

OBSEMEGANVS ait: Dico quòd inuidi totam artē hanc nominum multitudine vastauerunt: ars tamen est, secundum quam iussere Philosophi aurum numosum facere, & eum calcinare, sublimare, figere, terere, dealbare, coagulare, coquere, & in rubeum vertere, & vocauerunt Etheliam ignem, & vas cribrū, aquam sulphuris copulam: & hoc totum nihil aliud est, quàm cōtritio, & dealbatio. Præterea dico, quòd argentum viuum apud visum album est, cumq; autem fumus ei aduenit, vertitur in rubeum, & fit Cambar: hoc est, venenum. Et hoc inuenerunt Philosophi, dicentes, quòd natura plumbi facilè conuertitur: propterea sæpenumerò reiterauerunt hoc verbum, Conterere, vt multis modis monstrarent spiritus in vase occultos abstrahere, & aqua imposita prohibere, ne comburantur, aliàs ignis ipsos facilè comburit. Sed aqua apposita, quantò plus flamma eos inuadit, tantò plus in visceribus aqua penetrat, & prohibet ne flamma comburatur. Atq; ob id etiam antiqui multa tractauerūt de sublimatione: quia

nisi res igne fortiter conteratur, Ethelia non ascendet, quod voluit Hermes innuere, cum dixit: Cribrate res, quas nostis, & altiùs liquefacite.

ARZOCHE ait: Nisi res igne conterantur, Ethelia non ascendet, & ea non ascendente, nihil facitis. Videtis enim quòd ventus Meridiei plurimus cum exaltatur, nubes sublimari facit, marisque vapores eleuat. Hoc est vas, & testa, in qua inest sulphur incombustibile. Moneo autem vos, ut argentum viuum, quod ex pluribus est confectum, congeletis, ut duo tria fiant, & quatuor vnum, ac duo vnum.

ANAXAGORAS inquit: Accipite combustum fugiens, & corpore carens, & incorporate eum: deinde sumite ponderosum fumum habens habile ad bibendum. Hoc est, ut rem clariùs exponam, Hoc combustum fugiens, & ad bibendum sitiens, est Ethelia, quæ cum sulphuri coniuncta est, vitreo vasi imponite, & coquite, donec Cambar fiat, & peragat arcanum quod queritis. Coquite ergo, & non pigeat vos reiterare: tota enim perfectio sulphuris in decoctione tabulæ consistit. Coquatur igitur quousque fiat rubigo. Omnes quidem Philosophi dixerunt, quòd qui rubiginem in venenum aureum potest conuertere, opus peragit: sin autem, in vanum laborat.

PITHEUS inquit: Dico, quòd cum Magister de aqua ista primò tractasset, postea in fine sui libri loqui voluit de fermento auri. Quare mirum est, cur inuidi finem ante principium in suis tractatibus posuerunt, præcipiendo in auri fermento aquam sulphuris mundam cum aliquantulo suæ gumæ commisceri. Præterea putrefactionem omiserunt, de qua pauca dicam. Putrefactio non fit absque humido & sicco, & ex utroque nascitur operis principium, licet in tres partes inuidi hoc opus diuiserunt.

CONSTANS ait: Quid nobis cum inuidis, & eorum tractatibus? Certum quippe est, hoc opus quatuor habere naturas, quæ sunt, ignis, aqua, aer & terra: quæ nisi habeantur, nihil vnquam generatur, nec quicquam absoluitur in arte. Iungite ergo sic cum humido, hoc est, terram & aquam, & coquite igne & aëre, quousque spiritus in

tus in anima desiccetur: scientes quòd tenue tingens fumit virtutem ex tenuissima terræ, aëris & aquæ parte, & exsiccat. Hic enim est modus operis nostri, vt omnia in terram vertantur. Nolite ergo res multiplicare: Inuidi quidem eas multiplicauerunt, & varia descripserunt regimina, vt inquisitores fallerent: & assimila- uerunt hoc opus sicco, omni lapidi & metallo, anima- libus, omni reptili & volatili: vos autem scitote, quòd corpora corporibus tinguntur, & corpora corporibus finguntur: & quòd Philosophus dixit; In arte est argen- tum viuum de Cambar, & in numis est argentum vi- uum de masculino: & nihil aliud curate, quoniam non sunt nisi hæc duo argenta viua.

ASTRATVS inquit: Qui veritatem vult assequi, ca- ppiat Solis humorem, & sputum Lunæ. Veritatem dico, nec aduersa adfero: numos enim, quos Philosophi ca- pere iusserunt, numi Hermetis sunt, de quibus partem sumi iussit, & ex ære Philosophorum partem, & numis miscere, ac vasi imponere, obstructo diligenter ore, & coquere septem diebus, & tunc vertitur æs in numos. Coquatur ergo iterum, & non tædeat vos decoctione: postea aperiatur vas, & nigredo inuenietur: qua ab- sumpta, apparebit albedo nobilissima. Postea ponat- ur in locum suum, & iterum coquatur, donec lapilli in siccum vertantur, postea coquatur igne fortiori, quo- usque lapis durior fiat, & confringatur, ac in cinerem vertatur, o quam preciosus est cinis ille. Viri Sapietes, intelligite illud, Aquæ suæ iterum coquite, donec li- quefiat. Postea coquite ipsum, & imbuite ipsum cum aqua permanente, donec compositio dulcis & suavis ac rubea appareat. Postea imbuite, donec humida fiat: demum coquite igne fortiori, &, vt dictum est, os vasis claudite. Hoc est regimen, quo corpora fugientia, non fugientia fient, & spiritus in corpora, & corpora in spi- ritus vertuntur, & se inuicem nectuntur, ac vltimò fient corpora spiritus, animam habentes, & tingentes, ac germinantes. Quapropter diligenti opera æs dealbate aqua permanente, donec accidat ei rubigo, & conge- letur, fiatque corpus Magnesiæ: deinde coquite, donec totum corpus confringatur, & ita fugiens vertetur in

cinerem, & efficietur res umbra carens, & tinctura Philosophorum.

ANASTRATVS inquit: Dico vobis. quòd hoc secretum inuidi variè depinxerunt: aliquando in membra, in physicam ratiocinationem, Astronomiam: & interdum assimilauerunt arboribus, metallis, & vaporibus, ac reptilibus: & quantò plus potuerunt, ipsa nomina multiplicauerunt. Ego verò vobis dico, sumite ferrum, facite inde laminas, postea aspergite eas veneno, & ponite in vas, cuius os benè ocludatur, & caute humorem multiplicare: vel ponatis ipsum siccum, & facite siccum massam fortem. Scientes quòd si aquam massæ multiplicaueritis, non continebit eam, neq; benè ardebit in camino: & si nimis siccaueritis, non coniungetur, nec coquetur. Exsiccate ergo eam, & in vase suo ponite, cuius os firmiter claudatur: & postea fiat ignis carbonum desuper per dies aliquot: deinde aperiatur vas, & inuenietis in eo, & etiam in coopertorio vasis nodos paruulos. Et hoc est, quod igne sibi ministrato, acetum surgit in altum: eius namq; natura spiritalis est, quia sursum ascendit: & ideo moneo vos, vt per se teneatis eam. Tribus enim decoctionibus multiplicatis, conglutinatur, & ab igne congelatur, eius que natura conuertitur in naturam: sic Cambar similiter decoctione & liquefactione tali disiungitur. Notum etiam facio vobis, quòd ista frequenti decoctione consumitur tertia pars aquæ, residuū verò eius efficitur ventus, qui Cambar & spiritum eius portat in ventre suo. Præter hæc dico, quòd nihil est preciosius arena maris rubea, & est sputum Lunæ, quod Solis lumini iungitur, & congelatur. Et quantò plures transeunt dies, tantò fortius congelatur, & non comburitur. Solis enim beneficio coctum congelatum est, & albedo illa præstantissima facit eum terrenum ignem superare.

BALGVs ait: Quidam fructum artis istius Tulceas descripsit, & mirabili modo me cepit docere, dicens, quòd absq; labore inuenitur eius operatio. Cumq; autem de eius incremento & ædificatione cepit docere, talia dixit: Accipe illam arborem albam, ædifica ei domum rotundam, tenebrosam, & rore circundatam, & impone

imponere ei magnæ ætatis hominem centum annorum,
& claude domum, ne ventus aut puluis ad eos perue-
niant: deinde dimitte eos in sua domo octuaginta die-
bus: dico vobis in veritate, quod senex ille non cessat
comedere de fructu arboris illius, donec iuuenis fiat.
O quam miranda natura, quæ illius senis animam in
corpus iuvenile transformavit, & pater filius factus
est. benedictus sit Deus creator optimus.

THEOPHILVS ait: Scitote charissimi, quod quam-
uis inuidi dispositionem hanc multis celauerint nomi-
nibus, vno tamen nominauerunt eam nomine: scilicet
Aquam vitæ. Nam cum dictus senex sibi iungitur, per-
fectè moritur. Postmodum verò ponitur in Sole, donec
liquefcat. Postea imbibitur, congelatur, & ita per dies 7:
fit ferrum rubiginosum. Quod si hoc est nimis obscu-
rum, narrabo aliud. Quidam fructus exeunt à perfectissi-
mâ arbore primo Vere, & postmodum æstate florent,
& tunc multiplicatur & decoratur arbor, donec fructus
perficiantur, & maturando dulces fiant. Simili modo
illa mulier fugiens generos, quibus per se, quamuis ira-
ta, domestica fit: vt non dedignetur se superari, vt eius
coniunx suum habeat decorem, qui furibundus eam
diligit, ac iugiter pugnat cum ea, donec suos concubi-
tus cum ea peragat: & Deus pro voluntate filios multi-
plicat: cuius porro decor igne consumitur. Terminò e-
nim finito reuertitur ad eam. Dico etiam vobis, quod
Draco ille nunquam moritur: tamen illam mulierem
suos interficiens coniuges, Philosophi neci dederunt:
illius enim mulieris venter plenus est veneno. Fodiatur
igitur sepulcrum Draconi, illicq; sepeliatur mulier cum
eo: qui illi mulieri fortiter iunctus, quantò magis eam
nectit, & voluitur circa eam, tantò magis corpus eius
in mulieris artubus mixtum ad mortem declinat, & to-
tus vertitur in sanguinem. Quod cum vident Philoso-
phi in sanguinem versum, ponunt eum ad Solem, quo-
usq; lenitudo consumitur, sanguisq; arefcat. Et tunc
apparet venenum, & occultum manifestatur.

BODILLVS inquit: Sciendum est omnes discipuli,
quod ex elementis non fit vtile absque commixtio-
ne maris & fœminæ, & regimine caloris: quia sperma

ex sanguine generatur, & libidine. Viro namque mulieri commixto, vteri humore sperma nutritur, & sanguine humectante, & caliditate, partus quadraginta noctibus formatur. Si enim humiditas vteri & calor non essent, sperma non maneret, nec fœtus perageretur. Deus autem illum sanguinem & calorem ad nutriendum sperma constituit, quousque extrahat ipsum ad libitum. Fœtus autem extractus, non nisi lacte nutritur, & igne, per se & paulatim dum paruulus est, & quanto magis exurit, ossibus confortatis, in iuuentutem deducitur: in quam perueniens sibi sufficit. Sic ergo oportet vos in hac arte facere. Et scitote, quòd absque calore nihil vnquam generatur, & quòd balneum intensi caloris perire facit: si verò frigidum sit, fugat: si autem temperatum sit, corpori conueniens & suaue fit. Quare leues fiunt, & aluntur & carò augmentatur.

MOSCVS inquit: Scitote quòd inuidi modum plumbi formandi multis modis narrauerunt, vt decipiant posteros, varia fingendo instrumenta. Ego autem dico, quòd nulla instrumenta fiunt, nisi ex nostro puluere albo, stellato, splendido, & ex lapide candido: à quo puluere apta fiunt instrumenta pro ouo: non tamen nominauerunt ouum, vel cuius auis ouum sit. Porrò eorum regimen, quod diximus, difficillimum inquirunt est: nam si compositum plus quàm oportet regatis, eius lumen à pelago sumptum extinguitur: & ided iusserunt Philosophi hoc opus subtili meditatione regi. Accipite ergo & regite ipsum Lunâ, & arenę imponite, quousque dealbetur, scientes, quòd nisi patientiam habeatis, errabitis in eius regimine, & corpus corrumpe-
tis. Coquite leni igne donec appareat album, deinde aceto extinguite, & tum videbitis vnum à tribus sociis dimissum. Et scitote quòd primum commiscet, secundum comburit, tertium liquefacit. Iungite ergo primò nouem partes de aceto cum calefeit vas, & iterum nouem partes, cum calefactum est vas, apponite.

Rursus ait MUNDVS: Scitote quòd omnibus, quantumlibet multis nominibus tincturarum relegatis, vna tantummodo est Philosophorum tinctura, quæ Tyria est:

est: cui ad placitum nomina subscripserunt, & albaro proprio nomine, ipsam magnum Arcanum nuncuparunt & mare, eò quòd æs nostrum à pelago extractum est rubeo & purissimo, quòd suauis est odoris, pulcher, & putrefaciendo non sordidus, nec tetri odoris. Et scitote, quòd plura nomina quæ illi data sunt, omnia vera sunt. Quemadmodum enim in tritico cõtingit quod molitur, & tunc alio nomine nuncupatur: deinde in varias substantias cribro diuisas, varia panis genera fiunt, varijque labores exercentur, semper variatis nominibus, nihilominus tamen totum fermentum vno nomine nuncupatur: ita aquæ plura distincta nomina sunt, & tamen Tyrium colorem nostrum, in vnoquoque regiminis gradu sui coloris nuncupamus.

RARSON ait: Mira est Philosophorum diuersitas in his quæ posuerunt, eorumque consensus mirandus in hac re paucilla & vtilissima: veruntamen & hoc est, quòd si omnes inuestigatores, & vulgus id paruum & vile scirent, non vilipenderent: sed illi nostra scripta legentes, hoc ipsum quod commendamus, vile & paruum putant, non intelligentes. Deus igitur à populo illa celauit, ne mundus deuastaretur. Verum autem est, quòd omnis nostra scientia natura est masculi & feminae. Hoc quidem maximum nostrum est arcanum, quod inuidi Magnesium appellarunt, propter arcanum ipsum. Diligenter igitur ipsam Magnesium in vase suo coquite, quousque totum coaguletur, & seipsum contineat. Et si in inuidorum libris audieritis pelagus nominari, scitote quòd id humorem & aquam significat, & nigredinem quæ abluui debet, numos vocant.

AGADIMON ait: Coquite æs donec exeat nigredo, quam numum vocant, & res artis nostræ, bene miscete, & inuenietis nigredinem statim, quæ est plumbum sapientum, de quo Sapientes in suis libris multa tractauerunt.

ORFVLVS ait: Scitote quòd in principio miscendi oportet elementa cruda, syncera, & amœna, & recta super ignem lentum commiscere, & cauere ignis intensionem, donec seipsa contingant elementa, ac planè complexione paulum morari decet, quosque in illo

leui igne desiccentur. Post primam autem combustionem oportet æs ablui ac mundificari, & in igne dealbari, quousque omnes res vnus fiant color: cui postea oportet vos totius humoris residuum miscere, & tunc eius rubor exaltabitur. Elementa igitur igne diligenter cocta lætantur, & in alienas vertuntur naturas, eò quòd liquefactio est caput huius artis, & quòd liquefactum est, fit non liquefactum, humidum verò siccum, & spissum corpus spiritus, & spiritus fugiens fortis contra ignem pugnans. Quare conuertite elementa, & quòd quæritis, inuenistis. Conuertite elementa & quòd quæritis inuenietis. Conuertere autem elementa, est humidum facere siccum, & fugiens fixum. His peractis hac dispositione dimittantur deinceps in igne, quousque spissum attenuetur, & rarum tingens remaneat. Et scitote quòd elementorum mors ac vita ab igne fiunt, & quòd compositum generat seipsum, & in se ipso germinat id quòd quæritis, nempe colores croci & coralli nostri: quibus apparentibus, vltimò miracula videbitis, vt hoc quousque tyrius color peragatur, donante Deo, cui laus in æternum.

EMIGANVS inquit: Legendi sunt libri Philosophorum: non frustrà enim dixerunt, inspiciate lactantem puerum, & non impediatis eum, in eo manet arcanum, ex quo bona operantur Sapientes: de quo etiam dixerunt, Comburite æs, comburite argentum viuum, & comburite aurum. Hoc si tenebrosius dictum est, dictum est, dicam elarius: comburere, comburere, comburere, non est nisi vnum, scil. dealbare, & rubeum facere, est viuificare. Et vobis dico, quòd definitio huius artis est corporis liquefactio, & animæ a corpore separatio, eò quòd æs nostrum habet animam & corpus, sicut homo. Oportet ergo dirui corpus, & animam ab eo separari. Proinde dixerunt Philosophi, corpus non penetrat corpus: verum subtile naturæ, & est anima ipsa, quæ corpus penetrat & tingit. Præterea dixerunt, quòd Saturni splendor dum scandit in aëra, non apparet nisi tenebrosus, & Mercurius radijs Solis occurrit: deinde argentum viuum virtute ignea corpus viuificat, & perficit.

ATTAMANVS ait: Scitote fratres, quòd opus nostrum quod queritis, ex maris fit generatione, que post Deum omnia perficit. Accipite Alzum, & lapides marinos veteres, & assate carbonibus, quousque albi fiant, & extinguite aceto albo: si Alzon fuerint vnciaz viginti quatuor, extinguite calorem illorum tertia parte sui, scilicet octo vncijs, & aceto terite albo per quadraginta dies. Opus verò secundum fit à mundato & abluto corpore. Sed huic operi secundo acetum nolite imponere, sed dimittite ipsum coqui, donec acetum suum totum biberit, & terra fixa fiat, vt terra Aegyptiaca. Et scitote, quòd operum aliud citius coagulatur, aliud verò tardius. hoc autem accidit ex coquendi diuersitate: Si enim locus vbi coquitur, humidus & roscidus fuerit, citius congelatur: si verò siccus, tardius. Mediocritas igitur quærenda.

FLORVS ait: Coquendi dispositionem complebo, dicoque quòd signum primæ decoctionis, est sui ruboris extractio. Cùm autem videritis iam ipsum totum nigrum, scitote quòd in illius nigredinis ventre albedo occulta est, & tunc oportet vos albedinem illam extrahere ab ipsa nigredine subtilissimè. In secunda verò decoctione ponatur illa albedo in vase cum suis instrumentis, & coquatur leniter, quousq; omnia alba fiant. Cùmque albedinem illam superuenientem in vase videritis, certi estote, quòd rubor in ipsa albedine occultatus est: & tunc non oportet vos illam abstrahere, vel finem coquendi facere: sed coquere, quousque totum fiat rubeum altissimum. Et scitote, quòd prima nigredo ex natura Mortach fuit, & ex illa nigredine exortus est rubor, qui rubor nigrum emendauit, & pacem inter fugiens & non fugiens composuit. Res cruciata in corpore mergitur, & vertit ipsum in naturam alterabilem. Et scitote, quòd illud sulphur corpus denigrans non potest tingi, nec tractari, sed id tractat & tingit. Item scitote, quòd illud sulphur quod denigrat, est quod non fugienti aperit ianuam, & in fugiens cum fugientibus vertit: quod nominamus aliàs etiam Aquam sulphuris, vertens æs in colores inalterabiles & indelebiles.

MANDINVS ait: Nisi hoc arcanum habeat, quòd ipsum emendet, non prodest quicquam. Ob id dixerunt antiqui: Illud quòd perficitur vnum quid est: quia diuersæ naturæ rem non emendant ipsam, sed vna tantum, & quæ conueniens sit, quam quidem vos parcè regere oportet. Regendi namque ignorantia plurimos errare fecit. Nolite ergo harum compositionum pluralitatem curare, nec ea quæ Magistri in libris suis posuerunt varia. Vna enim veritatis natura est, qua naturale mutatur, et quòd arcanum ipsius permutantis naturæ in suo ventre occultatum est, nec videtur, nec scitur, aut sentitur nisi à Sapiente. Qui ergo parcè regit æs, eiusq; scit complexionem, extrahit ex eo naturam, omnes naturas superantem. Tunc magistri verba complebuntur videlicet; quòd Natura naturam lætatur, & Natura naturam superat, & Natura naturam continet: & tamen non sunt diuersæ naturæ, nec plures: verum vna tantum, forma differens, suas habens res in se, alijs alijsque accidentibus, quibus operatur, quod eius naturæ congruit. Proinde benè fecit Magister, quòd ab vno orditus est, & vno finiuit. Deinde illas vnitates aquam sulphuream nuncupauit, totamque naturam vincentem.

ARCHELAVS ait: Perbellè descripta est aqua sulphuris munda: nisi enim spissa corpora diruantur à natura corpore carente, donec fiant corpora incorporea, & velut spiritus tenuis, non potestis illam animam tenuissimam ac tingentem extrahere, quæ in intimo ventris occulta est. Et scitote, quòd nisi corpus diruatur quousq; moriatur, & ex eo suam abstrahatis animam, quæ est spiritus tingens, nequaquam corpus eo tingere potestis.

PHILOTYS inquit: Omnibus præfatis, à quocunq; Magistrorum, nihil aliud significamus vobis, quàm Albar æris, et quòd tingit omne corpus quod in compositionem introiuit. Compositio autem duplicis est complexionis: vna enim humida, altera verò sicca. Cùm proinde coquitur, vnum fiunt, & dicitur bonum plurimorum nominum. Cùm verò rubeum fit, Auri flos dicitur, & Auri fermentum, Aurum coralli, & Aurum rostri. Di-

ſtri. Dicitur etiam redundans rubeum, Sulphur, & rubeum Auripigmētum. Dum autem crudum permanet, Plumbum æris dicitur, Virga metalli ac lamina. Ecce eius patefacta sunt nomina tam cruda quam cocta. Est autem totum magisterium, vt superius fiat inferius, & inferius superius fiat, & coquatur, donec plumbum æris fluat cum fermento, in principio, vel medio, vel fine adhibito, & tunc tingit, cum vt cera fluat proiectus.

AGMON inquit: Pro corollario dicam: quod qui non liquefacit & coagulat, multipliciter errat. Denigrate ergo terram, & separate eius animam & aquam, & postea dealbate, & inuenietis quod quæritis. Dico etiam vobis, quod qui terram denigrat, & album igne dissoluit, donec fiat sicut gladius denudatus: & qui prius, dealbatione eius completa, ei animam inducit, totumque rabido igne figit, postquam liquefactum fuerit, felix dici merebitur, & super mundi circulos exaltari. Hæc de lapidis nostri reuelatione, doctrinæ filijs satis esse non dubitamus: cuius vires corrumpi nequeunt. Si ponatur in igne, vis eius augetur: quem si soluas, soluetur: si coagulas, coagulatur. Nemo ipso carere potest, & omnes homines habent eum, omnes tamen egent eo. Cumque ei plura sint nomina, vno tamen nomine nominatur, in quo nulla est difficultas: id quod omnium est communius, illo maxime significatur. Quicumque autem magis proprie & apposite nominant, obscurum illum reddunt, & minus intelligendum. Et reuera non est ei nisi vnum nomen, illudque vbi non prodest, ibi magnifice & significanter nominatur: vbi prodest, valde celatur. Est lapis & non lapis, est quoque spiritus, anima, & corpus: est albus, ater & rubeus, æreas, tyrius, omnibusque mundi coloribus expositus. Est ponderosus, solidus, incommotus igne, incommotus aqua, incommotus vento: sed & leuissimus, cauus, spongiosus, commotus igne, commotus aqua, commotus vento: est salus, est quoque suauissimus: est summum venenum, est quoque summa medicina: imberbis est, & est quoque barbatissimus: implumis non volans, plumis præditus quoque est & volans: & si aquam ipsum dixeris, verum dicis: si aquam negas,

non falsò negasti. Ne ergo innumeralitate nominum decipiaris, mortuus, cum viuit vsque. Sed certò habes, eum quid esse, cui nihil alienum accedit neque inferatur. Eius igitur socium inuestiga, & alienum nihil ei inferas, & sine multiplicare homines nomina: quæ nisi multiplicarentur, sapientiam nostram pueri riderent.

T Y P O G R A P H V S

Lectori.

Placuit, candidè Lector, vt utilitati tuæ consulere-
mus, aliud quoque Turbæ exemplar, quod apud
nos fuit, adscribere, non tam propter ordinem di-
uersum, quàm propter sententiarum & Philosophorum
nominum varietatem. Contingit enim, vt in altero volu-
mine, idem diuerso efferatur sensu, & verbis, & autho-
re alio, vt tu in re tanti momenti, non aberres, sed quod
tibi magis arriserit, sequaris in tuis operationibus. Vale,
& si quid hinc utilitatis ceperis, id viro clarissimo & ex-
cellentiss. Medico D. Guilielmo Rascalono Formas-
tientiensi acceptum feres, cuius liberalitate
hæc exemplaria nacti
sumus.

TVR.



*TYRBAE PHILOSOPHORVM
alterum exemplar.*

SENTENTIAE sunt Sapientum, collectæ in tertia Synodo Pythagorica: In qua dicitur Arisleum Philosophum discipulos Hermetis ac Sapientum maiores cōgregasse, & vnumquemque in medium aliquid adferre de lapide vegetabili iussit, vt posteritati ars sacra innotesceret: & qui ad hanc capescendam animum appulissent, ad veritatis semitam ducerentur. Eximindus autem vir senex, & optimi consilij iussus est primus vt loqueretur.

SENTENTIA I.

EXIMINDVS. Vobis doctrinæ filijs notum facio, initium omnium rerum creatarum naturam quandam esse, primam, perpetuam & infinitam, omnia coquentem & regentem, cuius actiones & passionis ab ijs tantum sciuntur & noscuntur, quibus notitia artis sacrae data est. Insuper dico, stellas esse igneas, & aërem ipsas temperare. Nam si aëris spissitudo & humiditas non esset, quæ Solis flammam temperaret, subsistentia omnia Sol combureret. Deus autem aërea separatim constituit, ne combureretur quod in terris creauit. Nonne videtis, o scientiæ filij, Solem ascendentem in cœlo in aërem vincere & calefacere igne suo, quo calefacto, ad subsistentiam calor peruenit, inspissans & condensans spiritus, e quibus creaturæ generantur? Aër enim coarctatur, & ab aqua continetur, atq; ideo aër superatur, quia eius calor Solis calori, eiusq; humiditas aquæ iungitur humiditati. Nonne videtis venem aquam in aërem ascendere calore Solis eminente, & Solem ea deletari ac adiuuari? Quod si aëre tenui suo humore nõ iuaret aqua, proculdubio ignis ipsum superaret. Ignis verò ex aqua abstrahit humore, quo aër cōtemperatur, & tunc ipsum igne superat. Ignis ergo & aqua sunt inimici, inter quos nulla est consanguinitas: eò quod ignis est calidus & siccus: & aqua est frigida & humida. Aër quoque cum sit calidus & humidus, concordiam ha-

bet cum aquæ humiditate & ignis caliditate, atque ob id fit amicitia generans. Inspicite omnes fructus, qui ex tenui vapore aëreo fiunt, eò quòd Solis calore ex aëre & vita monstratur: & hoc ex Dei ordinatione.

SENTENTIA II.

YSINDRVS. Magnifico aërea, eò quòd ipsum opus aëre emendatur. Cum inspissatur, rarefcit, cum calefcit, frigefcit. Eius autem spiffitudo fit, quando in cœlo diffiungitur propter Solis elongationem. Eius verò raritas fit, quando exaltato Sole tabefcit aër & clarescit. Similiter fit in Veris complexione, in temporis nec calidi nec frigidi diffinctionem. Nam fecùdum alterationem dispositionis constitutæ, ad diffiunctiones anni alterandas, hyems alteratur: aër igitur inspissatur tùm, cum Sol ab eo prolongatur. Aëre verò rarefcente, propè fit Sol, quo propinquo, calor peruenit hominibus.

SENTENTIA III.

ANAXAGORAS. Dico quòd principium omnium quæ Deus creauit, est pietas & ratio: eò quòd in creatione apparuit pietas, & spiffum terræ ratione sperata: pietas autem non videtur nisi in corpore. Proinde scitote Sapientum turba, quòd spiffitudo omnium quatuor in terra quiefcit: eò quòd ignis spiffum in aëra cadit; aëris verò spiffum, & quòd ex igne spiffio congregatur, in aqua incidit. Aquæ verò spiffum, & quod ex ignis & aëris spiffio coadunatur, in terra quiefcit. Nonne videtis quòd iftorum quatuor spiffitudo in terra coniuncta est? Ipsa igitur terra omnibus est spiffior. ad hæc Turba: Verum dixisti, terra certè est omnibus spiffior. Quod verò iftorum est rarius & dignius? respondit, Ignis est rarius in his quatuor, & ad eum peruenit rarum iftorum quatuor. Aër verò est minus rarus igne. Nam calidus est & humidus, ignis verò calidus & ffcus. Calidum namque & ffcum est rarius calido & humido. Dicunt enim sapientes, quòd minoris raritatis fit ignis aëre, & terra minoris raritatis aqua, eò quòd frigida & ffcica. Et quemadmodum ffcum calidum est rarius humido calido, ita ffcum frigidum est minoris raritatis frigido humido.

SEN-

SENTENTIA IV.

PYTHAGORAS. Benè aptastis, ô filij doctrinæ, harum quatuor naturarum descriptiones, ex quibus Deus cuncta creauit. Beatus ergo qui intelligit quæ descripta sunt, quoniam maiora non proponentur. perficite tamen sermonem vestrum. Ad hæc dixit:

SENTENTIA V.

PANDOPHIS. Significo posteris, Quod est tenue aquæ, & quod non separatur ab ea, manet supra terram siccam, hoc est, aër absconditus in aqua, quæ sub terra est, qui fert terram ne mergatur in aquam, quæ est sub terra, & prohibet ne terra humectetur aqua. Aër is factus est complexus, inter diuersa separans aquam & terram, & inter aduersa aquam & ignem, ne se inuicem destruant. Huius rei proponam exemplum: Ouum, in quo quatuor coniuncta sunt: eius cortex apparens est terra, & albumen aqua, pellicula verò tenuissima cortici iuncta, est separans terram ab aqua, vt dixi, quòd sit aër separans terram ab aqua, rubeum verò oui est ignis, & pellicula rubeum continens est aër, aquam separans ab igne, & tamen vtraque pellicula vnum sunt & idem: aër tamen frigidam separans terram & aquam ab inuicem spissior est aère altiore. Et aër altior est & subtilior & rarior natura aère inferiore, quia igni propinquior. In ouo itaque sunt quatuor, terra, aqua, aër, & ignis, & punctus Solis in medio, rubeum scil. quod est pullus: Ideoque omnes Philosophi, in hac excellentissima arte, ouum descripserunt, ipsumque exemplum suo operi posuerunt.

SENTENTIA VI.

ARISLEVS. Scitote, quòd terra est collis, & non est plana, vnde Sol non ascendit super climata terræ vna hora. Nam si plana esset, vno vtique momento ascenderet supra totam terram. Insuper dico quòd Deus sit vnus, vnumque genuit, neque tamen genitus, & quòd omnium caput post se est terra & ignis. Et quia ignis est tenuis & leuis, regit omnia: terra autem cum sit spissa & ponderosa, fert omnia quæ regit ignis.

S E N T E N T I A VII.

LV CAS: Vos non nisi de quatuor loquimini naturā, vnusquisque vestrum de his aliquid dixit. Ego autem vobis notificō, omnia quæ Deus creauit, ex his quatuor esse naturis, & quæ ex ipsis creata sunt, in ea reuertuntur. Inde generationes & corruptiones fiunt, prout Deus destinauit. Et hæc fuit hæctenus Indorum & Babylonensium Philosophorum sentētia absolutissima:

S E N T E N T I A VIII.

LOCYSTOR. Naturæ duæ sunt tantum quas Lucas describit, quarum altera nescitur nec describitur, nisi pietate & ratione: alia non videtur nec sentitur, & est cœlum. Tertia quidem natura adiungitur, quæ sentitur, videtur & scitur, & hæc est quæ continet quicquid sub cœlo inest vsque in terram. Et tamen percipit ratio his quinque sensibus adiuta, visu, auditu, gustu, odoratu & tactu. Album à nigro ratio discernit, visu: verbum bonum à malo, auditu: dulce ab amaro, gustu: gratum ab ingrato, odoratu: & leue ab aspero, tactu. Quod ad illam naturam, quæ nullo horum sensuum percipitur, natura est sublimis, quæ tantum ratione & pietate percipitur, & est Deus sublimis, qui lucem fecit, quæ est Sol scilicet qui omnibus subtilior est creaturis, vt lumen præbeat Mundo: qui constat duobus densis, & duobus raris. Et nihil densorum est in creatione sublimi, eò quòd Sole & omnibus inferioribus creaturis sit ipse subtilior & rarior.

S E N T E N T I A IX.

PYTHAGORAS. Dico Deum ante omnia fuisse, cum quo nihil fuit antè eum fuit, & ideò hoc dico, vt opinionem vestram roborem de elementis, de arcanis & scientia sacra, ad quam ratio non peruenit nisi annuente Deo. Et intelligite quòd Deus cum solus fuisset, quatuor creauit res, ignem, aërem aquā & tetram: de quorum stirpe tam superiora quàm inferiora esse dedit: & secundum prædestinationem suam ex his tanquam à radice omnes creaturas fecit, vt omnibus huiusmodi creaturis laudaretur sublimis & homo ratio. em & iudicium

dicium exerceret. Quapropter ante omnia quatuor elementa ordinavit, ex quib. cuncta formavit, scil. diversas creaturas. Ex vno elemento videl. igne fecit Angelos: ex igne & aere Solem, Lunam ac stellas, atq; ob id Angeli Sole, Luna & stellis lucidiores, eò quòd ex vno singulari, quod est quartum, rarius creati sunt. Coelum ex duobus est compositum ex vno rarorum, scil. aere, & altero densorum, scil. aqua. Animantia autem partim creata sunt ex igne, aere & terra, vt bruta animalia: partim ex igne, aere & aqua, vt volatilia. In vegetabilibus non est ignis. Ex terra namque, aqua & aere sunt. Quòd si quis vestrum velit in vegetabilibus inesse ignem, non absurdum erit. ex aeris calore enim abscondito ignem habebit, vt antea in hoc congressu dictum est, ignem tenuem esse aeri. Ignis verò de quo dubium haberi potest, non inest, nisi spiritum & animam habentibus.

Ex quatuor autem elementis, igne, aere, aqua & terra homo creatus est, vnde morti subiectus, quia compositum sequitur diuisio, id est, mors. Ex vno verò quod est creatum non moritur, quia nulla inest diuisio. Ex duobus autem, vel tribus, vel etiam quatuor, vnumquodq; compositum separari necesse est, quod fit morte. Et scitote, quòd omne compositum igne carens non comedit, nec bibit, nec dormit: eò quòd in omnibus spiritum habentibus ignis est, qui comedit: Angeli autem non comedunt, eò quòd ignis simplex, qui & rarum dicitur, non comedit, sed spiritus ignis: Angeli verò ex simplici & raro igne creati sunt, ob id non comedunt, nec dormiunt. Et sic soluitur dubium, de quo quis vestrum dubitare posset.

Ad hæc Arisleus inquit: Quoniam ad posteritatis utilitatem vos congregavi, nihil vtilius futuris explicari posse existimo, quam si quis vestrum descriptiones elementorum enarrarit, ea methodo, ne ab incipientibus agnoscatut: doctrinæ verò filios non prætereat.

SENTENTIA X.

EXIMENVS. Ex quatuor elementis creata sunt omnia: scil. coelum, throni, Angeli, Sol, Luna, stellæ, ignis, aer, mare, & omnes aquæ, terra, & diuersa, ac similia.

Nec est diuersitas in his, quæ dixi, nisi quia quælibet illarum creaturarum diuersæ est naturæ, & eius natura ex diuersis legibus est diuersa. Et hæc diuersitas inest omnibus creaturis, eò quòd ex diuersis elementis sint creatæ. & si essent ex vno elemento, conuenientiam haberent inter se. Verùm elementa quando commiscuntur, ipsum commixtum nec est siccum per se, nec humidum, nec calidum, nec frigidum. Cùm autem conueniunt, exeunt inde creaturæ, quæ nunquam perficiuntur, nisi priùs putrefiant & corrumpantur apud visum. Deinde verò dat Deus incrementum: videlicet vitam, cibum, alimentum & gubernationem.

Audite charissimi, non frustrà vobis has elementorum descriptiones enarraui. In iis enim latet arcanum absconditum: quorum scilicet elementorum duo videntur, & eorum virtus & opus scitur: alia verò duo non videntur, nec tanguntur, nec videtur virtus vel opus eorum, nisi in prioribus duobus elementis. Et nisi iungantur illa quatuor elementa, nihil operantur. Cùm autem coniunguntur, deponunt naturas, & aliud fiunt, ac si ars gignitur: quare super his meditamini. Insuper scitote omnes filij doctrinæ, quòd nulla sit tinctura vera, nisi ex ære nostro. Nolite ergo animas vestras & pecuniam in vanum consumere, nec tristitiam cordibus vestris inferre. Non enim quicquam facietis, nisi prædictum æs in album vertatis, ac numos experientia faciatis: deinde album illud rubeum faciatis, donec tinctura efficiatur. Illud igitur æs confringite, comburite, & nigredine priuate, coquendo, imbuendo, & ablundo, quousque album fiat: deinde constringite eum arte.

SENTENTIA XI.

ARISTENES: Huius operis clavis est numerorum ars. Accipite igitur corpus, quod vobis demonstratum est, ac in tabulas tenues coaptate: deinde maris nostri aquæ imponite, quæ dum regitur, Aqua permanens dicitur. Pòst imponite leni igne, donec tabulæ confringantur, & fiant aquæ, & Etheliæ iungite, & lento igne simul affate, donec fiat brodium saginatum, & in suam
Etheliam

Etheliam vertite, quousque coaguletur, & fiat numus varius, quem Solis florem nuncupamus. Coquite cum deinceps, donec nigredine priuetur, & albedo appareat. Postea regite ipsum, & animam auri commiscete, & coquite, donec fiat Ethelia rubea, quam terite cum patientia, nec vos tædeat eam cum aqua imbuere, quæ ex ea exiit, quæ est permanens, donec rubeum fiat. Hoc enim est æs combustum, & auri flos, & fermentum: quod cum aqua permanente dirigite, postea desiccate, donec pulvis fiat, & omni humiditate priuetur.

SENTENTIA XII.

PARMENIDES: Scitote quòd inuidi multipliciter tractauerunt de aquis, brodiis, corporibus & metallis, vt scientiam inquirentes fallerent. Hæc ergo dimittite, & aurū numosque fieri facite ex hoc nostro ære, & æs aut plumbum pro pinguedine, vel nigredine, & stannum pro liquefactione sumite, scientes, quòd nisi veritatis naturas & dirigatis complexiones, & sanguinea sanguineis iungatis, nihil operamini. Naturæ quidem suis obuiant naturis, & sequuntur eas, & lætantur in eis, & cū putrescunt, gignuntur. Natura enim regitur, & modo, quo cecidit, releuatur, & dum diruitur, vertitur in puluerem, & in nihilum reducitur: deinde regeneratur, & renouatur. Intendite ergo noscere, quid est quod eam putrefacit & renouat, & cuius sit saporis, & quæ longinquitas & propinquitas, & qualiter post inimicitiam fiat amicitia, & qualiter accidat corruptio & generatio, & qualiter illæ naturæ complectantur inuicem, & quomodo in igne lento concordēs fiant. Quibus notis & perceptis, manus vestras operi applicate. Quod si dictas qualitates ignoratis, nolite operi appropinquare: quoniã totum est noxiū, & infortuniū, ac tristitia, modò Sapientum verba intelligite, & hoc breue dictum retinete: videlicet quòd Natura naturam lætatur, & Natura naturam continet, & Natura naturam vincit, & superat: Hoc solo verbo comprehenditur totum opus. Dimittite ergo sermones superfluos, & accipite argentū viuum, & congelate cum in corpore Magnesiæ, vel sulphuris, quod nō comburitur, & verti-

te ipsum in naturā albam. & si eri nostro imposueritis, albū fiet: & si ipsum rubeū facere volueritis, rubeū fiet: & si ampliū coxeritis ipsum, aurū fiet. Dico etiā, quòd vertit mare in rubeum, & auri colorē. Et scitote, quòd non vertitur aurum in rubiginem, id est, rubeum colorem, nisi per aquam permanentem, eò quòd Natura naturā lætat. Coquite ergo ipsum in humore, donec appareat natura abscondita: & cū videritis hoc, imbite eum septies aqua permanente, coquendo, affando donec rubeum fiat. O Natura fortis, naturas vincens & superans, suasq; naturas gaudere faciens. Hæc est illa natura specialis & spiritualis, cui Deus posse dedit, quod ignis dare non potest. Quare verā hanc tincturam magnificamus: quia nihil est preciosius ipsa, & est veritas omnem scientiam continens: & cū liquefit cum corporibus, altissimum operum operatur opus. O si modò veritatem nosceretis, quantas mihi gratias ageretis. Scitote etiam, quòd tingens ea, quæ mixta sunt, nō debet diruere. Ipsum namque ea, quæ ei miscentur, superat, & in suum vertit colorē: & sicut apud visum superficiem vincit, sic & intima superat: & si vnū sit fixū, & aliud fugiens, figuntur ambo, postquā mixta sunt: & si superficies dealbatur, intima eius dealbabūtur. Insuper scietis, quòd res vna superat decem, eò quòd sulphur nostrum solū omnia corpora ligat, & colorat.

Ad hæc respondit Turba: Benè dixisti Parmenides: tamen qualiter fumus dealbat, prætermisisti.

SENTENTIA XIII.

LUCAS inquit: Ego dicam, in eo vestigia sequens priorū. Propterea scitote omnes sciētici inuestigatores, quòd tractatus hic non est ab initio regendi. Accipite argentum viuum, quod ex masculino est, & coagulate eū secundū consuetudinem. Dico secundū consuetudinem, eò quòd iam prius coagulatum est: non est igitur initium regendi. Hoc tamen iubeo, vt argentum viuum, quod est de masculino, capiatis, & ponatis super æs, id est, ferrum gubernatū, & dealbabitur. Simili namque modo fit Magnesia alba, & masculus similiter conuertitur, quandoquidem propinquitas est magnetis cum

cum ferro: Natura quoque naturam gaudet. Sumite etiam nubem, quam priores sumi iusserunt, & coquite cum suo corpore, donec stannum fiat, & secundum consuetudinem à sua nigredine priuate, abluite, æquo affate igne, donec dealbetur: Argento uiuo dealbato, omnia alba fiunt: Natura namq; naturam conuertit. Item sumite Magnesium, & aquam aluminis, & aquam maris, & aquam ferri, & dealbate fumo, qui cum sit albus, omnia dealbat. Iungite eum feci sue, donec coaguletur, & numus fiat albus. Hoc albu æs affate, donec seipsum germinare faciat: quoniam Magnesia cum dealbatur, spiritus fugere non permittit, nec æris umbram apparere, eò quòd natura naturam continet. Accipite ergo albu sulphureum, & Solem album, & rore fumi dealbate, vel albi Solis florem affate, donec candidissimus fiat. Et scitote, quòd Solis flos alb⁹ Ethelia est, affate ipsum per dies septem, donec fiet ut marmor coruscans: quo completo, habetis magnum arcanum, eò quòd sulphur sulphuri mixtu est, & propter propinquitatem matrimonij inter se: quia naturæ suis naturis obuiantes lætantur. Accipite igitur Martem, & dealbate ipsum fumo, acetum, & aqua permanente: deinde affate, & coagulate: tamen non liquefiat in igne fortiori, & claudite os vasis diligenter, ne exeat flos, sed suo propinquo societur, & eius albedinem intendi faciat. Cauete autem ignis intensiorem, quoniã si intendatis ignem ante terminum, rubeum fiet, quòd non proderit, cum in initio regendi querenda sit albedo, coquite postea ipsum, & rubeum facite: ignis verò sit leuis in dealbando, donec coaguletur, & cum coagulatum est, tum vocamus ipsam animam, eò quòd citius à natura in naturam conuertitur. Hoc igitur solum acetum in numerorum arte est sufficiens, eò quòd vna res facit, quòd plures operatur. Pluribus autem rebus non indigetis, sed vna tantum re, quæ vna res in vnoquoque gradu operum nostrorum in aliam vertitur naturam.

SENTENTIA XIV.

PYTHAGORAS: Aliam ponamus gubernationem, non rei, sed naturæ. Dico quòd quicquid inuidi in li-

bris suis de Elementorū tractatione dixerunt, in sapore vnum tantum sunt, in apparentia verò diuersa. Et res illa, quam multipliciter narrauerunt, suum absque igne cōsequitur socium, prout lapis Magnetis cōsequitur ferrum. Nec sine causa confertur spermati, vel vuluæ, quibus rectè assimilatur: quia in complexione sua multo facit apparere colores, prout in vnoquoq; regimine gubernatur res, quæ quidem res vbique inuenitur: & est lapis & non lapis, vilis & preciosus, obscurus & clarus, & à quolibet notus. Est quoque vnus nominis, & nominum multorum, & vocatur Sputum Lunæ. Sic ergo hic lapis non est lapis, & tamen preciosissimus: quia sine ipso non operatur natura, cui nomē est vnū, cum tamē multis nominibus nominauerimus eū, propter naturæ suæ dignitatem, præcipuum tamen nomen illi inest, Ethelia alba, & Aes album, solus ab igne fugiens, & æs dealbans. Hunc igitur lapidem album accipite, & figite, ac lacte coagulate, hoc est, more lactis: deinde calcem, qui est sicuti marmor, constringite, ne humor à vase exeat: custodite ipsum quoq; in suo vase, & congelate, donec fiat puluis, & coquite cum sputo Lunæ, & dirigite, & inuenietis lapidem factum, quem aquā suā imbuite. Iste est lapis, quē cunctis nominibus nominauerunt, qui opus recipit, & bibit seipsum & est lapis, à quo procedit omnis color. Sumite ergo gumā Scotiæ, & cum calcis cinere miscete, & humectate aqua permanente, & inspicite an puluis fiat. Sin autem, ponatis eum in ignem fortiorem priore, donec constringatur dimittite: postea imbuite ipsum aqua permanente: & quantò plus variabuntur colores, tantò plus caleferi sinite. Et scitote, quòd si argentum viuum acceperitis album, vel sputum Lunæ, vt dixi, & iussi facere, lenique igne fregeritis, coagulabitur, lapisq; fiet. Ex hoc ergo lapide cum frangitur, varij colores apparent: quòd si eum rexeritis: vt dixi, donec albus fiat, & vt marmor albescat, inuenietis propositum.

S E N T E N T I A XV.

ASSYBERES: Dico quòd sulphura sulphuribus continentur, & humiditas humiditate. Respondit Turba:
Iam

Iam primi hoc dixerunt: explana ergo quid est humiditas. Ad hæc ille: Cùm venenum corpus penetrat, ipsum calore perpetuo penetrat, & non permittit animam à corpore separari: quia cõpar est eidem. Et hoc est quod dixerunt inuidi: Persequimini fugientē, obuiate, & peribit fuga, & veritas apparebit, quæ suum comparem consepit, & sese inuicem complectuntur, eo quòd ex sulphure sulphuri mixto, preciosissimus fit color, qui nunquã fugit ab igne: quoniam anima in corporis intima infertur, ac corpus continet & colorat. Hæc dicta mea ita intelligite: Accipite animal, quod dicitur Kenkel, cuius aqua Tyrius color est, & regite ipsum leui igne, vt consuetū est, donec terra fiat, in qua parū est coloris. Volentes igitur ad Tyriã tincturã peruenire, sumite eius humiditatem, quam eiecit, & ponite totum in vase cum eodem. Deinde coquite ipsum aquã marinã, donec humescat: deinde humectatū dimittite, postea denuò ipsum imbuite, & paulatim desiccate, & taliter coquendo, humectando, imbuendo, & desiccando, eius regimē obseruate, donec suū totum ebibat humorem, & dimittite eum in suo vase per dies septē, donec color Tyrius appareat. Audite, adhuc breuius totum describam regimen: conterite ipsum vrinã puero- rum, & aquã maris, & aquã mundã permanente, & coquite ipsum leui igne, antequam tingat, donec nigredo tota ab eo recedat, & postea de facili cõfringeretur. Decoquite ergo ipsum suo humore, donec imbuat suum rubeum colorem. Si verò Tyrium vultis colorē habere, imbuite ipsum aquã niuis continuè, & miscete prout scitis, & sufficere videbitur, & miscete eū aquã permanente, donec sufficiat, & decoquite, donec rubigo aquam bibat. Deinde aquã maris, quã præparastis, quæ est aqua talci, abluite, donec suum combibat humorē, quod cùm per dies septem feceritis, apparebit color Tyrius. Et si vultis vt sit alterius coloris, quàm fuerat, ponite gumam in aquam permanentem, & ipsam per vices tingite, deinde in Sole desiccate: deinde prædictæ aquæ reddite, & magis Tyrius color intendetur. Et scitote, quòd non tingetis colorem purpureum nisi in frigidò. Accipite ergo aquam, quæ est de frigoris natura,

& in ea Lunam decoquite, donec tincturæ vim accipiat ab aqua, quam aquæ florem Philosophi nuncupauerunt. Propositum ergo verum sit in illa aqua: in ea ponite quod in vase est dies & noctes, donec preciosissimum Tyrium vestiatur colorem.

S E N T E N T I A XVI.

FRICTES inquit: Scitote sapientiæ inuestigatores, quòd huius artis fundamentum, propter quòd multi perierunt, vnum quidem esse omnibus naturis fortius & sublimius apud Philosophos: apud incipientes verò est omnium rerum vilius. Sed nos hunc veneramus: & si Reges hoc agnoscerent, nullus nostrum vnquam ad hanc rem perueniret. O quàm mirabiliter natura hæc corpora vertit in spiritum, & quàm mirabili modo eminet, cunctaq; superat. Hic Turba: Nomina eam nomine, non verbis. Et ille: Est acetum acerrimum, quòd aurum facit esse merum spiritum, sine quo aceto nec albedo, nec nigredo, nec rubedo consistit: & cum miscetur corpori, continetur, & vnum fit cum eo, & vertit eum in spiritum, ipsumq; tingit tincturam spirituali, quæ nunquam deleri potest. Hoc autem scitote, quòd si corpus posueritis super ignem sine aceto, comburetur & corrumpetur. Scituri etiam quòd humor primus est frigidus: cauete ergo ab igne, quoniam inimicus est humori. Quare Philosophi & Sapientes iusserunt nos suauiter regere, donec fiat sulphur incremabile: & hoc quousq; innuerunt, dicentes: Optimum est, quòd pauca vis sulphuris forte corpus comburit. Ideoq; eum venerantur, & describunt in libris suis, dicentes: Hoc acetum corpora comburit, in cinerem vertit, & dealbat: & si coquatur bene, & à nigredine priuetur, fiet lapis & numus albissimus. Coquite ergo ipsum, donec diruatur: deinde soluite, & aquæ maris imponite: & scitote, quòd principium huius operis est dealbatio, cui rubor succedit. Postea per acetum fit corporis perfectio. Hoc acetum longo labore inuestigavi, tandem nutu Dei altissimi naturam vnam vidi, quæ est omnibus naturis potentior, nobilior & fortior. & hæc natura nihil aliud est, quàm aqua munda, acetum acerrimum, & aqua permanens, quæ
illumi-

illuminat omnia corpora, & lumen præbet omnibus,
qui legunt nostros libros.

SENTENTIA XVII.

SOCRATES: Scitote, doctrine filij, quòd absq; plumbo nulla fit tinctura, & quòd in eo est virtus operis. Nonne videtis, inquit Hermes gratia triplicis, quoties corpori immergitur, quòd ipsum corpus in colorē vertit inuariabilem: ergo prima vis est acetum, secunda plumbum, de quo Sapientes dixerunt, quòd omnibus corporib. immergatur, & omnia immutat & tingit colore immutabili. Accipite ergo plumbum, quòd ex lapide fit, & coquite ipsum, donec nigrescat: postea terite ipsum cū aqua nitri, donec fiat sicut pinguedo spiffa: postea coquite eum iterum cum igne fortiori, donec fiat lapis mundus & numosus. Postea terite eum rore, sale & aqua pluuiæ, viginti & nouem dies: deinde aqua salsa viginti dies, & aqua dulci decem dies, & inuenietis eum numoso lapidi similem. Tunc coquite eū iterū aqua, donec stannum fiat per liquefactionem: deinde coquite, donec humore priuetur, & fiat puluis siccus, qui cū exsiccus est, velociter reliquum sui humoris ebibit: eò quòd est plumbum combustum: caute autem ne comburatur, hoc itaq; est sulphur, quòd non comburitur. Postea terite eum aceto acerrimo, donec inspiffetur: coquite eū, & caute ne acetum vertatur in fumū, & pereat. Nunc autē plumbi albi dispositionē monstrauī, quo noto, nihil aliud sequitur, quàm Opus mulierū & Ludus puerorum. Propterea scitote, quòd secretum operis ex mare & fœmina constat: in plumbo masculinum, in auripigmento fœminam vobis monstrauī. Auripigmentum igitur plumbo miscete, quoniā masculina vi suscepta, gaudet fœmina, & iuuatur ab ea & masculus suscipiet à femina sperma tingens. Proinde mistos imponite vasi vitreo, & terite eos cū Ethelia aceto acerrimo, ac septē coquite diebus, cauentes ne arcanū fugiat, & sic per noctes dimittite, & cū siccum fuerit, iterum aceto imbuite, & habebitis magnum arcanum. Iam ergo auripigmenti vim vobis notificauī, quæ vis est fœmina, quæ corpora vertit in spiritum, & perficit vniuersum opus.

SENTENTIA XVIII.

ZENON: Superque iam doctrinam albam facere docuistis, quid de rubeo? Dico quod non potestis rubeum facere, nisi prius intendatis dealbare: quoniam duæ naturæ nihil aliud sunt, quàm album & rubeum. Dealbate ergo rubeum: & albū in rubeū vertite, scientes quod annus diuiditur in quatuor tempora. Primū tempus frigidæ est complexionis: & est Hyems. Secundum est aeræ complexionis: & est Ver. Tertium tempus est igneæ complexionis: & est Aestas. Quartum est Autumi, in quo fructus maturantur. Iuxta hunc modum oportet vos naturas regere, videlicet Hyeme soluere, Vere coquere, Aestate coagulare: Autumnō autē fructus colligere, & tingere. Sin hoc potestis, vos ipsos reprehendatis oportet. Insuper dicam de plumbō rubificando: Accipite æs, quod Magister in principio libri accipere iussit, & ponite plumbū cum eo, donec spissum fiat: congelate, desiccate, donec rubeum fiat: hoc utique est plumbum rubeum, de quo dixerunt Sapientes, æs & plumbum lapis preciosus: miscete ea æqualiter, & affate cum eis aurū. & si benè rexeritis, fit spiritus ingens in medio spirituū. Cū enim masculus foeminae coniungitur, fit ipsa foemina, non fugiens, & totū spirituale compositum, & ex ipso spiritali composito rubeum, quod est mundi principium. Et sic habetis plumbū rubeum, sine quo nihil potestis facere.

SENTENTIA XIX.

MUNDVS: Inuestigatores artis scire vos oportet, quod Philosophi in libris suis Gummi multis nominibus nominauerint: & tamē nihil aliud est, quàm aqua permanens: ex qua quidē aqua lapis noster preciosissimus generatur. O quā multi sunt gumæ huius inuestigatores: & quā pauci sunt, qui noscunt eam. Dico vobis, quod guma hæc non emendatur, nisi cum auro tantūmodō. Er sunt quidam inuestigatores, qui licet inueniant applicationes, nolūt tamē labores sustinere, quia simul & sumptus fiunt. Audite tamen vos me, & huius gumæ applicationes enarrabo. Dico quod guma nostra fortior est auro, & q̄ noscunt eā, auro preciosiores tenent,

nent. Aurum tamen honoramus, quia sine ipso guma non emendatur. Guma ergo nostra apud Philosophos præciosior est & nobilior margaritis, quia paulò auro eminentior & sublimior est. Et inde est quòd scribentes de ea nihil manifestè narrauerunt. Si enim venditores cognoscerent eam, non venderent eam tam vili precio. Accipite igitur gumæ candidissimæ partem vnā, & vrinæ vituli albi partem aliam, & de felle piscis partem, & de corpore gumi, sine quo emendari non potest, partem vnā, & decoquite per 40. dies: postea in calido Sole desiccate, donec congeletur. Deinde cum lacte feruenti, quousque lac deficiat, coquite, donec siccus fiat. Denuò cum lacte ficus ipsum miscete & coquite, donec humor ille desiccet. Postmodum aqua pluuiali humectate, assate postea, donec desiccet: vltimò aqua permanente imbibite & assate, donec intentissimæ sit siccitatis. His peractis, ipsum gumi miscete, quæ ex omnibus parata est coloribus, & coquite, donec tota vis aquæ pereat, corpusque totum desiccet humiditate, imbuite ipsum coquendo, quousque illius siccitas intèdatur, postea dimitte per quadraginta dies, vt in illa maneat decoctione, donec spiritus penetret corpus & hoc est regimen quo spiritus incorporantur: & corpora in spiritus vertuntur. Moneo tamen caueatis, ne compositum fumiget & fugiat, propterea vas benè operite: & inuenietis arcanum, quod Philosophi in suis libris celauerunt.

SENTENTIA XX.

DARDARTS. Verum est quòd de aqua permanente superiores narrauerunt: nihil in hoc opere fit toto sine hac aqua permanente: & qui eam non nouit & eius regimen prout oportet, frustra laborat: vis enim ipsius est spiritualis sanguis. Et ideo vocauerunt eam Philosophi permanentem: quia sanguis illius coctus in corpore quod superiores antea nominauerunt, nunc Altissimi vertit spiritum in corpus, & corpus in spiritum. Simul enim mixta & in vnum redacta incorporantur, & complectuntur se ipsa cõiunctione inseparabili. Et notate quòd quicquid habet spiritum, habet & sanguinem.

S E N T E N T I A XXI.

BELLVS. Scimus omnes quòd Philosophi multipliciter tractauerunt de aqua ista permanente, & variè docuerunt album rufum facere: occulta autem varietate concordés fuerunt; quare huius compositiones & regimen descripserunt. Ego autem de hoc lapide benedicto dico, quòd sit lapis & non lapis, & multis nuncupatur nominibus, ne quis insipiens noscat ipsum. Quidam Sapientes à loco vbi generatur, ei nomen dederunt; quidam verò à colore, & dixere esse intensissimi spiritus: & eo fieri corpus inuisibile: & quidam vocauerunt leonem viridem: alij sputum Lunæ: nonnulli arithmeticè posuerunt: aliqui melius quod fluat è metallis, ac ea de causa cor Solis nominarunt. & quidam dixerunt, quòd fiat ex argento viuo, & alij volunt quòd ex lacte volatilium, & sic ipsum lapidem nominum legionibus vocarunt.

S E N T E N T I A XXII.

PANDVLPHVS: Ego lapidem hunc descriptum, aquam permanentem dico esse: & quòd aqua permanens est aqua munda & aqua vitæ, de qua Philosophi dixerunt: quòd natura naturâ lætatur, Natura naturam continet, & natura naturam vincit. Et hoc est colloquium, in quo Philosophi posuerunt breuiter totius operis fundamentum. Dico etiam, quòd non est corpus dignius & purius Sole, & quòd nullum venenum tingens generetur sine Sole & eius vmbra, & qui absque ijs venenum facere conatur, errat omni cœlo. Qui autem venenum Sole & eius vmbra tinxit, ad maximum peruenit arcanum, quod dicitur numus, qui cum rubeus efficitur, aurum vocatur: & qui nouit arcana Philosophorum, nouit totum opus.

S E N T E N T I A XXIII.

ARDARIYS: Regimen lapidis & compositionem vobis enarrabo. Sumite occultum & honorabile arcanum, quod est Magnesies alba, & quæ est cū vino mixta, sed non accipiatis eam, nisi puram & mundam: & suo imponite vasi, & orate Deum, vt hoc maximum videre

dere lapidem vobis concedat. Deinde coquite ipsum lentè, cum extraxeritis, videte si factus est niger: & si est ita, optimè rexistis: sin autem, regite ipsum albo, quod est maximum arcanum, donec appareat nigredo: equidem pura nigredo, quæ quadraginta tantummodò diebus durat. Postea terite ipsam cum suis cōfectionibus, quæ sunt flos æris, aurum Indicum, quorum radix est vna ex vnguento croceo & alumine fixo. Hoc itaque per quadraginta dies diligenter coquite, quo completo initium lapidis Deus vobis ostendet. Coquite eum iterum, & gumi residuo ipsum imbuite, scientes, quòd quoties cinerem imbuitis, oportet ipsum totiens sicari, & rursus humectari, donec eius color in id quod quæritis, vertatur. Præter hæc scietis quòd huius lapidis preciosi perfectio est ipsum regere residuò tertiæ partis medicinæ, & duas seruare ad eum per vices imbuendum, & ad iustum vsq; colorem eum coquendum: sit autem ignis priore intensior, donec fluat vt cera, quæ quidem cum desiccatur, seipsam continet. Coquite ergo eam donec bibat collam auri, & cum siccata fuerit, imbuite eam septies, quousque duas partes sui bibat: & postea ponite eam in igne, donec suum florem extrahit: remittite eam calori. & beati estis, si benè intelligitis quæ dico. sin autem reiterate opus, sumentes album humidum quod est maximum secretum, in quo vera consistit tinctura, & imbuite ex eo septies arenam (quæ facta est ex lapide priùs septies imbuto) quousq; totà bibat aquam, & os vasis fortiter claudite, vt sæpè dictum est, & ecce apparebit vobis lapis tyrius.

SENTENTIA XXIV.

THEOPHILYS, Artis inuestigatores scitote, quòd ars numi & auri arcanum, est tenebrosa vestis, quam nemo nouit, nisi qui libros philosophiæ diligenti & assidua lectione perlegerit. Nam quod occultatur, est maius quàm id quod perdisci potest. Propterea notifico posteris, quòd inter Boritis & æs est propinquitas, eò quòd Boritis sapientum æs liquefacit & fluxibile vt aqua reddit. Diuidite ergo venenum in duo æqualia, in vno æs liquefacite, in altero æs terite, triturate, & hu-

meitate, donec in laminas producat: & iterum cum priore veneni parte coquite, donec duas ebibat, & hoc facite septies, deinde 42. diebus coquite: deinde aperite vas, & inueniatis æs in argentum viuum versum. Abluite ipsum coquendo, quousque sua priuetur nigredine, & fiet æs umbra carens. Iterum ipsum continuè coquite, donec congeletur: ipso autem congelato, fit maximum arcanum, quòd Boritini Philosophi nuncupauerunt. Coquite illum lapidem coagulatum quousque salmuræ similis sit marinæ, tunc aqua imbuite permanente, quam vos iussi obseruare, ac multipliciter coquite, quousque eius appareant colores. Hæc est putrefactio maxima, quæ maximum in se continet arcanum. Scire autem vos oportet. quòd propinquitas est inter Magnetem & ferrum: inter æs & aquam permanentem. Si igitur æs & aquam regatis permanentem, vt iussi, fiet inde maximum arcanum. Hoc modo igitur facite: accipite argentum viuum masculo mixtum, ac fortiter terite, non manibus, quousque tenuis fiat aqua. Hanc diuidite in duas partes: in vnam ipsum coquite 40 diebus, donec fiat flos candidus, vt flos salis in suo splendore & coruscatione. Vasis autem os fortiter obturate, & coquite 40. diebus, & inuenietis aquam lacte candidiorem: sin minus coquite denuò, & nigredine omni priuate, donec tota natura diruatur, & coinquinatio pereat & munda fiat. Si autem vultis vt totum arcanum peragatur, abluite ipsum aquâ, quam iussi vos seruare (altera scil. parte) donec crocus fiat, & suo dimitte vasi, quoniam elixia seipsum continet, & residuâ imbuite aquâ, donec decoctione & aquâ coneratur, & fiat simile syrupo granatorum. Imbuite igitur ipsum & coquite, donec pondus humiditatis ebiberit, & color, quem Philosophi in suis libris exaltauerunt, appareat.

SENTENTIA XXV.

BELLVS: Intelligite, doctrinæ filij, quod Theophilus vobis significauit: inter Magnetem & ferrum esse propinquitatem, ac inter Philosophorum æs & aquam eorum. Hæc propinquitas & cõmixtio eis accidit cõmuniter spatio centum dierum. Intelligetis præterea, quòd

quòd inter stannum & argentum viuum nulla est propinquitas, nec natura vnus conuenit cum natura alterius. & hoc est dictum sine inuidia. Insuper accipite argentum viuum, in quo est masculina vis, ipsumque coquite cum suo corpore, donec liquefiat vt aqua limpida: & coquite masculum simul & vaporem, quousque vterque coaguletur, & fiat lapis: tùm aquam quam diuideratis in duas partes accipite: & vnã partem ad corpus liquefaciendum & concoquendum ponite: alteram verò ad combustum mundandum & suum socium seruate. Imbuite igitur lapidem septies, & mundeate donec diruatur, & corpus vniuersum ab omni mundeatur coinquinatione, & fiat terra, quæ efficietur quadraginta diebus: ipsam liquefacite, donec fiat vt aqua, quæ est argentum viuum. Deinde aquam nitri abluite, donec fiat vt numus liquefactus. Deinde coquite, donec congeletur, & fiat stanno simile: tunc maximum est arcanum, scil. lapis, qui ex duobus est: regite ipsum coquendo & terendo, donec crocus fiat excellentissimus: Et scitote, quòd aquam cum suo comite desiccata crocum nuncupamus. Coquite igitur ipsum, & residuã imbuite aquã, quam reseruastis, donec propositum vestrum inueniatis.

SENTENTIA XXVI.

BORATES: Non est Sapientis inuidere: propterea dicam liberè quæ sentio. Accipite plumbum, & vt Philosophi iussere, liquefacite: deinde congelate donec lapis fiat: deinde regite illum lapidem cum auri colla, & granatorum syrupo, donec confringatur. Iam enim aquam in duas partes diuidistis, & in altera plumbum liquefecistis, & factũ est vt aqua: coquite igitur ipsam, donec fiat terra: deinde ipsam aquã reseruata imbuite, donec rubeum induat colorem, ac pro vt dixi, frequentissimè regite: vel vt clariùs loquar: Si vultis argentum viuum coagulare, suo miscete corpori: deinde diligenter coquite, donec vterque fiat aqua permanens: deinde coquite illam aquam, donec coaguletur. Hæc enim aqua cum vapore suo compari, desiccatur, & conuertitur tota in argentum viuum coagulatum. Suo igitur

vafi iterum imponite & terite, donec crocus fiat in colore auro fimilis.

SENTENTIA XXVII.

MENEVDVS. Multa dicta sunt: suadeo tamen posteris, vt corpora faciant non corpora, & incorporea vera corpora. Hoc enim regimine acquiritur compositum, & eius naturæ occultum extrahitur, & argentum viuū corpori iungitur, & magnesia ac foemina viro & adueniente Ethelia, natura extrahitur occulta, per quam corpora colorantur. Hoc ergo regimen si intelligitis, corpora fiunt non corpora, & incorporea corpora: & si res diligenter igne rexeritis, ac Ethelia iunxeritis, fiunt res mundæ & non fugientes. Scientes quod argentum viuū est ignis corpora comburens, mortificans & confringens vno regimine, & quanto magis corpori miscetur & teritur, tanto magis corpus diruitur, & argentum viuū attenuatur ac viuū fit. Cum autē corpora diligenter teritis, eaque, vt oportet, coquitis, resultat inde Ethelia, ignem non fugiens, omni tinctura apta, quæ omnia corpora confringit, superat, & spiritus omnes retinet ac colorat, eò quod Ethelia colorata omnia colorat. Et scitote, quod corpus non potest tingere seipsum, nisi spiritus occultus extrahatur è ventre eius, & fiat corpus & anima absq; spiritu (qui est spiritus alius tinctura, ex quo etiam colores apparent) non tingit, eò quod spissum tenue non tingit, verum tenue nature, quod in corpus immutatur. Cum autem corpus æris regitis, & ex eo tenuissimum extrahitis, vertitur id tenuissimum in tincturam & colorat. Ideoque dixit Sapiens: quod æs, nisi prius tingatur, non tingit: & hæc duæ tincturæ sunt, condensum & humidum: condensum iungitur humido: eò quod sulphura sulphuribus continentur, gaudet natura, sua natura aduentante, & naturam continet & superat.

SENTENTIA XXX.

ZENON: Video vos duo corpora iunxisse, quod minime fieri debet, propterea vobis dico filijs sapientia, quod oportet vos compositum putrefacere per quadraginta dies: deinde quinquies vase sublimare: deinde
stercoia

stercori ignis iungere & coquere, & colores qui subinde apparent, sunt huiusmodi. Prima die apparet color niger citrinus: secunda, niger rubeus: tertia, croceus festico similis: quarta, perfectus color apparet, nullo vulgi similis, & est Yxir, compositum ex humido & sicco, inuariabili tingens tinctura. Et scitote quòd corpus dicitur in quo aurum est. Elixir autem componentes, caute ne festinanter spiritum extrahatis, fortasse enim moreretur: extrahite autem ipsum, vt elixir nostrum, hoc est, vt venenum: & remanebit anima, id est, tinctura ex multis extracta rebus, & numis imposita. Hæc igitur tinctura est vita ijs quibus iungitur: detrimentum autem & mors corporibus à quibus extrahitur. Atque ob id dixere Sapientes, inter ipsos esse libidinem tanquam inter marem & fœminam: & qui naturas horum nouit, prolixitatem decoctionis & compositionis patienter fert, & lucrum accipit.

SENTENTIA XXIX.

CHAMBAR: Notandum est, venerabilis Turba, quòd inuidi lapidem antimonium nuncupârunt, ipsumque iusserunt regi, donec coruscans fiat, & vt marmor splens, & commiscetur aceto, & regitur donec aqua fiat: deinde congelatur, fitque lapis coruscans, splendorem habens vt marmor. quem vbi videritis, iubeo regere donec rubeus fiat, eò quòd dum coquitur donec diruatur, & terra fiat, in rubeum vertitur colorem. & hoc vbi videritis, reiterate, coquite & imbuite, quousque colorem inducat prædictum, & aurum fiat: deinde iterate eum, & fiet aurum Tyrij coloris. Oportet igitur vos, cum videritis sic lapidem coruscantem, eum confringere, & in terram vertere, donec concipiat aliquid ruboris, & tunc aliquantulum aquæ accipietis, (quam antea vos iusserunt diuidere in duas partes) & arenam multoties imbuetis, quousque colores occulti in ea vobis appareant: & si eam benè rexeritis, videbitis colores: sin minus, frustrabimini. Respicite ergo qualiter faciatis amplexari paria. Masculus enim suam amplexatus coniugem, velociter in eius corpus transit, & liquefacit ipsum, congelat, diruit & confringit: & deinceps

rubor non moritur. & si hoc efficiatis absque pondere, mors eueniet. Facite ergo in liquefaciendo ignem leuem, congelando intensiorem, & imbuite ipsum, donec colores appareant.

SENTENTIA XXX.

CYSTOS ait: Miror Turba sapientum, de tanta vi huius aquæ, quæ cum introit corpus, vertit ipsum in terram, deinde in puluerem: quem si vultis experiri an sit perfectus, manu accipite, & si est quasi impalpabilis, optimus est: sin autem, iterate ipsum coquendo donec perficiatur. Et sciatis quod si aliud quam æs nostrum acceperitis, & aqua nostra cum rexeritis, nihil efficietis. Contrà autem si æs nostrum aqua nostra rexeritis, omnia prædicta inuenietis. Coquite ipsum ergo leni igne, & fiet lapis numosus, de quo Sapientes dixere, quod Natura naturâ lætatur propter propinquitatem, quam habent inter se hæc duo corpora cum aqua permanente. Horum igitur duorum vna est natura, inter quæ propinquitas est mixta, quæ si non esset, non ita citò commiserentur, nec continerent se inuicem, nec vnum fierent.

SENTENTIA XXXI.

DIAMEDES ait: Scitote viri Sapientes, quod ex homine non nascitur nisi homo, nec ex brutis nisi suum simile. Atque ob id dico, quod Natura non emendatur nisi in sua natura, ac proinde venerabili utimini natura: ex ea namque erumpit ars, & non ex alia: & nisi eam capiat & regat, nihil habebitis. Coniungite ergo masculum serui rubei, suæ odoriferæ vxori, & iuncti artem gignent, quibus nolite introducere alienum, nec puluerem, nec aliam rem. sufficiat vobis conceptio, & verus filius nascetur. O quam preciosissima est serui illius rubei natura, sine qua regimen constare non potest.

SENTENTIA XXXII.

BASSEN inquit: Introducite Citrinum cum sua vxore post coniugium in balneum, & ne incendatis balneum plurimum, ne sensu & motu priuentur. Subire
facite

facite balneum, quousque corpus & color eorum vnum quid fiant. Deinde reddite ei sudorem suum, ac iterum neci date, requiemque ei constituite, cauentes ne fugiant: & tunc venietamini regem, & suam vxorem, & nolite eos comburere nimio igne: sed eos regite donec nigri fiant: deinde albi, post rubei, vltimò fiant venenum tingens.

SENTENTIA XXXIII.

NEPHITVS ait: Breuiter dico vobis artis inuestigatores, quod Corfusle sit caput huius operis, non initium: verum post complexum ritè ita vocatur. Quapropter Corfusle est totum compositum, quod oportet septies affari, & tunc omne corpus tingit, & vocatur numus, æris flos vel auri, aut ferri flos, etiam plumbum, stannum, & mille nominib. à Philosophis nominatur.

SENTENTIA XXXIV.

BONELLVS ait: Cuncta quæ viuunt, Deo sic volente, etiam moriuntur: propterea illa natura, cui humiditas adempta est, cum per noctes dimittitur, mortuo similis est, & tum illa natura igne indiget, quousque spiritus corporis illius teuertatur: & tunc fit puluis mortuo similis in suo tumulo. Hoc peractò, reddit Deus spiritum & animam sibi, & omni liberat infirmitate, confortat eam & emendat. Oportet igitur naturam illam comburere absque timore, donec cinis fiat: qui cinis aptus sit recipere spiritum & humorem suum, donec vertatur in pulcherrimum colorem, qui omnia vincit & superat: & si ipsum regeritis subtiliter, multa ab eo procedent, eò quòd æs vt homo corpus habet, & spiritum hominis. Spiratio ex aère est, similiter æs humore inspirato vitam suscipit & multiplicatur & augmentatur, vt cæteræ res. Atque ob id dixere Philosophi, quòd æs cum comburitur, fit melius quàm fuerat. Præterea æs hoc nostrum cum comburitur, fit aqua: deinde quantò magis coquitur, tantò magis inspissatur, & lapis fit omni metallo supereminens: postea frangitur, imbuatur, ac igne intensiori affatur, quousque coleretur, & fiat sanguini similis, & tunc numus imponitur, & tingit æs

in aurum. Nonne videtis quòd ex sanguine spërma non fit, nisi coquatur diligenter? id ipsum fit in opere nostro, nisi spërma fiat spirituale, non exit ex eo tinctura

S E N T E N T I A X X X V .

N I C A R V S : lubeo posteros aurum accipere, & quòd volunt, multiplicare & renouare: deinde in duas partes aquam diuidere: ex vna oportet æs nostrum comburere. Hoc enim æs in hac aqua solutum, dicitur Fermentum auri: & si benè eum rexeritis, fiet aqua, quæ coquendo congelabitur, & tunc apparebit rubor. Hunc ergo ruborem septies imbuetis aqua, aut donec totam suam bibat aquam: coquite demum donec desiccetur, & in terram vertatur aridam: deinde accenso ponatis igne ad quadraginta dies, & putrescet, eius que colores apparebunt.

S E N T E N T I A X X X V I .

B A R S E N I T E S : Quæ dicta sunt superius, reiterare oportet. Accipite ergo Corsulle, quæ rubigini æris similis est, & vituli vrina coquite, quousque Corsulle natura vertatur. In ventre namque Corsulle natura vera occulta est. & hæc vera natura est spiritus ille tingens, quem habuit ab aqua permanente nummosa & coruscante. Extrahitur autem ita: terite, & aquæ septies imponite, donec totum bibat humorem, & vim recipiat imminentem aduersus pugnam ignis, & tunc rubigo nuncupatur. Diligenter ergo putrefacite, quousque puluis fiat spiritualis in colore sicci sanguinis, quem colorem potentia ignis introducat, donec inuariabili colore induatur.

S E N T E N T I A X X X V I I .

Z E V N O N : Dicta Aegyptiorum nos in errorem introducunt, Quod quærimus publicè, minimo precio venditur, & si nosceretur ne tantillum venderent mercatores. Hoc autem utile & abiectum Philosophi honorauerunt, omnibusq; nominibus nominauerunt: & dixere quòd sit lapis & non lapis, & sit guma Scotiæ: atque ob id huius veneni vim celauerunt Philosophi, quia in eo est spiritus quem quæritis, qui tingit, viuificat, fa-

eat, salutem & animam dat corporibus. Et vos nisi hoc corpus teratis, diruatis, imbuatis, ac diligenter regatis, donec suam pinguedinem extrahatis, & faciatis tenuem spiritum impalpabilem, in vanum laboratis. Atque ob id dixere Sapientes, nisi corpora vertatis in non corpora, & incorporea faciatis corporea, nondum operis huius inuenistis principium. Fiunt autem corpora incorporea, cum Ethelia retitur quousque fit pulvis: & hic pulvis non fit nisi fortissima decoctione, & contritione continua, & fit igne, non manibus, cum imbibitione, putrefactione, & Ethelia. Et Sapientes cum in hac arte dixerunt, quod natura est utilis, & paruo venditur, fecere vulgus errare. Dixerunt etiam, Naturam suam naturis omnibus esse preciosiorem. & etiam hoc dicto multos fefellerunt, & tamen verum dixerunt. Ars enim duabus aget naturis, quia non fit preciosum absque vili, neque vile absque preciso. Quapropter oportet vos dicta maiorum sequi, qui dixerunt: Nihil aliud expedit vobis quam aquam & vaporem sublimare, quod fiet cum videritis illas duas naturas purificatas aquam fieri, totumque corpus Magnesiæ in aquam liquefactum. Tunc certe omnia vapor facta sunt, & recte: tum enim vapor continet suum compar. Quare Philosophi utrumque vaporem nominauerunt, eò quod uterque in decoctione iungitur, & vnum alterum continet, & fugere non permittit: ergo permanentia fiunt. Nam natura occulta in corpore congelatur, & color eius variatur, suamque naturam exuit, & mancipatur ne fugiat. Nigredo verò si apparet, est ex ægritudine, & in putrefactione moritur, & fit rubigo: & tunc iure naturæ non fugit, eò quod dimisit fugæ seruitutem, & libera facta est natura, suum consequens coniugem, eum ornans suo colore & decore: nõ quemadmodum antea fecerat, sed sumpto numo aureo eum viuificat. & hæc naturam, Spiritum & animam Philosophi appellauerunt. Insuper dixerunt, spiritum humidum esse nigrum, coinquinatione carentem: & sicuti in homine est humiditas & siccitas. sic in opere nostro nihil aliud est quam vapor & aqua. Propterea dixerunt antiqui, opus ex duobus esse. & hæc duo iuncta, nonnulli vocarunt compositum, eò quod illa duo quatuor sunt.

ineff enim siccitas & humiditas, spiritus & vapor.

SENTENTIA XXXIIX.

ASSOTES ait: Dico vobis, quòd nisi sublimetis res in initio coquendi, absq; manuum contritione, donec aqua omnia fiant, nondum opus inuenistis. Et scitote, quòd aliquando vocant Aes Arenam, aliàs etiam lapidem, & in toto regimine nomina variant: tamen natura & humiditas fiunt aqua, & deinde lapis, si benè commisceantur: quia quòd leue & spirituale est, sursum sublimatur: quòd verò ponderosum & spissum, deorsum in vase remanet. Hæc autem est contritio Philosophorum, quæ fit decoctione, nò manu. Et scitote, quòd nisi omnia in puluerem vertatis, nondum contriulistis. Coquite ergo quousque conteratur, & puluis fiat.

SENTENTIA XXXIX.

AGADMON: Coquite æs, donec leue corpus fiat, & impalpabile, ac suo vase imponite: deinde quinquies, vel septies sublimare, donec aqua descendat, scientes, quòd cum aqua puluis fit, diligenter contritum est. Quòd si dubitatis, quomodo aqua puluis fiat, scitote quòd intentio Philosophorum est, vt corpus, quod non erat aqua, antequam in aquam caderet, simul cum aqua fiat aqua, & aqua aquæ misceatur, & fiant vnum. Sciendum præterea, quòd nisi vtrumque in aquam vertatis, ad opus preciosum non peruenietis: oportet enim corpus flamma ignis occupatum, vt diruatur & debile fiat, cum aqua in aqua est, donec fiat totum aqua. Ignari autem cum audiunt nomen aquæ, putant aquam nubis esse: quòd si libros nostros legerent, scirèt utiq; aquam esse permanentem, quæ absque suo compari, cum quo facta est vnum, permanens esse non posset. Hæc autem est aqua, quam Philosophi Aquam auti nuncupauere, ignem, venenum bonum, multorum nominum arenam, quam Hermes ablui iussit multoties, vt Solis nigredo abluatur, quam in solutione corporis acceperat. Et scitote, nisi hoc meum corpus carēs spiritu capiatis, quod vultis minimè consequemini, eò quòd alienum quicquam opus non ingreditur, nec quippiam, nisi quod est sincerum. Quare omnem pluralitatem dimittite: Na-

tura enim vna re est contenta, & qui eā ignorat, peribit.

SENTENTIA XL.

BONELLVS: Doctrinæ filij commiscentes Magnesium, vasi suo imponite, & os diligenter claudite, & leni coquite igne, quousq; liquefiat, & in aquā vertatur: calore enim aquæ faciliè totum aqua fiet. Videntes autem nigredinem aquæ imminere, sciatis quòd corpus iam liquefactum est. Iterum suo imponite vasi, & 40. coquite diebus, quousq; & aceti & mellis bibat humorem. Quidam autem detegunt vas singulis septem diebus, vel decem: sed vltima perfectio in quadragesimo die, tunc perfectè ebibet humorem decoctionis: abluite igitur ipsam, & nigredine priuate, quousque lapis fiat tactu siccus. Propterea dixerunt Philosophi: Abluite Magnesium aqua dulci, & diligenter coquite, donec terra fiat, & humor pereat, & tunc Aes nuncupatur. Acetum acerrimum ei imponite, ipsoq; aceto imbui dimittite, & erit nostrum æs, quod aqua abluuii permanente Philosophi iussere. Præterea dixerunt: Diuidatis venenum in duas partes quarum vna corpus imbuite, altera verò putrefacite, sciētes quòd totum opus & regimen non fit nisi cum aqua: quia quod quærimus vnum est, & nisi sit res hæc vna, quæ eam emendat, quod quærimus non fiet. Oportet ergo nos necessaria illi exhibere, vt tandem fiat tinctura, quæ si non consequitur, reiterate.

SENTENTIA XLI.

CRANSES: Sapientes accipite æs nostrum, & cum prima parte aque suo imponite vasi, & coquite quadraginta diebus, ac ab omni immunditia mundate, ac coquite, donec peragantur dies, & lapis fiat sine humore. Deinde coquite, donec remaneat fex, postea abluite aqua: absumpta aqua dimittite, vt putrescat in suo vase donec videatis quod quæritis. Vocauerunt autē Philosophi hoc compositum in nigredinem conuersum, SATIS NIGRVM, & dixerunt: Regite ipsum aceto & nigro: quod verò remanet, si dealbatur, SATIS ALBVM dixerunt, & iusserunt, vt aqua regatur permanente: quod vocauerunt, SATIS RVBEVM, iusserunt vt aqua &

igne regatur, donec rubeum fiat. Vocârunt autem eam ob cauliam hoc nomine, propter colorum varietatem. In opere autem non est varietas rerum, nec multitudo, aut contrarietas: sed tantum oportet æs nigrum album facere, deinde rubeum. Veri Philosophi nullam aliam intentionem habuere, nec aliud docuere, quàm vt Yxir liquefiat, conteratur & coquatur eousque dum lapis fiat marmore similis. atq; ob id dixere Philosophi: Coquite ipsum yapore, donec lapis fiat coruscãs, splendorem habens: hoc vbi videritis, maximum habetis arcanum. Oportet autem hoc ipsum terere, & aqua abluere septies permanete: deinde contritum in sua aqua congelare, donec sua abstrahatur natura occulta. & hoc voluit Maria, cum dixit: Sulphura sulphuribus continentur, & humor similiter à suo humore, eò quòd ex sulphure sulphuri mixto resultat, maximum fit opus. Iubeo autem vos ipsum sulphur rore & Sole regere, donec optatum eueniat. Sciētis autem quòd dealbare duplex est, sicuti & rubeum facere vnum in contritione, aliud in decoctione. Cauete insuper, ne ab aquis ea separetis, quòd minus pereat anima & corpus, quæ in vase sunt.

SENTENTIA XLII.

EXISTES: Anima duertite, filij doctrinæ, quid Hermes Philosophorum caput dixerit, cum docuit naturas commiscere. Dixit enim: Accipite lapidem auri, & cum humore commiscete, (qui est aqua permanens) suoque vasi imponite supra leuem calorem, donec liquefiat: deinde dimittite, donec arefcat, & aqua cum arena se inuicem contineant: tunc fiat ignis intensior, donec profus arefcat, & terra fiat, & erit arcani initium. Hoc autem multoties facite, donec pereant aquæ partes due, & colores vobis appareant. Et scitote, quòd dealbatio non fit nisi decoctione, atque ob eam causam repetitur conterendo & imbuendo frequentissimè. Iubeo autem ne simul aquam fundatis, ne Yxir submergatur: sed paulatim infundite, terite, desiccate, & hoc sæpius facite, donec fiant aqua. Et dixerunt Philosophi: Fimitata aqua dimittite, donec figatur deorsum, hoc est, arefcente

scente humore, & in puluerem verso in suo vase vitreo 40. dies dimittite, donec varios adferat colores. hoc regimine corpora fiunt spiritus, & spiritus calidi fiunt, tingunt.

SENTENTIA XLIII.

ADMION inquit: Non potestis, Viri prudentes, ad vtilitatem artis peruenire, sine prolixo regimine & continuo. Qui ergo patiens est in regimine, ingredietur artem: qui verò non, nostras non legat sententias, quia illi inferent damnum lectæ. Ideoque Magister dixit: Qui laborat in libris nostris legendis, eisque vacat, nec variis est implicitus cogitationibus, Deumque precatur, in regno regnabit, donec morietur. Quod enim queritur, non est parui precij, sed est donum Dei, ob id patientia & labore opus est. Videmus enim, qui arbores inserit, tempore fructus sperat: qui seminat, post menses metit. Spectate ergo, & discite commiscere, coquere, simulare, assare, calefacere, dealbare, terere, æquare Etheliam, & rubiginem facere, ac demum tingere. Hæc plura sunt nomina, regimen tamen vnum est: sed decoctio est continua, ob quam reiterarunt sæpè, vt teratur compositum, & coquatur iugiter, neque laboris vos tædeat. Finis autem est, vt complexionones appetis: deinde multipliciter coquatis, decoctiones imbuaris, & eousque coquatis, donec spiritus fiant impalpabiles. Et videatis Yfir vestitum veste regia, & in colorem Tyrium versum, tunc dicta Philosophorum intelligetis.

SENTENTIA XLIV.

LARGVS ait: Aes, de quo primi dixere, non est æs, nec stannum vulgi: verùm corpus nostrum, quod oportet corpori Magnesiæ admisceri, vt coquatur & teratur absque tædio, donec lapis fiat: deinde lapis ille in vase teritur aqua nitri, & liquefit, donec diruatur. Oportet autem vos habere aquam, quæ quantò magis coquitur, tantò magis inspissatur, donec acquirat rubiginem, quæ est operis fundamentum. Hanc coquite, & Aegyptiaco terite aceto.

SENTENTIA XLV.

CADMON: Significo posteris, quòd rotundū, quod æs in quatuor conuertit, ex vnaquaque re est. Modus autem abstrahendi est, vt ex aëre accipiaturs pars vna, ex aqua permanente accipiantur partes tres: deinde commisceantur & coquantur quousq; inspissentur, & vnus fiat lapis, de quo Philosophi dixerunt: Accipite de synccero corpore partem, de aëre Magnesiæ tres: deinde commiscete aceto recto masculino terræ mixto, ac cooperi vas, & obserua quod in eo est, & continuè coquite, donec terra fiant.

SENTENTIA XLVI.

ASCANIVS: Cùm legimus in libris Philosophorum, quòd natura tantum vna est, quæ omnia superat, scire oportet, quòd vna & vnum composita sunt. Nonne videtis hominis compositionem esse ex anima & corpore? sic oportet nos duo coniungere: quam commixtionem Philosophi compararunt coniugibus: ex quorum amplexu resultat aqua aurea. Sed hoc de secundo Opere: de primo dicam pauca: Irritate bellum inter æs & argentum viuum, donec ad interitum veniāt & corrumpantur: tunc æs concipiens argentum viuum coagulat ipsum. Argentum verò viuum concipiens æs, coagelatur in terram. Igitur pugnam irritate, ærisque corpus diruite, donec puluis fiat. Masculum verò foeminae (quæ ex vapore fit) & argentum viuum coniungite, donec masculus & foemina fiant Etheel. Qui enim per Etheel eos in spiritum vertit: deinde rubeos facit, omne corpus tingit, eò quòd cùm corpus diligenter teritur, munda ex eo anima, spiritualis ac sublimis extrahitur, quæ omne corpus tingit, & est sulphur naturæ, quod variis nominibus nuncupatur.

SENTENTIA XLVII.

DARDARIS: De regimine superque à vobis dictum est: de coniunctione igitur pauca dicam, significans posteritati, quòd non possit abstrahi illa occulta anima, nisi per Etheliā, quæ corpora facit non corpora coquendi,

quendi, continuitate, & Etheliæ sublimatione. Insuper scitote, quòd argentum viuum est igneum, omne corpus comburens, magis quàm ignis, & corpora mortificans, & quòdcunq; corpus ei commiscetur, teritur, & morti datur: corporibus ergo diligenter contritis, & prout oportet, exaltatis, fit Etheliæ natura, calorem non fugiens, sed tingens æs: & est quod sapientes antea dixerunt: quòd figit argentum viuum, donec tingatur, quod tinctū existens tingit. Præterea scitote, quòd eris corpus magnesia regitur, & argentum viuum habet quatuor in se: tamen nō habet esse, nisi in humiditate, quæ aqua sulphuris dicitur, & quæ sulphura continet. Sunt autem sulphura animæ occultæ in quatuor corporibus, quæ per se extractæ, seipsas inuicem cōtinent, & naturaliter iunguntur. Si enim occultum, quod est in ventre sulphuris aquâ regatis, & benè mundetis, occultum obuiam naturæ suæ lætatur: similiter aqua suo pari: sed hæc quatuor non tinguntur, verùm Quintum tingunt. Propterea dixerunt Philosophi, quòd quatuor numi vulgi non tingunt, nisi æs, quod æs tinctum, postea tingit numos vulgi.

S E N T E N T I A XLVIII.

M O S I V S : Hoc vnum, quod sæpe nominatum est, Philosophi multis nominibus nuncupauerunt: aliquando duobus nominibus, quandoque etiam tribus nominârunt: dicam autem ego vobis iam quid sit: vnum est illud igneum: duo est compositum in eo, & tertium est aqua sulphuris, qua abluitur & teritur, ac regitur vnum, donec peragatur. & hoc est, quod innuit Philosophus, cum dixit: Argentum viuum, quod tingit aurum, est argentum viuum Cambar: nihilominus tamē Philosophi distinguunt, & dicūt: Aliquando est Cambar, aliquando auripigmentum, sed ita oportet intelligatis: Argentum viuum Cambar, est Magnesia: Argentum verò viuum seri, auripigmentum est sulphur, quod ascendit de composito misto. Oportet igitur vos illud spissum commiscere veneno igneo, & putrefacere, ac diligenter terere, quousque spiritus fiat: in altero occulto spiritu, & tunc fit tinctura, quæ tingit omnia, quæ vultis.

S E N T E N T I A X L I X.

PLATO inquit: Oportet, cū hæc dissoluuntur corpora, cauere ne comburantur, & ea abluere aqua marina, quousq; totum sal in dulcorem vertatur, & clarifcat, ac tingat. Et oportet vnum tingens spiritum fieri, & alterum tinctum remanere non fugiens. Spiritus namque à corpore separatus, & in altero spiritu occultatus, fecit vtrumq; fugiens: de quo Sapientes dixerunt: Fugienti ianuam reſerate, ne fugam accipiat. Conuertens namq; in se spiritum sulphureum, sibi similem faciet, & vterq; fiet fugiens, eò quòd facti sunt aerei spiritus: de quibus quoque Philosophi dixerunt: Non fugiebant cum fugientibus: & tamen fugientes facti sunt: propterea reiterauere ea, & facti sunt non fugientes, sed simul vnum corpus, simile corpori à quo abstracti fuerunt. de quo vno Sapientes dixerunt: Quòd tingens & tinctū vnum facti sunt, & hic spiritus in altero spiritu occultatus est humidus. Propterea oportet vos non ignorare, quòd humidorum vnus est calidus, alter vero frigidus: & quamuis humidum frigidum inconueniens sit humido calido, vnū tamē efficiunt. Et ppter ea illa duo corpora prætulimus: quia iis totum opus peragimus, & corporea incorporeis regimus, donec incorporea corpora fiant, ignem nō fugientia: & tūc illa corpora meliora sunt & preciosiora omnibus aliis corporibus. Accipite ea ergo, quæ non fugiunt, & coniungite ea, & abluite corpora: corū cū incorporeo, donec incorporeū corpus recipiat, non fugiens: & vertite terram, in aquam, in ignem, & ignem in aërem, & celate ignem in intimis aquæ: terram verò in ventre aëris, ac calidum miscete humido, siccum verò frigido, & habebitis magisterium: scientes quòd Natura naturam superat, & Natura naturam vincit, ac Natura naturam continet.

S E N T E N T I A L.

ACTOMANVS inquit: Philosophi de rubigine frequentissimè tractauerunt. Rubigo autem fictum nomen est non verum: dico tamen vobis, quòd rubigo sit secundum opus, quod ex solo auro fit, atque ob id
Iudi-

Irudinem vocauerunt, quia in sulphureo auro celatur, quemadmodum Iruo in aqua. Est igitur rubigo rube- factio in secundo opere: in primo enim rubiginem fa- cere, est dealbare opus, in quo Philosophi iusserūt po- ni auri florem, & aurum æqualiter.

SENTENTIA LI.

MVNDVS ait: De rubigine satis tractatum est, dicam igitur, de veneno. Venenum non est corpus, eò quòd subtiles spiritus tenuē ipsum spiritum fecerunt, & cor- pus tinxerunt, & in venenum verterunt, quod venenū Philosophi asserunt omne corpus tingere, atque ob id opinati sunt, quòd qui aurum in venenum vertit, is ad- popositum iam peruenit: qui verò non, nihil efficit. Dico autem, quòd nisi igne res attenuetis, quosq; illæ res vt spiritus ascendant, nihil dum perfecistis. Hic igitur est spiritus ignem fugiens, & fumus ponderosus, qui dum corpus ingreditur, vniuersum penetrat, & natura eo lætatur: Atq; ob id dictum est; Accipite spiri- tum nigrum, & eo corpora diruite & cruciate, donec alteretur.

SENTENTIA LII.

PYTHAGORAS ait: Artis huius inuestigatores scire oportet, quòd Philosophi de continuatione multipli- citer tractauerunt. Iubeo ego autem vos, vt argentum vi- uum corpore Magnesiæ constringere faciatis: vel cor- pus chuhul, vel sputum Lunæ, vel sulphur incombu- stibile, vel calcē assatam, vel alumē quod est ex pomis, vt scitis. Quòd si cuilibet istorum esset singulare regi- men, nō dixissem vt scitis. Intelligite ergo, quòd ex sul- phure & calce, & alumine, quod est ex pomis, & chu- hul fit. Omne illud nihil aliud est, quā aqua sulphuris. Et scitote, quòd Magnesia cum argento viuo miscetur, & sulphura inuicem sequuntur. Non igitur oportet vos illam dimittere Magnesiā absque argento viuo. Cum etenim componitur, fortissima compositio nomina- tur, quæ est vna ex decē, de quibus Philosophi tractauē- re. Insuper sciatis, quòd cum magnesia cū argento vi- uo dealbatur, oportet vos in eam aquam albam cōge- lare, & cum rubificatur, rubeā quoq; aquam cōgelare.

Nam quòd Philosophi dixerunt in suis libris: non est vnum regimen. Prima enim congelatio stagni est, æris & plumbi: secunda est sulphuris & aquæ eius, & totum compositum hoc non emitur, nec aliud quicquam est, quàm vapor & aqua: & regimen eius nihil aliud, quàm sublimatio argenti viui, & vnio cum corpore Magnesiæ. Ac proinde dixerunt, quòd sulphuris aqua munda, ex solo est sulphure, & nullum sulphur fit absque suæ calcis, argentiq̃e viui & sulphuris aqua.

SENTENTIA LIII.

BELLVS: De compositione multa tractata sunt: compositio autem & contactus vnum quid sunt. Accipite ergo ex altera compositione partem, & partem ex auri fermento, eisq̃e mundam sulphuris imponite aquã, & habebitis patens arcanum, quod omne corpus tingit. Sed interim est notandum, quòd aqua munda, quæ ex sulphure est, non est ex solo sulphure, verùm ex pluribus composita rebus, quæ vnum sulphur efficiunt. Fit autem talis compositio in hunc modum: Miscete pugnans in igne non pugnanti, coniuncta namque in igne conuenienter præliantur, & amicitia fit constans. Et hoc innuerunt Philosophi, cum dixerunt: In decoctione parum sulphuris multa comburit dura corpora, & humor, qui relinquitur, humida pix, balsamum gummi, &c. nominatur. Verùm hoc arcanum est, quod aperiam vobis. Hoc arcanum ex duabus procedit compositionibus: sulphuris scilicet & Magnesiæ. Et Philosophi hoc compositum in vnum redactum, Aquam nominauerunt, & sputum boletorum, spissum auri. In argentum verò viuum reductum, vocauerunt Sulphuris aquam. Sulphur autem cum sulphur continet, dicunt ignem esse venenum, quod est patens arcanum, proueniens ab iis, quos nostis.

SENTENTIA LIV.

PANDVLPHVS: Iubeo vt argentum viuum ex Cambar capiat, & eum in tabernaculis sublimetis: est enim alterum sulphur, de quo antea dictum est: & sic sulphur sulphuri miscebitur, & multa ex eo procedet opera. Eo autem

autem sublimato, procedet illud argentum viuum à Cambar, quod Ethelia, auripigmentum, Zendrio, Ebsemech. Magnesia, Chuhul, & multis aliis nominibus nuncupatur: de quo Philosophi dixerunt, quòd natura in suo ventre erat occulta. Recto autem illo (quoniam omnium decem est perfectio) suo regimine, mox conueniens apparet eius alba natura, nec in eo vmbra vlla apparet: tunc Sapientes vocârunt plumbū ex Ebmich, Magnesia, Martech, & æs album. Quod vbi verè dealbatum est, vmbra caret, & omni nigredine, & sua dimisit corpora spissa & ponderosa, nullum corpus penetrantia, & simul cum eo mundus spiritus humidus ascendit, qui spiritus tinctura est. Ideoque Sapientes dixere: æs animam & corpus habere, anima autem eius est spiritus: corpus verò spissum: Id igitur spissum oportet vos diruere, quousq; eius spissum spiritū extrahatis, ex eo tingentem, extractum spiritū leui sulphure miscete, & peragetis propositum.

SENTENTIA LV.

MORFOLEVS: Oportet, Sapientes viri, lento igne primū humiditatem comburi, vt exemplo nobis monstratur in generatione pulli: & vbi augmentatur ignis, vas vndique obturetur, ne corpus æris, & spiritus eius fugiens extrahatur. & hoc innuerunt Sapientes, cū dixerunt: Accipite argentum viuum ex æris flore, quem scilicet æris florem, nostri aquam dixerunt, & igneum venenum ab hominibus extractum. Et iterum dixerunt: Cū omnia vnum fiunt, facta sunt corporea incorporea, & è conuerso. Præterea dixerunt, quòd omne corpus dissoluitur cum eodem spiritu, cui est mixtum: & quòd omnis spiritus à corpore alteratur & coloratur, in quo consistit color tingens. Benedictū ergo sit nomen eius, qui electos suos docuit corpus in spiritum vertere: qui spiritus calorem habet incorruptibilem, & quòd sulphur fugiens extiterat, factum est sulphur incombustibile. Scitote insuper, doctrinæ filij, quòd qui potest spiritum fugientem rubeum facere corpore sibi coniuncto: deinde ex illo corpore & spiritum tenuem naturam in eius ventre occultā extrahere ingenio sub-

tili, inuenit opus. Et notate quòd prolixitate coquendi tingit corpus, & hoc dixerunt Philosophi dicentes: Quòd rebus fortiter contritis, & igne diligèter coctis, fiunt tincturæ fixæ, & quicquid in libris suis occultè narrauerunt, argentum viuum significare voluerunt quod aliquando dicitur aqua sulphuris, aliquando plumbum, aliquando etiam numus.

S E N T E N T I A L V I .

YSIMIDRVS: De æris regimine & humidi spiritus fati superque tractatum est, absolūam quod est omisum. Sciendum itaq; est: quòd Philosophi multa nomina posuerūt, & quòd aliquando dicitur aqua Etheliæ, de qua superius dictū est, quæ aqua cū dealbatur, albificat & tingit. Ac vocatur ab eis flos auri, & antequā tingat, & ad hunc finem perueniat, vocatur æs. Cū verò quatuor rebus, quas Sapientes vinas fermentatas vocauerunt, coniungitur, vocant eam Cor, & colla auri, & nomina ista ficta sunt: tamen vera, & vnū solum significant, scilicet argentum viuum ab hominibus extractum, ex quo & cum quo omnia fiunt, & dicitur esse aqua mūdana, quæ omnē vmbra delet. Et sciendum quòd cū dealbatur hoc argentum viuum ab hominibus extractum, efficitur sulphur, quod à sulphure continetur, & est venenum quod marmorī splendenti assimilatur. & hoc vocauerunt Philosophi Etheliā, & Auripigmentum, & Sandarich, ex quo tinctura & spiritus mundus lento igne ascendit, & ex quo flos sublimatur. Et hoc totum secretū nihil aliud est, quàm argētum viuum ab hominibus extractum, id est, per homines. Porrò sciendū est, quòd arcanum æs dealbare non poterit, donec fuerit in priore opere dealbatum. Notandum est etiam, quòd hoc sulphur consuevit fugere: & cū sua spissa figit corpora, & sublimatur sicut vapor, oportet eum alio modo, argento viuo sui generis retineri, & fugam cohiberi: & hoc est quod dixerūt Philosophi, scil. quòd sulphura sulphurib. continentur. Et nō dubiteris, quia sulphura fugiunt, nisi argento viuo sui generis retineantur: & non credatis, quòd figat corpora, & postea fugiat. Philosophorum intentio innuit:
vt argen-

vt argentum viuum album vel rubeum sulphuri sui generis misceatur, & proculdubio non fugiet. Argentum ergo viuum, argento viuo sui generis iungite: quo peracto maximum habetis arcanum. Eius confectio ex eius gümma & floribus lento igne coctis constat. & hoc est acetum, sal, & nitrum, & Muchal, cum est factum rubeum, & quodlibet elementum in numo nostro consistens, versum est in rubiginem.

SENTENTIA LVII.

OBSEMEGANVS: Dico quòd inuidi totam artem hanc nominum multitudine vastauerunt: ars tamen est, secundum quam iussere Philosophi aurum numosum facere, & eum calcinare, sublimare, figere, terere, dealbare, coagulare, coquere, & in rubeum vertere: & vocauerunt Etheliam ignem, & vas cribrum, aquam sulphuris, copulam: & hoc totum nihil aliud est, quam contritio & dealbatio. Præterea dico, quòd argentum viuum apud visum album est. Cum autem fumus ei aduenit, vertitur in rubeum, & fit Combar, hoc est, venenum, & hoc innuerunt Philosophi, dicentes: quòd natura plumbi facile conuertitur: propterea sæpenumerò reiterauerunt hoc verbum conterere, vt multis modis monstrarent spiritus in vase occultos abstrahere, & qua imposita prohibere ne cõburantur, aliàs ignis ipsos facile comburit. Sed aqua apposita, quantò plus flamma eos inuadit, tantò plus in visceribus aqua penetrat & prohibet, ne flamma comburantur. Atq; ob id etiam antiqui multa tractauerunt de sublimatione, quia nisi res igne fortiter conteratur, Ethelia nõ ascendet, quòd voluit Hermes innuere, cum dixit: Cribrate res quas hostis, & altiùs liquefacite.

SENTENTIA LVIII.

ARZOCHE ait: Nisi res igne conterantur, Ethelia nõ ascendet, & ea non ascendente nihil facitis. Videtis enim quòd ventus meridiei plurimus cum exhalatur, nubes sublimari facit, marisq; vapores eleuat, hoc est vas, & testa, in qua est sulphur incombustibile. Moneo autem vos, vt argentum viuum, quod ex pluribus est confectum, congelatis, vt duo tria fiant, & quatuor vnum, ac duo vnum,

S E N T E N T I A L I X.

ANAXAGORAS: Accipite combustum fugiens, corpore carens, & incorporate eum. Deinde sumite ponderosum, fumum habens, habile ad bibendum, hoc est, ut rem clarius exponam: hoc combustum fugiens, & ad bibendū sciens, est Ethelia, quæ cum sulphuri coniuncta est, vitreo vasi igni imponite, & coquite, donec Cambar fiat, & peragat arcanum quod quæritis. Coquite ergo, & non pigeat vos reiterare: tota enim perfectio sulphuris in decoctione tabulæ consistit. Coquitur igitur, quousque fiat rubigo. Omnes quidem Philosophi dixerunt: quod qui rubiginem in venenum aureum potest conuertere, opus peragit: sin autem inuanum laborat.

S E N T E N T I A L X.

P I T H E M: Dico quod cum Magister de aqua ista primò tractasset: postea in fine sui libri loqui voluit de fermento auri. Quare mirum est, cur inuidi finem ante principium in suis tractatibus posuerunt, præcipiendo in auri fermento, aquam sulphuris mundam cum aliquantulo gummæ commisceri. Præterea putrefactionem omiserunt, de qua pauca dicam. Putrefactio non fit absque humido & sicco, & ex utroq; nascitur operis principium, licet in tres partes inuidi hoc opus diuiserunt.

S E N T E N T I A L X I.

C O N S T A N S: Quid nobis cum inuidis & eorū tractatibus? Certum quippe est, hoc opus quatuor habere naturas, quæ sunt ignis, aqua, aër & terra: quæ nisi habeantur, nihil vnquam generatur, nec quicquam absoluitur in arte. Iungite ergo siccum humido, hoc est, terram & aquam, & coquite igne & aère, quousq; spiritus in anima desiccetur, scientes quod tenue tingens sumit virtutem ex tenuissima terræ, aëris & aquæ parte, & exsiccat. Hic enim est modus operis nostri, ut omnia in terram vertantur. Nolite ergo res multiplicare: inuidi quidem eas multiplicauerunt, & varia descriperunt regimina, ut inquisitores fallerent, & assimulauerunt hoc

runt hoc opus sicco, omni lapidi & metallo, pellibus animalium, omni reptili & volatili. Vos autem scitote, quod corpora corporibus tinguntur, & corpora corporibus figuntur, & quod Philosophus dixit: in arte est argentum viuum de Cambar, & in numis est argentum viuum de masculo, & nihil aliud curate, quoniam non sunt nisi hæc duo argenta viua.

SENTENTIA LXII.

ASTRATVS: Qui veritatem vult assequi, capiat Solis humorem & spiritum Lunæ, veritatem dico, nec aduersa adfero: Numos enim quos Philosophi capere iusserunt, numi Hermetis sunt, de quibus partem sumi iussit, & ex ære Philosophorum partē, & numis miscere ac vasi imponere, obstruēto diligenter ore, & coquere septem diebus, & tunc vertitur æs in numos. Coquatur ergo iterū, & non tædeat vos decoctione: postea aperiat vas, & inuenietur nigredo, quæ absumpta apparebit albedo nobilissima. Postea ponatur in locū suum, & iterum coquatur, donec lapilli in siccū vertantur: postea coquatur igne fortiori, quousq; lapis durior fiat & confringatur, ac in cinerem vertatur. O quàm preciosus est cinis ille. Viri Sapientes intelligite illud: Aquæ suæ iterum coquite, donec liquefiat: postea coquite ipsum, & imbuite ipsum eum aqua permanente, donec compositio dulcis & suavis ac rubea appareat. postea imbuite donec humida fiat: demum coquite igne fortiori, & vt dictum est, os vasis claudite. Hoc est regimen quo corpora fugientia nō fugientia fient, & spiritus in corpora, & corpora in spiritus vertentur, ac se inuicē necentur, ac vltimò fient corpora spiritus, animam habentes & tingentes ac germinantes. Quapropter diligenti opera æs dealbate aqua permanente, donec accidat ei rubigo, & congeletur, fiatq; corpus Magnesiæ: deinde coquite donec totum corpus confringatur, & ita fugiens vertetur in cinerem, & efficietur æs vmbra carens, & tinctura Philosophorum.

SENTENTIA LXIII.

ANASTRATVS: Dico vobis quod hoc secretum inuidi variè depinxerunt, aliquando in membra, in phy-

ficam ratiocinationem, Astronomiam: & interdum
 assimilauerunt arboribus, metallis, & vaporibus ac
 reptilibus: & quanto plus poterunt, ipsa nomina multi-
 plicauerunt. Ego verò vobis dico, sumite ferrum facite
 inde laminas, postea aspergite eas veneno, & ponite in
 vas, cuius os bene occludatur, & caute humorem
 multiplicare. Vel ponatis ipsum siccum, & facite siccū
 massam fortem, scientes, quòd si aquam massæ multi-
 plicaueritis, non continebit eam, neq; bene ardebit in
 camino: & si nimis siccaueritis, non coniungetur, nec
 coquetur. Exsiccate ergo eā, & in vase suo ponite cuius
 os firmiter claudatur, & postea fiat ignis carbonū de-
 super p̄ dies aliquot: deinde aperiatur vas, & inuenie-
 tis in eo, & etiā in coopertorio vasis nodos paruulos,
 & hoc est quod igne sibi ministrato, acetum surgit in
 altum. Eius namque natura spiritalis est, quia sursum
 ascēdit: & ideo moneo vos, vt per se teneatis eā. tribus
 enim decoctionibus multiplicatis cōglutinatur, & ab i-
 gne cōgelatur, eiusq; natura cōuertitur in naturam. Sic
 Cambār similiter decoctione & liquefactione tali dis-
 iungitur. Notum etiam facio vobis, quòd ista frequentū
 decoctione cōsumitur tertia pars aquæ: residuum verò
 eius efficitur ventus, qui Cambār & spiritū eius portat
 in ventre suo. Præter hæc dico quòd nihil est preciosius
 arena maris rubea, & est sputū Lunæ, quod Solis lumi-
 ni iūgitur & cōgelatur. Et quanto plures trāseunt dies,
 tanto fortius cōgelatur, & non comburitur. Solis enim
 beneficio costū congelatum est: & albedo illa præstan-
 tissima facit eum terrenum ignem superare.

SENTENTIA LXIV.

BALGVS: Quidam fructum istius artis Tulleas de-
 scripsit, & mirabili modo me cœpit docere, dicens:
 Quòd absq; labore inuenitur eius operatio. Cumque
 autē de eius incremento & ædificatione cœpit docere,
 talia dixit: Accipe arborem illam, & ædifica sibi do-
 mum rotundā & tenebrosam, & rote circumdatam, &
 pone in eam veterem hominem cetum annorum, &
 claude domum, ne ventus aut puluis intret ad eos, &
 dimitte eos in domo illa centum & nonaginta diebus.

Dico

Dico ego vobis in veritate, quòd senex ille non cessat comedere de fructu arboris illius, donec iuuenescat. O quàm mirifica est arbor illa, quæ suis fructibus animam in corpus iuuenile transfundit, & patrem in filium conuertit.

SENTENTIA LXV.

THEOPHILVS: Scitote, charissimi, quòd quamuis inuidi dispositionem hanc multis celauerint nominibus, vno tamen nominauerunt eam, scilicet Aquã vite. Nam cum dictus senex sibi iungitur, perfectè moritur: postmodũ verò ponitur in Sole, donec liquefeat: postea imbibitur, cõgelatur, & ita per dies septẽ fit ferrum rubiginosum. Quòd si hoc est nimis obscurum, narra- bõ aliud. Quidam fructus exeunt à perfectissima arbo- re primo Vere, & postmodum æstate florent, & tunc multiplicatur & decoratur arbor, donec fructus perficiantur, & maturando dulces fiant. Simili modo illa mulier fugiens generos, quibus per se, quamuis irata, domestica fit, vt nõ dedignetur se superari, vt eius con- iunx suum habeat decorem qui furibundus eam dili- git, ac iugiter pugnat cum ea, donec suos cõcubitus cū ea peragat, & Deus pro voluntate filios multiplicat. cuius porro decor igne cõsumitur: termino enim finito reuertitur ad eam. Dico etiã vobis, quòd draco ille nõ moritur: tamẽ illam mulierẽ suos interficiens cõ- iuges, Philosophi neci dare eam voluerunt: illius enim venter plenus est veneno. Fodiatur igitur sepulchrum Draconi, & sepeliatur mulier cum illo: cumque Dra- co se cum ea mixtum videt, emasciatur & vertitur in sanguinẽ. Quòd cum vident Philosophi in sanguinem verum, ponunt eum ad Solem, quousq; lentitudo ces- sat, & sanguis areseat: & tunc apparet venenum, & oc- cultum manifestatũ.

SENTENTIA LXVI.

BODILLVS: Scitote quòd absque complexione non generatur aliquid. Sperma denique ex sanguine & libidine generatur, & nutritur caliditate & humiditate sanguinis: post quadraginta verò dies formatur fœtus. Et nisi esset humiditas, non solueretur sperma, nec

procrearetur fœtus. Illū verò sanguinē constituit Deus ad nutrimentum spermati, donec fœtum producat, qui productus non nisi lacte nutritur quandiu parvus est: & quantò plus calore naturali exiit, tantò plus offibus confortatis in iuuentutem ducitur, ad quam perueniens sibi sufficit. Simili modo oportet vos in hac arte laborare, scientes nihil absq; calore generari: sed calor intensus exhalare facit, frigus verò perire. Temperatus verò calor est suavis corpori, & per eum lenificantur venæ, & calor innatus alitur & augmentatur.

S E N T E N T I A L X V I I .

MOSCVS: Scitote quòd inuidi modum plumbi formandi multis modis narrauerunt, causa decipiendi posteros, varia fingendo instrumenta. Ego autem dico, quòd nulla instrumenta fiunt, nisi ex nostro puluere albo, stellato, splendido, & ex lapide candido: à quo puluere apta fiunt instrumenta pro ouo: non tamen nominauerunt ouum, vel cuius auis ouum sit. Porro eorum regimē quod diximus, difficillimum inquit est. Nam si compositum plus quàm oportet regatis, eius lumen à pelago sumptum extinguitur, & ideo iusserunt Philosophi hoc opus subtili meditatione regi.

Accipite ergo & regite ipsum Luna, & arenæ impo-
nite quousq; dealbetur, scientes, quòd nisi patientiam habeatis, errabitis in eius regimine, & corpus corrumpetis. Coquite leni igne donec appareat albū: deinde aceto extinguite, & tum videbitis vnum à tribus socijs dimissum. Et scitote quòd primum commiscet, secundum comburit, tertium liquefacit. Iungite ergo primò nouem partes de aceto cùm calefcit vas, & iterum nouem partes cùm calefactum est vas apponite.

S E N T E N T I A L X V I I I .

MVNDVS: Quidam Philosophi nominauerunt aurum Chelidonium, Karnech, Geldum, &c. & vnum tamen & idem sunt: & nomine proprio subtracto, vocauerunt hoc secretum, Nigrum, quoniam à pelago nostro extractum est. Et dico vobis, quòd antiqui doctores Tyrio colore fixerunt Keukel. Color autem noster Tyrius, puluis à me describetur, qui quidem à mari
rubeo

rubeo nostro & purissimo extractus est. Et sunt illi plurima nomina imposita, quæ vera tamen sunt. Exemplum habetis etiam in tritico quod molitur, & tunc aliud nomen consequitur: deinde cribratur, & diuersis nominibus nominatur. in rei tamen veritate vnum est frumentum: sic hoc secretum nostrum iecundum vnum quodque regimen nominatur variè.

S E N T E N T I A L X I X .

RARSON: Scitote quòd illa natura, de qua sæpe dictum est, masculus est & fœmina, & quòd Philosophi vocauerunt eam Magnesium, eò quòd in ea est maximum arcanum. Ponite ergo Magnesium in suo vase, coquendo eam diligenter, & vase post septem dies aperto, inuenietis ibi aquam, quam coquite amplius, donec coagulando seipsam contineat. Scientes quòd inuidi in libris suis pelagus per humorem significare voluerunt, & pro vase posuerunt pannum, & pro natura medicinas: ipsa tamen vna est quæ germinat & floret.

S E N T E N T I A L X X .

AGADIMON ait: Coquite æs donec exeat nigredo, quam numum vocant, & res artis nostræ bene miscete, & inuenietis nigredinem statim, quæ est plumbum sapientum, de quo Sapientes in libris suis multa tractauerunt.

S E N T E N T I A L X X I .

ORFVLVS: Scitote quòd in principio miscere oportet elementa syncera & amœna super ignem lentum: & oportet etiam cauere, ne ignis sit nimis fortis, donec seipsa contingant elementa, & plenè commiscantur, ac post modum desiccantur, scientes quòd vnum comburit aliud & diruit: & vnum confortat aliud, ac docet eum contra ignem præliari, cui residuum humoris totius iterum commisceri oportet, & tunc exaltatur eius rubor. & hoc est quare elementa igne cocta lætantur, & alias vertant naturas, eò quòd non liquidum fit liquidum, quod est caput huius artis, & hoc humidum ficcum facere, & fugiens fixum est arcanum. Conuersione autè facta dimittuntur in ignem, donec spissum at-

renuetur, & rarum tingens fiat. & hoc quidem taliter composita gignunt, & germinant quod quæritur, coloribus quoque incipientibus apparere, prodibunt miracula, & tandem incipit Tyrius color apparere. O natura cœlestis, naturas tingens: ô illius cœlestis naturæ regimen, elementa conuertens & multiplicans compositam, mouens vnicum. Dico vobis quod nihil preciosius est naturis illis.

S E N T E N T I A L X X I I .

EMIGANVS: Legendi sunt libri Philosophorum, non frustra enim dixerunt: Inspicite lactantem puerum, & nō impediatis eū, in eo manet arcanum, ex quo bona operantur Sapientes. de quo etiam dixerunt: Comburi- te æs, comburi- te argentum viuum, & comburi- te aurum. Hoc si tenebrosius dictum est, dicam clari- us: Comburere, comburere, comburere, non est nisi vnū, scilicet dealbare, & rubeū facere est viuificare. Et vobis dico, quod definitio huius artis est co-ponis li- quefactio, & animæ a corpore separatio. Insuper dico quod æs nostrum habet animā & corpus sicut homo: oportet ergo dirui corpus, & animam ab eo separari. Proinde dixerunt Philosophi, quod Saturni plendor, dū scandit in aëra, non apparet nisi tenebrosus, & Mer- curius radijs Solis occurrit: deinde argentum viuum virtute ignea corpus viuificat & perficit.

S E N T E N T I A L X X I I I .

ATTAMANVS: Scitote, fratres, quod opus nostrum quod quæritis, ex maris sit generatione, quæ post Deū omnia perficit. Accipite ergo lapides marinas vete- res, & assate carbonibus, donec albi fiant, & extin- guite aceto albo: si fuerint vnciæ viginti quatuor, extin- guite calorem illorū tertia parte aceti. postea coquite in solem & terram nigram per viginti quatuor dies: o- pus verò secundum a die mensis Septembris decimo, ad decimum gradum Libræ perficitur. Sed huic operi secūdo acētū nolite apponere, sed permitte ipsum de- coqui, donec acētū suū totū biberit, & terra fixa fiat, vt terra Aegyptiaca. Et scitote quod opus vnū alio ci- tius exsiccat, aliud tardius, & hoc fit ob coquendi diuersitatem.

S E N

SENTENTIA LXXIV.

FLORVS: Coquendi dispositionem complebo, dicoq; quòd signum primæ decoctionis est sui ruboris extractio. Rubedinem autem ita accipite. Cùm videritis ipsum iam nigrum totum, scitote quòd in illius nigredinis ventre albedo occulta est, tunc oportet albedinem illam extrahi à sua nigredine. In secunda verò decoctione ponatur illa albedo in vase cū suis instrumentis, & coquite leniter donec omnia alba fiant. cūque albedinem illam superuenientem in vase videritis, certi estote, quòd rubor in illa albedine est absconditus: & tunc oportet vos ipsum abstrahere, & tandiu coquere donec totū fiat rubeum. Et scitote, quòd prima nigredo ex natura Martech fuit, & ex illa nigredine exortus est rubor, qui rubor nigrum emendauit, & pacem inter fugiens & nō fugiens composuit. Fit autē hoc ita: Res cruciata in corpore mergitur, & vertit ipsam in naturā alterabilem. Et scitote quòd illud sulphur corpus denigrans non potest tangi, nec cōtractū: sed hic cruciat & tingit. Item scitote, quòd illud sulphur denigrans, est id quod nō fugienti aperit iannam, & etiā non fugiens in fugiens conuerit. Nōne videris quòd crucians cū noeuimento vel corruptione nō cruciat utilitate & coadunatione? Sciatis etiā pro certo, si eius cruciatus esset noxius vel incōueniens, nō compleretur ab eo quousque colores inuariabiles extraheret: & hoc utique Aquam sulphuris nominauimus, quam aquam ad rubeas tincturas aptamus, quæ quidem deinceps non denigratur. & licet postea non denigret, non fit tamen de nigredine illa tinctura, sed clauem esse vobis intimaui.

SENTENTIA LXXV.

MANDINVS dixit: Nisi hoc arcanum habeat, quod ipsum emendet, non prodest vobis quicquam. ob id dixerunt antiqui: Illud quod perficitur, vnum est, & diuersæ naturæ non emendant ipsum: quod verum est: Imò sola vna res sibi conuenit, quā quidem parcè regere vos oportet. ignorātia enim regiminis sepe errare facit. Nolite ergo pluralitatem dispositionum curare, nec

ca quæ fallentes in suis narrauerunt figuris. Vna enim veritatis natura, quam Naturales vnum nominauerunt, in cuius ventre occultum inest: quod quidem occultum non videtur nisi à Sapiente. Qui ergo eius scit complexionem extrahere, paricq; regit, ex eo eminet natura, omnes naturas superans: & tunc cõplebitur sermo, qui scriptus est: videlicet quòd Natura naturam continet: & tamen non sunt diuersæ naturæ, sed vna, habens naturas in se & res suas, quibus cæteris rebus eminet. Proinde benè fecit Magister, quòd vno orditus est, & vno finiuit: deinde illas vnitates Aquã sulphuream nuncupauit, omnem naturam vincentem.

S E N T E N T I A L X X V I .

ARCHELAVS: Perbellè descripta est Aqua sulphuris munda. Nisi enim spissa corpora diruantur à natura corpore carente, donec fiant corpora incorporea, & velut spiritus tenuis, non potestis animam illã tenuissimam ac tingentem extrahere, quæ in intimo ventris occulca est. Et scitote, quòd nisi corpus diruatur, quousq; moriatur, & ex eo suam abstrahatis animam, quæ est spiritus tingens, nequaquã corpus eo tingere potestis.

S E N T E N T I A L X X V I I .

PHILOTIS: Prima compositio, scilicet corpus Magnesiæ, ex pluribus fit rebus: quamuis vnum quid factæ sunt, & vnum ab antiquis scilicet, Albar æris nuncupatur. Cùm autem regitur, decem nominibus nominatur à coloribus naturæ desumptis, qui in regimine corporis Magnesiæ apparent. Oportet igitur vt plumbū in nigredinem conuertatur, & tunc decem prædicta in auri fermento apparebunt cum Sericon, quod est compositio, quæ decē nominibus nuncupatur. Sed iis relictis, nihil aliud significamus varietate nominū, quàm Albar æris, eò quòd is tingit omne corpus, quod in compositione introiuit. Cõpositio autē duplex est, vna in humido, altera in sicco: & cùm prudenter coquuntur, fiūt vnū, & nominatur Bonum plurimorū nominum. Cùm verò rubeum fit, auri flos, auri fermentū, colla auri, rubeū sulphur, & auripigmentū. Dum autem crudum permanet, plumbum æris dicitur, virga metalli, & lamina.

S E N-

SENTENTIA LXXIIX.

AGMON: Pro corolario dicam, quòd qui non liquefacit & coagulat, multipliciter errat. Denigrate ergo terram, & separate eius animam & aquam, & postea dealbate, & inuenietis quod quæritis. Dico etiam vobis, quòd qui terram denigrat, & album igne dissoluit, donec fiat sicut gladius denudatus, & qui prius dealbationem eius completam ei animam inducit, totumque tabido igne figit, postquam liquefactum fuerit, felix dici merebitur, & super mundi circulos exaltari.

Hoc de lapidis nostri reuelatione, doctrinæ filiis factis esse non dubitamus, cuius vires corrumpi nequeunt. si ponatur in igne, vis eius augetur, quem si soluere vis, soluetur: si coagulare, coagulabitur. Nemo ipso carere potest, & omnes ipso egent. Cumque ei plura nomina sint, vno tamen nomine nominatur, & vbi placet, ibi cælatur. Est quoque lapis & non lapis, spiritus & anima & corpus: est albus, volatilis, concavus, pilis carēs, quem nemo infrigidatum potest sine offensa tangere lingua: quem si volare facis, volat: & si dixeris ipsum aquam, verum dicis: & si dixeris ipsum nō esse aquam, falsum dicis. Non tamen pluralitate nominum decipiaris, sed certum habe, quod vnum quid est, cui nihil alienum inferitur. Eius igitur locum inuestiga, & nihil alienum inferas: sed sine multiplicare homines nomina, quæ nisi multiplicarentur, sapientiam nostram plurimi deriderent.

ALLEGORIAE SUPER
librum TURBAE.



INCIPIUNT super librum Turbæ allegoriae, & primò de homine. Accipe hominem, tonde eum, & trahe super lapidem, vel laminam, donec corpus eius moriatur, & pereat spissitudo: securus sciens, quòd cum suam amiserit spissitudinem, fiet spirituale, redde sibi postea animam suam: deinde pone in balneo per 40. dies, sicut in vulua sperma moriatur, quod utique re-

generationis naturæ est principium, & surgat creatio, propositumque peragatur. Sume taurum cum carne & sanguine, cornibus pedumque; calceametis, & veste eum in aquam, & cum sanguine misce, totumque; trahe, postea assa, donec rubescat: postea verte æs in tincturis de iuijs. Recipe Gallum, crista rubea coronatum, & viuum plumis priua, post pone caput eius in vitreo vase, & ad horam serua. Post conde iterum gallum, & trahe, donec lenificetur, & quousque purificetur, & super marmor extende: deinde cum pennis ab eo remotis, fortissimè trahe & tonde: deinde in equorum fimo, donec plumas inducat, dimittite. Cumque eum gallum, velut gallum vociferantem audieritis, scitote rectam semitam vos ambulasse.

Viperam sume, quæ dicitur de rexa, & priua eam capite & cauda, in his duobus locis liquefcit eius venenum, ex quo spiritus procedit. Diuide ergo caput & caudam, vnumquodque per se in vitreo vase reponc. Sume residuum corpus, & coque lento igne, quousque; caro ab ossibus secernatur. Et postea pone eam super lamina, & tamdiu conde, donec vertatur corpus in spiritum, & auferatur ab eo flexibilitas. Non enim potest attenuari lentum: deinde capiti suo iungite, & cum egerite, donec corpus, quãdiu flexibilitas in eo consistit, sicca corpus huiusmodi ad Solem, vel ad ignem, vt videas quod inquiris. Hoc itaque completo, scito quod habes corpus corpora perforans, & naturam naturam continentem, & naturam naturam latantem, quæ perfectio Tyriaca Philosophorum dicitur. Est in mari piscis rotundus, ossibus & corticibus carens, & habet in se pinguedinem, mirificam virtutem, quæ si lento igne coquatur, donec eius pinguedo & humor profus recedit, & postmodum teratur fortissime, & quousque; lucefcatur, aqua maris imbuatur: deinde per hebdomadam sepeliatur, & postea assando candidetur. Cumque fuerit bene dealbatum, & eius aqua sibi reddita: postea proprio humore imbutus: deinde post humoris imbuitionem, quousque; citrinus appareat, assatus, fit collyrium Philosophorum: cuius oculi liniti arcana Philosophorum de facili potuerunt intueri. In maris Luna est spongia plantata,

caeta habens sanguinem & sensum, ad modum arboris in mari plantata, & non mouetur à loco suo: quam si regere volueris, habeas tecum falcem, qua feces eam, à longè caueas tibi, ne sanguis inde fluat, quoniam venenum est Philosophorum. Cùm ergo spongiam illam ceperis, priua eam sanguine: deinde in vase vitreo eam repone & custodi. Postmodum sume corpus eius, & ablue aqua marina, donec purificetur, & fiat corpus album, carens turbatione. Postea redde sibi sanguinem suum: deinde ipsum fortiter tere, donec sua fortitudine priuetur odore, & sicum penitus fiat. Homines oliuas habent, ex quibus oleum extrahunt, & illud est combustibile. Oleum autem Philosophorum non sic extrahitur. Veruntamen eius natura est combustibilis, & immobilis semper persistit, & est modus faciendi ipsum sic: Oliuas quas habemus mundas & integras accipimus, & terimus eas cum aqua sua: postea decoquimus eas. Deinde ponentes eas in loco humido, dimittimus ibi, donec penè dissoluantur, & donec oleum à suo spisso corpore separetur. Facimus etiam fecem inferius descendere, aquam in medio consisti: oleum verò superius emanari. Postea separamus aquam, ponentes super laminam candentem aquam suam imbibimus, donec flexibilitatem, quæ in eo est, rectissime videamus, & tunc ipsum in humido, equorum fumo sepelimus. Deinde siccamus & assamus ad Solem, & septies iteramus, vel quousq; ab omni inquinamento mundum & albissimum videatur. Deinde sibi reddimus aquam suam, post assumum, donec ventilando sine quiete perficiatur: hoc est unguentum Philosophorum, quod absq; pabulo ardet, & non comburitur. Lignorum cinerem sumite meum, imbuite ipsum aquam marinam, ponentes ipsum in balneo, donec dissoluatur eius nigredo, que vocatur Ethel, sublimate, ponentes ipsum in cucurbita cum alembico vitreo, & separate humorem ab eo postea cinerem dissoluite, & dissolutum capite, & vrina puerorum abluite, vel aqua pluuiali, donec candidus fiat sicut lac. Post Ethel à corpore diuisum sumite, & cum corpore diligenter terite, post in vase vitreo ponite, dimittentes eum in loco tenebroso, donec videatis vas cadescere, & veluti lacinthum

lucere. Philosophorum crocus taliter præparatur: Sumatur radix eius cum stipite, postquam fuerit humidus, teratur cum humiditate sua in Sole: & post hoc dimittatur in balneo. donec spiritus eius tingens purus & liquidus emineat, qui totus est colligendus, & corpus residens abluendum est: quoniam quædam flexibilitas & inquinatio consistit intra eam, quæ non nisi laborioso & subtili ingenio euelli potest. Capiatur ergo corpus, & abluatur, & ad lentum & tepidum ignis calorem teratur, ad modum eorum, qui linum cum cinere & aqua calcis albæ candidum faciunt, dealbetur. Deinde per noctem vnã dimitte in loco humido: post aqua maris ablutum, roretur paulatim donec plenissimè candidetur, quo candidato reddatur ei spiritus tingens eius, & fit elixir, omni tempore firmum & perfectum. Corallus est quoddam vegetabile, nascens in mari, radices & ramos habens, & generatur humidus. Vento autem Septentrionali flante, indurefcit, & fit corpus rubeum, quod cum videt, qui per mare nauigat, fecat ipsum sub aquis: cum verò exit, vertitur in lapidem, cuius color est rubeus, & aptantur in lapides Indorum quoque: vulgus valdè vtitur eo. Simili quoque modo vtruntur, scilicet corallo nostro Philosophi in arte nostra: sumunt enim ipsum, & terunt fortiter, & in aqua maris eum per 21. dies imbuunt, & in balneo cum multa humiditate, donec spiritus eius tingens emineat, dimittunt: & hunc spiritum sumentes in vitreo vase reponunt, & dimittunt fecem quasi mortuam: & tamen nec albam, nec rubeam. Postea ponunt in sphæram eam, quam cribrum vocamus. Deinde cum aqua maris tepida imbuunt, & hoc septies iteratum, abluendo & sublimando, donec formam salis candidissimi recipiat: quo factò, reddunt ei spiritum tingentem. Et deinde ponunt ipsum in loco humido, donec rubescat, & fiat eius spermale. & de hoc ponunt Philosophi super vitrum, & facit ipsum infrangibile. Et cum ponitur super argentum, vertit ipsum in aurum obrizon. Lapidem, qui dicitur Borites, sumunt Philosophi, qui coloris Indici & varij similiter esse dicitur. terunt ipsum, & aqua maris imbuunt: postea ponunt ipsum in vase vitreo, & permit-

permittunt eum per dies plurimos in humido loco, donec sulphur, quod in eo latet, exeat, & hinc ipsum colligunt, & in vitreo vase reponunt: corpus verò, quod quasi fuscum remanet in aqua salis distillati abluunt, post in calido Sole tempore æstiuo dimittunt, & hoc toties iteratum, donec ad instar marmoris albi coruscet. Postea ponunt in Athanor, & ibi desiccant. Postea reddunt ei sulphur, quod ab ipso fuerat extractum, & teritur in eo, quousque vertitur in lapidem, & ita completur Elixir in perpetuum huius vitæ valiturum. Tinctores habent herbam, qua vtuntur in lana tingenda, sumentes tantummodo tincturam & lignum relinquentes. Similiter habemus nos in arte nostra, ponimus terentes & cribrantes ipsum, & vrina puerorum frequenter imbuentes, donec lentescat: & ita erit tinctura eius, ab eo postea ponimus eum in fimo equino, quousque purificetur eius tinctura, & supra corpus appareat. Quam recipientes in vase vitreo ponimus: corpus verò ipsius cum proprio humore terentes, & in loco humido ponentes abluere non cessamus, donec candore niueo induatur. Postea iungimus ipsum tincturæ suæ purificatæ, quam ab eo abstraximus, & in calido Sole ex ea ipsum imbuimus, & ita recipit virtutem mirificam. Et hæc est descriptio, quam figuratiuè narrarunt antiqui in profis suis.



ENIGMA
EX VISIONE ARISLEI PHI-
LOSOPHI, ET ALLEGO-
rys Sapientum.

ENIGMA I.



ONGREGATIS denuò Philosophorum
discipulis quibusdam studiosioribus, Py-
thagoras, quorum superior Arisleus Abladi
filius, deinde Paris Belchioti filius, Ar-
menius Archiæ filius, Meditantalus, Phali-
fæus, Echamissus & Parmenides, & Eximesias Admiri
filius, Auerca quæsiuit ex Arisleo, possétne dicend
efficere, vt exemplo aut parabola liceret inuestigatorib.
artis, ex arbore illa immortalis, fructus, quam Philoso-
phorum discipuli prædicti, ceteriq; in Turba descripse-
rant, colligere? Et ille lubèter quidem dicam, vt potero,
sed non fortè satisfactorius voluntati tuæ. Rursusq; Py-
thagoras: Dic igitur quam aptè poteris. Et ille: vidi me
& quosdã ex Turba equitantes ad maris littora, & ecce
habitatores maris secum inuicem cõcubantes, & nihil
eis gignebatur: & arbores plantantes, non tamen fru-
ctificantes: & seminantes nec quicquam nasci. Et dixi:
Quid vobis? Nunquid quamuis multi sitis, nemo Phi-
losophus est, qui vos doceat? & dixerunt illi: Quid est
Philosophus? ait ille: Qui res nouit. & illi: Quid prodest
eius scientia? & ego: Si in vobis Philosophus esset, filij
vestri multiplicarentur, & nascerentur vobis arbores,
& non morerentur, & fructus non extingueretur, &
essetis reges, omnes inimicos vestros superantes. Eun-
tes illi, significauerunt hæc domino suo Regi marino.
Cumq; ab illo vocati essemus, muneraq; postularet, re-
spondebamus: Munera nos occulta portare generandi
scilicet artem, & arbores plantandi, & seminandi, ex
quibus arboribus & fructibus qui comedet, nõ esuriet
vnquam. Et ille: Maximum munus, si hoc reuera misit
magister vester. Dicite ergo, quid habetis? & ego: Do-
mine quamuis rex sis, male tamè imperas & regis: ma-
sculos

ENIGMATA PHILOSOPH.

33

seulos namque masculis coniunxisti, sciens quod masculi non gignunt. Generatio enim ex mare & foemina est coniunctio, veraque fit generatio, si natura natura, masculus foemellæ, conueniens conuenienti, aptumq; apto commiscetur. Et ille: Filium quidem & filiam habeo, proptereaq; rex sum meorum subditorum, quoniam illi horum nihil habent: ego unum filium & filiam meo in cerebro gestavi. Et ego: Duc ad nos filium tuum Thabritium. Quo audito, postulavi & sororem eius Beyam nobis adducendam. Rex ait: Cur Beyam vultis? Et ego: Quia generatio non fit absque ea, & quamuis soror sit fratris, & foemina: tamen emendat ipsum, eod quod ex ipso est. Producta autem coram Beya, ecce puella candida, tenera & suavis. Coniungentibus autem nobis Thabritim & Beyam, En ait rex: nunquid vir duxit uxorem suam? Et ego: sic pater noster Adam iussit filios suos, & tu si in hoc acquiesces, o Rex, beatus eris, & generabunt tibi reges ac reginas, nepotes & neptes plurimos: & filius tuus Thabritis, & soror eius Beya iurabuntur tibi, & mortui si fuerint, reuiuiscunt. Acquiescente autem Rege, & fratre cum sorore concubante, ecce confestim mortuus est Thabritis. Quare rex, me & vos vituperans, in domo vitrea incarcerationis, supra quam domum aliam edificauit, supra quam etiam aliam, & in tribus domib. capti fuimus. Tunc dixi Regi: Ex qua causa festinans, poenam nobis intulisti? Trade nobis saltem denuo filiam tuam, forte redditura est vitam filio tuo Thabriti. Et ille: Nunquid vultis meam amplius interficere filiam? Et ego: Noli festinare Rex, & cruciatus nobis inferre: sustine aliquantulum, & tuam nobis trade filiam, & paulo post habebis & filium & filiam denuo viuentes. Tradita autem illa, mansit nobiscum in carcere 80. diebus, & mansimus in tenebris vndarum, & intenso aestatis calore, ac maris perturbationem, cuiusmodi nunquam accidit nobis. Nos igitur fessi, vidimus te magistrum in somnis, & petiuimus, ut nobis subsidium ferres, & mittens discipulum tuum Harforetum, qui nutrimenti author est. Eo autem concessio, gauisi sumus, ad Regem dicentes: Quod filius tuus uiuit, qui morti fuerat deputatus.

ÆNIGMA II.

De Lapide.

Est in mari nostro pisciculus rotundus, ossibus & corticibus carens, & habet in se pinguedinem, mirificamque virtutem: qui silenti igne coctus, donec eius humor pinguedoq; prorsus rodatur & absumatur: postea fortissimè teri debet, & aqua maris imbui, quousq; lentescat: deinde per hebdomadam sepeliri: deinde assari, donec candescat. Cumque candeat, & satis albescat, & eius aqua sibi reddita, & postea humore suo proprio imbutus: & demum post humoris imbibitionem quousque citrinus appareat, assatus, fit collyrium Philosphorum: cuius liquore oculi liniti, arcana Philosphorum facillè possunt videri intelligique.

ÆNIGMA III.

Radix est, quæ tum stipite suo viridi seu succoso teratur, & sua humiditate propria ad Solem: postea mittantur ad balneum, lauenturque donec spiritus eius, siue radicis sal, & lotio purus, liquidus, & veluti tingens appareat, qui colligendus est totus, & corpus siue feces atræ, squamæue residentes, in balneo penitus abluenda. Quoniam fluxibile quid & inquinatum consistit in eis, quod nisi laborioso ingenio & subtili euelli non possunt. Capiatur ergo corpus, & abluatur, & ad tepidum ignis calorem teratur, & aqua maris roretur paulatim, donec plenissimè candidetur, quo candidato, reddetur ei spiritus eius siue lotio, & fit Elixir successu temporis firmum & perfectum. Sublimatur etiam hæc radix per retortam infrigidam, & mercuriascit.

ÆNIGMA IV.

Viperam sume, & priua eam capite & cauda: in his enim duobus locis quiescit eius venenum, ex quo procedit. Diuide ergo caput, & caudam, vnumquodque per se in vitreo vase repone. Sume residuum corporis, & coque lento igne, quousque caro ab ossibus seceratur. Et postea pone super laminam, & tamdiu coque, donec vertatur corpus in spiritum, & auferatur ab eo
fluxi-

fluxibilitas. Non enim potest attenuari quod lentum est. Deinde capiti suo iungito, & cum eo tere tamdiu, quamdiu fluxibilitas in eo consistit. Sicca corpus huiusmodi ad Solem vel ad ignem, ut videas quod inquiris. Hoc itaq; completo, scito quod habes corpus corpora perforans, & naturam, naturam continentem, quæ compositio Theriaca Philosophorum dicitur.

ÆNIGMA V.

Mercurius de se loquitur.

Mater me genuit, & per me gignitur ipsa: dominabatur deus mihi: de cætero autem dominabor illi: quia persecutor matris meæ factus sum: Ipsa tamen me ut pia nunc fouet, & nutrit filium suum quem genuit, donec ad statum veniet perfectum. Ponas ergo me in humido igne, contere donec finis operis inducatur. Deinde cum opus perfectum est, me ad tubetinem forti igne agito. Quia me caliditatis humor augmentat, & siccitatis consumptio necat.

ÆNIGMA VI.

Super matrem prægnantem seruum rubicundum æqualiter conde: Matrem mortifica, manus eius & pedes abscindens: seruum ipsum balnea, & desponsa hos ambo in linteo vitreo, quod Sera dicitur, & desuper pone Thonar: & obstrue bene cum luto Sapientiæ. Et tunc accipe vitrum cum sponso & sponsa, & prosice eos in fornacem, & fac assare per tres dies, & tunc erunt duo in carne vna. Demum accipe illum album hominem de vase, & mole eum per molendinum, & adde sibi clauem artis cum aquila, & iterum tere cum oleo oliuæ tamdiu, donec siccetur. Hoc fac ter, & habet perfectionis extremum.

ÆNIGMA VII.

Colligatur vaporis terrei primordialis quæritas duodenaria, omni abstracta terreatate inordinata, lotionem decibili, menstruosamq; infectione præcisa. Addatur geminis fructificandi granum solitarium, in die desponsationis serie alteratione exponendum aluo Philosophico inducatur, solubili amplexu maturandum imple-

gnantia hac decibili, nec sortiatur, quin minimis vni-
 one fructiculis deducatur primæua, vt vaporis dispositio
 viriusque connexionis liquorosa elucescat probabili.
 Tractetur experientia circumspectabili, quod filioli
 congruit disciplinæ. Talis inquam vapor vntuosus,
 primùm Philosophorum Hyle indiuisibile, à quo de-
 ducuntur trinæ facierum qualitates proportionabiles,
 quas scindere nequaquam iubetur. Aluo quoq; effuso,
 alchymico phœbo collocetur maturos è Hyle, vt nobile
 vitalitate destituatur, infima dimensionalis existen-
 tia eliciatur, per mortalitatis transmutilis fore appa-
 rentiam. Nihil splendeat nisi vnum, viro lethali feruida
 passione prostratum in fauillarum hypostasim confri-
 cabilem. Sciatur itaq; gradus plantatæ arboris primu-
 lus, ordine sub eodem frigido, aquoso, terreo, quo tra-
 ctatu rursus fortem in alucolum adoptatur elemento
 combusto mancipetur, sagaci regatur ingenio, vsq; ple-
 na luceat digestionis puritas, candidatus in fulmine.
 Hoc siquidem prodigium pariterque signum, prodit
 lapilli digestibilis fore complementum. Iubetur fieri
 motu medietate manualis confusionis porphyrio se-
 dule, quousque totaliter præcurrat, vt est prætaxatum.
 Notate crudiri hoc sedulo alucolo, soloq; phœbi regi-
 mine, tincturam candentem & rubentem, quæ sunt per-
 pendenda in corpore prætaxato, digestionem accepta,
 in candoris nitore seu igneo prosternatur denuò, saxo
 compaginetur, paucissimas in particulas, motu treme-
 bundo, vt vniantur rigatione, partim vniuori, Irroratio
 triplicanda, vel quod videatur fore necessarium, lacte
 naturali zoo, ponderis sub quantitate. Hoc per regi-
 mē vnus, phœbo prostratus mortifero cernitur & mor-
 te acerrima suscitari. Gratularis igitur Regi vitam tui
 ministrati incorruptibilem. Quoniam quotiens interitū
 concernitur, totiens vita essentiali post relucescat, quo-
 usq; medicinalis perfectus, omnem indebitè sanus, sine
 corruptione subiacens, incolumitatem restaurat. Hoc
 enim exigitur secundum vntuositatem nostri sulphu-
 ris oleaginam, fluxibilissimam, in suæ sedulæ rei sub-
 stantiæ mundatione, sic fructus colligitur innumerabi-
 lis iuxta discretionis gradum. Cautela verò concerna-
 tur, cum

etur, cum serpens noster conspicitur prægnaus, ne ictum tum pereat maturitas, in nidum dum reponitur, calidum nutritium cum virtute exsiccationis porrigatur immensa susceptibili custodiatur, ne alimento superfluo eandem propriam deglutiatur, corruipendo. Quoniam sub consideratione expedit intentio finalis indagati cum mundationis modo. Intentio Philosophorum inuariabilis vno ex ore resonet, vim consistere totalem humectatione inalternata, cum terreatate subsequenda: & sic finis.

IN TURBAM PHILOSOPHORVM EXERCITATIONES.

In quibus occulta quedam, & ad artem facientia explicantur.

DEFINITIO LAPIDIS, ET quibus initijs constet.

EXERCITATIO I.



RACTATVRI de Lapide Philosophorum, videndum in primis, quibus initijs, quibusve elementis constet Lapis Philosophorum. Consideratione itaque Philosophorum omnium, Mercurius pater est omnium metallorum. Lapis autem Philosophicus est materia metallica; conuertens substantias & formas metallorum imperfectorum. Hanc autem conuersionem non fieri nisi per suum simile, iam dudum ab omnibus Philosophis est conclamatum: Necesse igitur est, Lapidem Philosophorum ex metallica materia gigni. Ex qua autem metallica specie generetur, id sonant omnes Philosophi, præsertim in hoc libello dicentes: In Mercurio esse omne id quod à Sapiētibus quæritur. Qua ratione enim eius substantia aut forma illa corporibus adiungitur, talem suscipit substantiam & formam: & sicut à corporibus tingitur, sic & tingit: & sicut caro generat

tur ex sanguine coagulato, ita & Sol generatur ex Mercurio coagulato: & sicut sanguis est origo carnis, ita & Mercurius origo Solis: & sicut sanguis est in carne, ita etiã Mercurius est in lapide Solis: quia ipse Mercurius congelatus est in lapidem Solis, & sic Mercurius est Sol, & eius Sol est Mercurius. Et omnia corpora metallica sunt Mercurius, tam pura quàm impura, quia ex eo generata sunt. Et vt Mercurius est principium omnium metallorum, ita & Sol est finis ac vltimum metallorum, & omnia metalla munda & immunda sunt in-
tus Sol, Luna & Mercurius: sed vnus verus Sol, qui abstrahitur ab illis: de quo in hoc libro copiosè.

DE CALIDO NATURALI.

EXERCITATIO II.

EXIMIDIUS.

Calidum naturale describitur, quod in omnibus rebus creatis, præsertim mineralib. inest: eo enim indigent Philosophi: quia hoc calidum naturæ morum virtute caloris ignis, digerit materiam eorum ad formam & speciem debitam. Quam ob causam quidam dixerunt, Lapidem Philosophorum esse materiam puram, quæ est natura auri, continentem in se calorem, qui dat incrementum, & sua vi & potentia habeat crescere & multiplicari in sua specie, sicut res aliæ omnes.

DE PRIMA MATERIA METALLORUM, & quomodo ex seminali procreatione generentur metalla.

EXERCITATIO III.

ANAXAGORAS, PYTHAGORAS, LOCUSTOS.

Primò omnium Deus sublimis creauit quatuor numero simplicia, quæ sunt quatuor elementa eiusdem essentiæ, id est, materiæ, diuersarum tamen formarum, hoc

rum, hoc est, qualitatum simplicium, quæ ad inuicem conuertuntur. Primum horum fuit aër vi medium temperamentum, in quo fuit siccus ignis insensibilis, & huius ignis spissum in aëre resedit. Aëris verò spissum, & quod ex ignis & aëris spisso coadunatum fuit, in terra quieuit. In conuersione verò aqua conuersa est in terrâ, & facta est terra, aqua, quæ vocatur Sulphur, & hoc mediante aëre. Terra conuersa est in aquam, & facta est aqua terra, quæ vocatur Mercurius, & hoc mediante igne. Itaque ex Mercurio & Sulphure sex efficiuntur naturæ minerales, distinctæ à Natura, scilicet,

Saturnina.	} Hæ sunt immundæ siue leprosæ: quia principia eorum scilicet Sulphur & Mercurius sunt immunda.
Iouialis.	
Martialis.	
Venerca.	

Solaris,	} Hæ duæ mundæ sunt: quia ex Sulphure & Luna natae sunt.
Lunaris,	

Et hæ quidem naturæ conueniunt in sua radice, quæ est minera metallorum, sed ex accidente distincta sunt.

Septima natura accedit, scilicet, Mercurialis, quæ est aliarum naturarum, id est, materia communis. Hæc natura Mercurialis composita est ex duabus naturis primis simplicibus, scilicet elementaribus, immediatè scilicet natura aquæ, & natura terræ. In ista enim commissione terra conuertitur in aquam mediante igne. Non quòd terra fiat aqua, sed ita quòd terra mediante sua siccitate per operationem caloris ignis, facit constare humiditatem aquæ cum sua frigiditate, ita quòd adhuc obseruatur natura aquæ, quæ est flexibilitas secundum vnâ partem, & amittit aliam partem, quæ est humectatio, & ideo redditur aqua sicca, quæ fluit & nõ madefacit. Quod autem componatur ex terra per operationem ignis, patet: nam per excessum calidum conuertitur tota substantia Mercurij in terram rubeam. Vnumquodque enim resoluitur in id ex quo est, & in se terminatur propriè: quia cum hoc quòd fluit conglabatur. Quòd autem sit ex aqua, patet: quia fluit, & non terminatur termino proprio, sed alieno resistente: flexibilitas enim ex natura aquæ est. Natura autem mercurialis vñ est materia communis ad omnia metalla:

habet enim se sicut semen in vegetabilibus, & sperma in animalibus. Nam ex semine in plantis & vegetabilibus, & ex spermate in animalibus multiplicantur individua, conseruantia speciem vniuscuiusq; generis. Et sicut in vegetabilibus & in plantis est vis quædam germinatiua, producens ex succositate terræ saliuam quandam nutritiua, per virtutes quatuor naturales, quæ succositas secundum varietatem digestionis, secundum suas partes transit, quædam in substantiam plantæ, quædam in substantiam foliorum, quædam in substantiam fructuum: in quibus consistit vis quædam seminalis specifica, transmutans reliquum nutrimenti fructuum in semen, quæ est natura procreatrix indiuiduorum, & in vegetabilibus stat loco spermatis, sicut in animalibus est sperma. Sed in his tribus Mercurialibus naturis magna est diuersitas. Nam in animalium genere non fit generatio, nisi ex Mercurio spermatico duarum naturarum, masculini & foeminini, cum ambo concurrunt in coitum, & per coitum commiscentur, & in vas naturæ proijciuntur, scilicet, in matricem. Ista autem duo spermata non sufficerent, nisi vegetaretur ex proximiori materia conuenienti cum eorum natura, & talis materia est sanguis menstruus. Nam ex sanguine ista duo spermata generata sunt, & in processu temporis secundum diuersitatem temporum producit ex his spermatis corpus humanum, quod primo vegetatur, sed cum vegetabili depascitur. postquam bene organifatū est corpus, introducitur anima sensibilis, & ex vnaquaq; specie producit cum suo compari indiuiduum eiusdem speciei, sicut ex homine generatur homo, ex asino cum asino asinus generatur: similiter ex plantis & metallis, quamuis aliter & aliter. Nam ex plantis duæ sunt viæ generationis, vna per seminariationem, alia est per plantationem, id est, insertionem surculorum plantæ in plantam equidem vel alterius speciei. Cum ergo talis surculus inradicatur in stirpem, producit fructum secundum naturam stirpis. Non sic autem in animalibus, quæ solum fiunt per seminis propagationem: neq; etiam in mineralibus, quæ etiam sumunt procreationem indiuiduorum ex duobus spermatis mineralibus, secundum variasque

masq; naturas masculi & foeminae. Modus autem, qualiter ex seminali procreatione generentur metalla, occultatus est à Philosophis. Sed secundum similitudinẽ generationis animalium, manifestum est, & præcipuè secundum naturæ humanæ generationis, metallorum generationem fieri ex Mercurijs. Nam sicut homo generat hominem & Sol: sic metallum generat metallum, & calor temperatus loco Solis in artificiali generatione. Nam homo ex se solo non generat hominem, sed cum suo compari. Compar autem hominis est homo: sic cõpar metalli est metallum. Sed quia generatio est motus, & in omni motu est agens & patiens: ideo in generatione hominis concurrunt duo, scilicet, agens quod est masculus, & patiens quod est foemina. In generatione hominis ista duo principia, scilicet, actiuum masculinum, & passiuum foemininum non concurrunt secundum in egram suam substantiam: sed ex eorum substantiis elicitur materia seminalis, quæ est sperma. Nam ut maritus procreat ex vxore sua prolem, non oportet ut corpus mariti totum cõuertatur in sperma, & postea commisceantur, sed ex corpore mariti elicitur sperma masculinum, & ex corpore vxoris elicitur sperma foemininum, & ista duo spermata inter coitus copulam commiscantur, & proijciuntur in agrum naturæ, hoc est, in matricẽ mulieris: & sic ex virtute intrinseca duorum spermatum, quæ dicitur vis formatiua, & calore continentis, scilicet, matricis, formatur corpus humanum, quod nutritur sanguine menstruo: sic similiter in generatione artificiali metallorũ fit, quod ex Mercurio masculino, & Mercurio foeminino simul mixtis, & in agrum naturæ prolestitis, & per Mercurium menstrualem vegetatis, generatur proles similis parentib. Non autem quod totum corpus metallicum aliquo artificio conuertatur in Mercurium masculinum & foemininum, & postea coniungatur & fermentetur, & procreetur corpus solare vel lunare. Sed aliter est. Nam ex corpore metallico masculino elicitur ☿ masculinus, & ex corpore metallico foemineo elicitur Mercurius foemineus, & isti duo mercurij simul secundum debitam proportionem coniuncti, & cum Mercurio menstrualis etiam, secundum

proportionem debitam copulatis, & in agrum naturæ positis: tunc ex virtute illorum duorum spermatū, cum vegetatione Mercurij menstrualis, debito & temperato calore rectis, generatur infans secundū naturam parentum masculinus aut foemininus.

DE PRIMO ELEMENTO

Lapidis, quod est terra.

EXERCITATIO IV.

Pythagoras.

IN hoc conueniunt omnes Philosophi vno ore, vt eligatur purissima & subtilissima terrea substantia, rubea vel alba, cum qua coniungatur Mercurius rubeus vel albus per minima, & figatur donec vnum fiant & inseparabilia. Hæc autem terrea, vel est Lunæ, vel Solis, vel alicuius imperfecti corporis, vel solius Mercurij. De Luna & Sole ego: de Venere Arnoldus Villanouanus: de Mercurio Geber Arabs, sentiunt: Et rursus si de Luna vel Sole sit sentiendum, in dubio fortè erit, an terra eorum sit cruda, an sint feces ex sulphure relicte: sed arbitrandum est, terram esse ex crudis vel Lunæ, vel Solis, imò ex solo Sole. Sed non est vituperanda mens Arnoldi, nititur enim ea ex ratione: quia omnis tinctura debet habere ingredientem lapidem, ex eoque constare quem vult tingere. Si igitur volueris tingere lapide tuo Venerem, necesse erit & terram ex Venere recepisse. Hæc terra fit per calcinationem, & conuertitur in cinerem, & cinis per sublimationem conuertitur in quintam essentiam, & quinta essentia per solutionem conuertitur in aquam, & aqua per coagulationem conuertitur in lapidem, in quo initium est magisterij: ab eo enim rursus extrahitur aqua, & terra mineralis: quæ cum calcinata & dealbata est, admittit denuò vaporem suum, & cum figit ac vnit vnione inseparabili, quod in vniuersum facit depuratio vel sublimatio, quam subsequitur fermentum & nutritio.

DE DIMISSIONE AQUAE
vel Roratione super terram.

EXERCITATIO V.

ARISTENES.

• **H**OC omnium maximè hic animaduertendum est, quòd neque aqua maris simplex, sola, neque æs ipsum solum aliquid pro lapide Philosophorum facere possunt, vel ipsum Lapidem Philosophicū constituere: neq; lapis ipse, siue Elixir, vel sola simplici aqua, vel solo ære cōstare possunt, sed vtrumq; id est, aquā simplicē, & ipsum æs cōiungi oportere. Priusquā verò coniungas siue commisceas hæc ambo, ipsum æs scilicet, & aquam, vide vt vtrumque nec crudum, neq; in rectificatum: sed vt aqua ipsa aliquoties destillata, & tandem in statum suum & descensum restituta, ipsumque æs combustum, candidum & syncerum omnino factum sit. His enim ita præparatis, ad Elixir procedi potest. Cū enim æs ipsum syncerum non esset, terram, quæ inde elicitur, crudam & insynceram, imò fortè nullam gigni certum foret. Ita & aqua, si ipsa munda & destillata non foret, terram ipsam lauare & abluere nequiret. Sordidum enim & atrum, non sordido vel atro: sed puro, claro & mundo dealbatur. Mundificatis igitur vrisque, tum æs ipsum in laminas tenuissimas productum discerptumq; cū aqua cōmisceatur.

DE CONVERSIONE NATV-
rarum & commixtione.

EXERCITATIO VI.

PARMENIDES.

MODVS artis ad inuicem conuertentis sic habet. Primò solue Lapidē in suum Mercurium. Lapidem dicunt authores metallicū, abluere, reducere, figere & incera. Solue scilicet grossum in simplū, abluere

obscurum in lucidum, reduc humidum in siccum, fige volatium in corpus suum. Soluere est diuidere & corrumpere, ac materiam primam facere. Abluere est inhumare, distillare & calcinare. Reducere est impinguare, incerare, & subtiliare. Figere est desponsare, resolueri & coagulare. Per primum natura operatur interius: per secundum exterius: per tertium superius: per quartum inferius. Sed moderni finem perturbant operis: quia cum laborare desistunt, tum incipere potius iam primum deberent. Sed vnus soluendo soluens & coagulans, alter soluens & figens, alter turbat mediū, alter finem: ita hæsitant in arte, vt stulti. In summa dico, eos non facere tincturam vnus numi, nisi omnia debite digesta fuerint in naturam conuersione, ita vt principio conuertatur grossum in gracile, id est, corpus in aquam: deinde aqua in corpus siue terram: deinde addas, imò indas animam: quod fiet si animam cum aqua, id est, spiritum corpori addideris: demum nutrias tale animatum corpus lacte suo, id est, aqua sua, ex qua concreatū est opus, siue inceptum à principio. De cōmitione autem docetur, vt proportio ita sese ad inuicem habeat, vt sint aque tres partes ad vnam plumbi, vel melius duæ æris ad septem veneni, vt Zenon postea dicit. Quidam vt ij qui in aqua septies distillata & reuiuificata, soluunt, duas aquæ ad vnam partē plumbi proportione sesquialtera ducti, soluendo cōmiscēt: artificiosè autem optimeque commixtis his duobus, & benè coaptatis, curato vt aqua fiat metallica, & tunc illam ipsam aquam in suo vase vitreo composito inditoq; & ad dies quadraginta putrefactionis, hoc est, primi gradus ignis coquito, donec ipsum plumbum liquefiat & pureseat.

DE CONIVGIO SOLIS & LUNÆ.

EXERCITATIO VII.

ZIMON.

Hic Philosophus videtur annuere, ut vtrumque corpus perfectum ad compositionem Elixiris sumatur, siue ille sit futurus albus, siue citrinus. Ratio, quia nullum absq; altero facile fluit. Finis autem omnis totius secreti Alchimistici est, ut Elixir statim fluat ante fugam scilicet Mercurij. Sed nullos lego auctores, vel perpaucos, qui hoc suadeant, vel dicant quando applicanda sint hæc vtraq; corpora, Solis scilicet & Lunæ: num in initio scilicet operis, ut puta in solutione, an in fine, nempe in fermentatione. Videat igitur qui volet, quid faciendum eligendumq; sit. Modus hic mihi non admodum placet. Quia si ita fieret, oporteret Elixir, neq; album, neq; citrinum, sed promiscui coloris futurum. Id tamen fieri potest, ut sit hæc sententia ita interpretanda, nempe: Cum Elixirium sit ad rubeum futurum, ut primo sumatur Lunæ limatura, & solvatur cum Mercurio, & ex illis coniunctis colligatur terra siue substantia Elixirij. Deinde per omnes partes procedatur, per hæc duo, scil. per Mercurium & Lunam, donec ad fermentationem veniatur, vbi Solis solum fermentum accipiatur, non addito etiam de Luna aliquo. Quamuis Senior Philosophus putet oportere tria lumina desponsari in cōmixtione operis, siue aquarum, Solem scil. Lunam & serpentem, & horum alterum esse fratrem, alterum sororem serpentis, per quos indurari posse serpentem, & retineri ait. At errat meo iudicio. Satis enim est serpentem serere in sororem suam. Causa erroris est: quia Sol non terrificatur propter perfectionem suam, ut ego arbitror. Quod si simili modo purificaretur, tunc nihil obstarat: quia & Lunæ & Serpenti coniungeretur.

QVOD ARTIS FVNDAMEN-
tum vnum quid sit, &
Lapis vnus.

EXERCITATIO VIII.

SCITES.

MVLTI longis disputationibus Lapidem vel diuersis, vel duabus, vel vna tantum re constare, diuersis nominibus contendunt. Sed hic Philosophus & Bonellus infra, totum opus & substantiam totius operis, nihil aliud esse dicunt, quam aquam: & regimen eius in nullo est alio quam in aqua. Et verè vna res est, in qua omnia insunt, & est sulphur Philosophorū, est aqua, est anima, oleum, Mercurius & Sol, ignis naturæ, aquila, lachryma, primum Hyle Sapientum, materia prima corporis perfecti. & qualicunque nomine Philosophi lapidem suū nominauerunt. hanc vnā rem, hoc est, aquam illam, semper putant & significant, ex qua omnia, & in qua omnia: quæ omnia regit, in qua erratur, & in qua error ipse corrigitur. Aquam autem dico Philosophicam, non vulgi aquam, sed aquam Mercurialem, siue simplicem, siue compositam: vtraque enim est aqua Philosophica, quamuis alius sit Mercurius vulgi, & Mercurius Philosophorum. Illa enim simplex est mera, hæc ex duabus rebus composita est, ex ære scilicet nostro, & aqua simplici. Compositæ autem hæc duæ aquæ Mercurium Philosophorū faciunt. Quapropter credendum est, substantiam vel materiam ipsam primam ex composita esse aqua. Cōponunt autem quidam tribus, quidam duabus speciebus tantum: mihi satis sunt species duæ, id est, masculus & foemina, aut frater & soror. Aquam autem simplicem aliàs vocant Venenū, Argentum viuū, Cambar, Aquam permanentem, Gumma, Acetum, Vrinam, Aquam maris, Draconem, Serpentem. Secundum autem sensum huius Philosophi ad perfectionem sic procedas: Contere lapidem in puluerem subtilem valde (hoc est, contere sc. igne, non manibus) & in aceto clariss.

clariss. cœlestino pone, statim soluitur in aquam Philosophicam, & quasi fontaneam. & si ita totaliter fuerit solutus, tunc distilla materiam, distillationem coagula temperato calore, & ultimò calcina, sc. post coagulationem eius per modum suum, & in quarta solutione tingit. Et hæc nostra solutio est secundum naturam: sed illud perpetuò habeatur in memoria: Nullam extraneam rem recipi à Lapide Philosophico, neq; extraneum quippiam in Lapide Philosophico ingredi. Quapropter videat qui volet, ne decipiatur hîc in nomine aceti. Vna enim res, vnius generis & naturæ, nihil alienum admittit: & verissimum est, vnâ rem esse, & ex vno fieri. Quia quando Mercurius præparatur in aquam Benedictam, tunc ipse habet potestatem dissoluedi corpus perfectum in Mercurium per artificium, & ita totum compositum est Mercurius, vna scil. res ex qua lapis fit, & in illa vnica re scil. Mercurio, seu lapide, sunt quatuor: corpus scil. & anima, spiritus & tinctura, etiam terra, aqua, aër, ignis, fermentum, oleum.

*DE SOLUTIONE ET DI-
sione Elementorum.*

EXERCITATIO IX.

ZENON.

IN Alchymico opere oportet primò omnium lapidẽ, id est, corpus, animam & spiritum, planè mortificare & exhaurire, cum nihil fructum in hac arte faciat, nisi prius mortificatum sit. Sed mortificati separatio elementorum fit, & monstratur cuiuslibet elementi effectus: Ergo si vis Elixir facere, opus erit primò lapidem ipsum omnino soluas in sua elementa, quod per anni partes nobis significatur: Deinde ipsa Elementa per ignem, mediante Mercurio cõiungas, quod est maximum arcanum, & sic magisterium est completum, omneque artificium in soluendo & coniungendo situm est. Hæ autem solutiones vel separationes fiunt mediante Mercurio: ipse enim primò soluit corpus & facit separationes, quæ rursus coniunguntur per fer-

mentum & Mercurium. Verùm hìc sedulo est animaduertendum, Mercurium vocari in initio operis, aquam: deinde apparente nigredine, Terram: deinde eo sublimato, Aërem: deinde rubificato eo (debet autem aër per se coqui donec rubeat) ignis: deinde sublimatus cum corpore luminari aliquo, fermentum: deinde solus additus toti & compositæ materiæ, spiritus: & sic terra cum aqua, aëre & igne corpus est, fermentum, anima, vltima irrigatio, solius Mercurij spiritus. Sic patet ergo quòd Lapis cõstat quatuor elementis, scilicet, aqua, aëre, igne, & terra. Nã in Lapide sunt anima, corpus & spiritus, & tamen vnus Lapis, vt suprâ dictũ est, quem soluere oportet, & rursus coagulare. Sub solutione omnes operationes cõprehenduntur vsq; ad albificationem lapidis: post albificationem coquitur iterum, & fit lapis rursus dum coagulatur: deinde iterum soluitur, habito fermento: & solutio illa iteratur, donec fluat lapis vt cera.

*DE SOLVTIONE CORPORA-
rum in aquam, de Gumma &
diuisione aquæ.*

EXERCITATIO.

MVNDVS.

EX aqua lapis noster preciosissimus generatur: oportet ergo in principio omnem rem in aquam soluere. Non enim credibile est aliquam rem posse conuerti de sua natura in aliam, quin prius reducatur ad eam materiam, de qua facta est à principio: quod si factum est, credo eam traduci posse ad quamcunq; naturam volueris. Quoniã omnes res creatæ sunt ex aqua: ergo necessarium est eam rem conuerti in aquam. Ac proinde concluditur, quòd omnes spiritus conuerti debent in aquam antequã sublimentur. Mercurius enim quando soluitur in aquam, tunc deponit feces suas, & frigiditas ipsius vertitur in calorem, & humidũ eius in secũ, & calor eius in sublimatione augetur, & subtilitas ac

tas ac tinctura: quia à vitriolo accipit calorē & tincturam. Iuxta hanc verò doctrinā videri potest, Lapidem Philosophorū componi posse ex Mercurio purgato, soluto, sublimato, & in limphā resoluto. Itē ex alio Mercurio, non quidem vulgari, sed ex eo, qui ex vulgari illo extrahitur, qui abstractus, Quinta essentia vocatur: quæ duo, scilicet Quinta essentia & Limpha antè dictā, coniungi oportere credendum est. Imò ipsa Quinta essentia cum Limphato Mercurio ita miscenda successiuè, donec per vices quinta essentia duas partes eius limphæ ebiberit: deinde etiam ultimò adiungendū corpus attenuatum. Hoc est sulphur ipsum de quo inferius dicitur: vel fixatur sulphur ☿ & additur sulphur alicuius luminaris, & cōiunguntur hæc duo in limpha Mercurij, & sic coquantur per vices torando. Vel si hæc doctrina non placet, fiat secundum doctrinā Philosophorum, primò sulphur Philosophicum, & aqua Philosophica, quæ & permanens dicitur. Et hæc duo simul concurrant, hoc est, adunentur ad similitudinem naturæ, quæ ex argento viuo, quod aqua vocatur, & sulphure terrestri procreat omnia metalla: ita cōcurrente aqua Philosophica, hoc est, Mercurio Philosophorum procreari credetur lapis Philosophorum ringens. Ex doctrina autē horum Philosophorum, aquā Philosophicam argentū viuum dicimus ex corporibus extractum: sulphur verò attenuatū corpus, siue terream illam attenuati corporis substantiam. Quæ mediantibus quibusdam præparatorijs speciebus cogitur eleuari & sublimari, illamq; eleuatam & sublimatam corporis substantiam, sulphur Philosophicum appellant. Sed de his superq; satis. De Gumma dicendū est. Gumma max est, & ob id honorabilior. Aurū est soror gummæ. Proinde dicit aurū: Nemo me enecat, nisi soror mea. Quod autem dicit Philosophus: Accipite gūmæ candidissimæ partē vnā, & vrinæ vituli. Concordat cum Theophilo infra, qui dicit: oportere addi tria ad vnum, vel septē ad duo. Quod autem hic facit compositionem quatuor eorum, non nisi duo sunt, datq; ipsi gummæ tria nomina, sed re vera æs ipsum vocat gumma corporis, & bene quidem: deinde subdit, quod septies debeat autriti rex, quos modos recenset & docet ordine.

RVRSVS DE AQUA, ET
diuisione aqua in partes.

EXERCITATIO XI.

PANDVLPHVS.

SI superior doctrina non placet, aliam adfert hic Philosophus, quam in hanc formam aptè explicabimus.

Recipiatur de aqua abstracta à lapide pondus suū, id est, æquale cū lapide, & lapis ipse, & aqua bene permisceantur in simul, & locentur in regimine ignis sui, & caueatur ne effluat. Vel locetur tota materia in balneo Mariæ, & soluetur materia in aquam lacteam, quæ aqua Lac virginis dicitur, & Acetum Philosophorum. Tunc permittatur eleuari in cœlum: & deinde iubeatur descendere in terram, id est, omnes operationes reitera, vt decet. Nam inter soluendum ascendet in cœlum, & inter coagulandum descendet, & vnitur spiritus cum terra, & deinde iterum calcinetur, & erit lapis fixus ac fluens. At animaduertatur, quod quater erit lapis soluendus, & per omnia cum eo procedendum, vt inquit Philosophus. Et quoties solutus est lapis, toties eam solutionem sigillo Hermetis custodiri oportet, donec Elixir ipsum coagulatum videatur: deinde calcinatam & rursus in puluerem redactum fuerit. Et in quarta solutione (aiunt Philosophi) cauendum est maxime ne fluat Elixir, & vitrum fiat, quod cū fieret, in nullo esset vsu. Calcinatam enim esse oportet Elixir, hoc est, in puluerem redactum, non vitreatum. Cauetur autem fluxus Elixiris, si ignis bona ratione, hoc est, admodum elementer regatur. Et etiam si Philosophus hic dicat, vt sit ignis intensior, perpetuo tamen in memoria habeatur, vt ignis à principio operis vnum sit vsque in finem, similitudine infantis in utero matris. Deinde animaduerratur quod album mundum Philosophus hic fermentatum iam lapidem vocet: deinde cum dicit corpus septies debere imbui, significat illas duas tertias in septem partes diuidendas, & septem vicibus imbuedas. Item significat omnem aquam qua quis vsurus sit

per

per totum opus, in tres partes æquales diuidi, & cum ære tertiam vnã ad putrefaciendum poni oportere: deinde cæteras duas tertias ad nutritionem satis esse, si septies diuidantur, & super rorentur, quod est contra Theophilum, qui asserit, aquam diuidi oportere in duo æqualia, vt infra patebit.

DE DIVISIONE AQVAE
& vasis apertione.

EXERCITATIO XII.

THEOPHILVS.

THEOPHILVS hinc docet venenum in duo æqualia esse diuidendum. quorum altero æs liquefiat, altero verò teratur, & imbuatur. Sint autem Elixiris partes duæ ad septem, vel tres ad vnã, & sit ignis iustæ putrefactionis. Putandum verò est Philosophos ideo iubere aquam in duas partes diuidi, vt significant tanta aqua Elixirium post fermentationem, quanta in fermentatione requirebat (quamuis aliqui contrã sentiant, & tertiam numero partem doceant) imbuere, & per septem vices madefieri siue nutriri, quanta portatione ipsum æs solutum est. Et cum iam dicta portio per septem vices post nutritionem ita adhibita est Elixirio: tunc Elixir maturum est ad tingendum. Docent tamen nonnulli oportere prius dictam septenam imbibitionem siue nutritionem ipsum Elixirium per aquam, quam illi vocant Acetum, penitus solui, quod difficile est & creditu & factu, & timendum ne viuificatum iam Elixirium solutione ea stranguletur. Vtcunq; verò se res habeat, hoc perpetuò est obseruandum, vt tantum aquæ in vna imbibitione superfundas Elixirio, quantum esse putaris, paucillum post paucillum, & eo sæpius: sic enim septies licebit, & quatuordecies superfundere. Quod si feceris, paulatim crescit Elixir, augmentumque ferè octenis diebus, veluti hians & sitiens appetet, roburque iustum acquireret: contrã verò, si immodica vtaris aqua plus satis, & voraciter bibet, roburque omne debilitabit. Et putarem ego vicesimam portionem aquæ in augmen-

tatione seu nutritione satis esse singulis octenis dieb. Quanta aqua vti debeas in fermentatione, hoc ex superioribusprehendisti. Quanto autem sit vas aperiendum, ex naturali ratione collige. Aëre autem non indiget conceptus scil. natus puer. Item nato rege non licebit eum aëre priuare, & clausum detinere, vitamque receptam suffocari. Nascitur autem, & vitam fermento recipit: nec citius aperiendum vas, quam cum fermentare volueris. Postea verò non puto vas rectè claudi: suffocatio enim pararetur nati regis. Et quamuis pro nutritione sedulo lac dandum, tamē ita moderato igne regi cum oportet, vt nequaquam euolare valeat lac ipsum, vel effumigari, & sic paulatim lacte nutriendus septies vel octies, donec robustus fiat ad tolerandum robustissimum ignem, & vniuersalem solutionem, vt quidam aiunt. Solui enim debet post nutritionem plenariam, & iterum sicari in puluerem seu lapidem, deinde iterum nutrirī, donec tingat: & soluitur quidem aceto suo, quod est acetum acerrimum.

*DE SICCATIONE AQUAE,
Coagulatione & Calcinatione ac
ignis regimine.*

EXERCITATIO XIII.

CERVS, BORATES.

Dimidia aqua solui debet æs: Sed cum sola tertia parte, aut ad summum ita, vt sint duo ad septem, coqui, vt hic docetur. cogitet igitur quisque, quomodo id efficiat. Animaduertatur præterea, vt post imbibitionem terræ, & siccationem eius, terra ponderetur. Si pondus omnis commisti seu coniuncti, id est, terræ & aquæ saluum est, benè operatus es. Si plus inueneris ponderis quam impendisti, coque diutius, sed admodum lentè. Si pondus deficit, tunc exiecisti siccationem, & tunc emendatur error per aquam, quæ tandem superfunditur, & leniter digeritur. Animaduertendum præterea, quod quando materia dicitur hic vel alicubi in sententijs Philosophorum, coagulari vel calcinari, tunc

tunc non expedit fieri fortiore igne, quàm vel in soluendo, vel putrefaciendo, vel abluendo, vel fermentando, vel nutriendo. Propterea infiniti artistæ sunt decepti, qui statim post solutionem & abluionem coagulant & calcinant auctiore Solis calore: quo errore materiam ita inurunt. Quia quando eam expedit solui, non nisi longè maiori difficultate solui potest. Oportet autem materiam veluti interfici, non in vitrum conueriti. Quapropter Philosophi aiunt, Leni igne facietis omnem decoctionem, & inuenietis omnem scientiam, si aliter feceritis, non gaudebitis in opere vestro. Itaque magna vis in regimine ignis sita est. Nam fortis ignis vitrificat & perurit, lenis soluit & coquit materiam, ac maturam reddit. Videmus enim in conceptione, vsque ad æditionem, eius calorem (nisi accidentaliter contingat, scilicet non naturaliter) non mutari in utero matris, sed eundem semper esse. Eodem igitur, id est, leni calore in opere subinde, vsque ad nutrimentum utendum est. Scribunt multi, ignem fortificandum esse post coagulationem, ut ipsum scilicet coagulatum igne teratur. Si hæc via proderit, non moror quin quisq; volet eam experiatur. de me perpetuò obseruandum existimo, ut cum imbiberis aridum, parcus sis ignis carbonum, donec aridum imbiberit hoc, quod propinatam est, suauiter. Quod videre licebit si aquam propinatam voracem cognoueris. Vbi id factum est, tum fortè opus est liberaliore fornace, ex exsiccatione grandi corporis cocti, subsequente statim alia imbibitione, cui similiter inhærendo famulandoque procedendum.

DE ANIMA, SPIRITU
& corpore.

EXERCITATIO XIV.

MENABADVS.

OMNIS disputatio magisterij Alchimici in hoc pendet, ut fiat Elixir ex corpore, anima & spiritu conglutinatis, ut Philosophus hic notat. Corpus quidè quale sit, nominatur, nesciri tamè potest quæ veniat Elixir

vtendum. Spiritus significatio nemini est incognita. Anima verò ea est, quæ viuificat & dat esse corpori & spiritui, & fit anima ex corpore ipso viuificato. Hoc enim loco animam nihil aliud esse credimus, quàm corpus viuificatum: viuificatur autem ita, vt in argentum viuum reuertatur, quale fuit priùs quàm coagularetur. Et hæc anima, si additur corpori & spiritui mortificatis, ita vt demum totum Elixir viuum fiat: tunc demum credendum est, scopum Alchimicum attractum esse. Corpus autem vocatur terra, æs, plumbum, cinis, magnesia, calx, mater, clauis, virgo sancta, corona regis, Talek, Trames, vitrum, lignum aureum, spiritus fulgoris, mare, sal, vrina, alumen, gumma Scotiæ, aqua sulphuris, sputum Lunæ, gumma alba, &c. Spiritus verò vocatur aqua, sanguis, colla auri, gumma rubea, oliua, gallus, taurus, aqua crocea, æs combustum, & compositio, &c. Anima vocatur Rebis, aqua foetida, mortui munditia, sanguis, aqua sanguinis, lapis animalis, lapis benedictus, &c. Mutua autem officia inter hæc tria sunt, quia spiritus custodit corpus, ne ab igne comburatur. Et clarum corpus custodit spiritum, ne euolet ab igne: quia corpus est fixum, vnde conseruat spiritum ne fugiat, & spiritus est incombustibilis: quare non sinit corpus comburi, quia spiritus & corpus vnum sunt mediante anima, quæ est apud spiritum, & corpus. Quòd si anima non esset, tunc spiritus & corpus separarentur ab inuicem per ignem, sed anima adiuncta spiritui & corpori, hoc totum non curat ignem, nec vllam rem mundi.

DE CONIUNCTIONE CORPORUM, & copula eorum.

EXERCITATIO XV.

ZENON.

INTER supradicta tria inest libido seu conformitas talis: quia quemadmodum sperma viri & mulieris sunt dimissa in matrice mulieris in specie lactis septem dies, & in specie sanguinis per nouem dies, & in specie carnis

carnis per viginti dies, & feruntur membra per triginta dies, & in fine illorum dierum Deus infundit benedictionem germinis humani, animam scilicet seu vitam: eodem modo est in spermate agētis corporis, id est, lunæ: & patientis, id est, Mercurii, cum nutrimento menstrui, id est, salis Alembrot. Nam opus cūm creseit, primò tribus diebus in lacte dicitur incorporatus, aut de complexione lapidis degenerat: postea in sanguinem dum additur sal nostrum: postea in modum carnis imperfectæ, dum coagulatur in aquam, & dissoluitur: post in fine formantur membra, & tandem Deus dat materici animam, id est, potentiam, qua augmentatur & nutritur medicina nostra. Et postquam Rex ortus est, id est, anima per fermentum mediante aqua lapidi mortuo infusa est, tunc oportet vitalem lapidem nutrire: & puto eandem ego esse conditionem nutrimenti & augmenti, à significatione nominum causam ducens. Nutrire enim est tenellè & frugaliter cibum administrare, veluti puero seu infanti, tenellus & frugi cibus adhibetur. Cūm autem maturus, solidus, & robustus aliquantulum fieri incipit, tunc & cibus augmentatur. Itaque cūm nutrimentum in nutricis primariè seu voluntariè sit, iustumq; est, si tenellum & frugi modò sit augmentum, non ita, sed semel pondus duarum partium Elixiri dari potest, ita vt Elixirum iam adultum non superet cibum augmenti nisi in vna parte. Quia tertia pars Elixiri excedere debet cibum, vt cibus per eam concoqui possit. Ponderosius enim est corpus quàm cibus. Sed illud quoque in augmentatione obseruare necesse est, vt quando lapidi augmentum adhibetur, ipsum augmentum subinde per omnes decoctionis species in igne temperato continuetur.

F I N I S.

T Y P O G R A P H V S

Lectori.

A MICE Lector: Scias nos hic à principio huius Libri, verè Auræ horæ, consulto præterisse integrum tractatum Parabolarum, siue allego- riarum: quibus allegorijs, antiquo more tenebrionum (temporibus & ætatibus ita ferentib.) totam ferè sacro sanctam Scripturam, Salomonis præsertim, & Psalter ipsius scripta, maximè verò Cantica canticorum, allegoricè, ad Alchimiam etiam inuita detraxit auctor, ita vt nulla alia de causa, illa omnia scripta esse videantur (si huic credimus) quàm in honorem & laudem Alchimie: imò (quod nefandum est) ipsum sacratissimum mysterium Incarnationis & mortis Christi Domini nostri, ad mysterium lapidis prophanissimè contorsit, & multa alia præcipua nostræ fidei monumenta non (vt ego quidem existimo) malo animo (pius enim aliàs videtur auctor) ab eo factum, sed vt seculum illud tenebrarum tussit: qui cum ignorarent veram sacrarum Scripturarum interpretationem, seruire eas cogebant suis ridiculis inuentis, & digito putabant se tangere verum. Itaq; indignum ego iudicans & piaculum, sacrosanctam Scripturam ad huiusmodi artibus inseruendum tam ineptè cogi, quantum in me fuit, suæ libertati & honori vindicare & restituere volui, cum præsertim huic negotio, nullam possit & intelligentiam vel utilitatem adferre, sed tantum pijs & doctas aures maximè offendere. Qui tamen curiosior esse velit, potest vel sibi describere, vel ab alijs impressa (si tamen quis sumptus tam malè collocare velit) legere. Nobis satis esse volumus tractatulus de Allegorijs ex Philosophorum inuentis & ipsius artis penetralibus erutus, quem superius post Turbam expressimus. Vale.

A P R O R A

AVRORA CONSVRGENS:
 QVAE DICITVR AVREA
 hora, & in eius secundum
 Tractatum,

PROLOGVS.

N praelibatis ostensum est intelligenti ex Sacrae paginae auctoritatibus, hanc scientiam non esse aliud, nisi donum Dei, & Sacramentum diuersis typicis sermonibus, ac parabolicis locutionibus, necnon problematibus & mysticis ferè circūuolutum: & hoc ideo ne stolidi & insipientes naturam ignorantēs, legere tamen scientes A. B. C. D. ipsis attraherent, & vsurparent. Quamobrem cupientes hanc scientiam, oportet intellectum valdè subtiliter & ingeniosè acuerè, sapè & persèpiùs, intus & extrà, antè, & retrò, voluere & reuoluere dicta sapientum. Non est enim sapientum stolidè loqui, cùm intellectus verborum ipsorum, maximè literarum sono contrariatur: qui enim sonum verborum acceperit, & intellectum interiorem non habuerit, nihil sibi prodest: quoniam illi dicitur id, quod scriptum est, Legere & non intelligere est negligere. Quid ergo vobis videtur affectantibus hanc diuinam sapientiam, qui rem accipitis iuxta sonum literarum, & minimè consideratis in ea, vtrum sit an non, id quod speratur? an naturam imitetur vel eam priuetis, vel quem fructum habetis, in cuius fine erubescitis? Non sic impij non sic, sed tanquam puluis, quem proijcit ventus à facie terræ: Sic erunt operationes illorum, qui sine natura & intellectu operantur. Dicit enim Alexander: Si niuem vis frigiditate dissoluere, plus ipsam coagulas: & si aquam igne vis infrigidare, plus calefacis: & si aliquam naturam vertis ad eius oppositum, plus opus tuum corrumpis. Num quid non legistis multotiens, quod arcanum arcanorum & thesaurus thesaurorum praecuntibus in via non ponitur? Quod si sic publicè poneretur, arca-

ni nomine priuaretur, testate beato Gregorio : Deprædari desiderat, qui aurum publicè in via portat. Nam arcanum eo quòd in arca clausum esse deberet, dicitur. An ignoratis quòd tota diuina pagina parabolicè procedit? Nam Christus filius Dei modum seruauit eundem, & dixit: Ego sum Vitis vera, & Pater meus agricola est: Nunc attendite sonum verborum, & intellectum intrinsecum. Numquid filius Dei est vitis? neque vitis Christus: quia maximè distant, nec Pater eius cœlestis Agricola, neque Agricola Pater est. Sed intellectus occultus verborum in quo figuratur, sicut alibi similitudo alia ponitur, cùm dicitur, Petra, cuius lapis angularis, & huiusmodi similia, ex quibus similitudines non proprietates dicuntur. Vide quomodo cautè ambuletis in hoc opere diuino, non vt imprudentes, sed vt sapientes & intelligentes. Notate ergo diligenter verba Philosophorum, & signate mysteria: & nolite fieri sicut equus & mulus, in quibus non est intellectus: Sapientum verò vincula soluite, & eorum dicta reuoluite, donec vobis in mente sapiant. Si vnum ex minimis solueritis, maximum vobis non latebit: quoniam propter paruulos in hoc libello ponitur quintuplex doctrina, aliquid vtilitatis inferens ingeniosè perscrutantibus: primò quidem quibus alienis scientijs hæc scientia circundatur. secundò quibus stylis loquendi fruatur. tertio, quibus rebus naturaliter assimilatur. quartò quibus operationum modis peragatur: & de perfectionis eius virtute. Quintò, quomodo quisque illa ad medicinam humani corporis vtatur.

GLOSSA IN PROLOGVM

tractatus Astronomiæ.

Aristoteles ad Alexandrum de verbo ad verbum dicit: Saturnus terram, Mercurius ☿, ☿ aërem, ☉ ignem regit: & non recipitur his conuenientia in Planetarum operatione, sed in operationibus quas semper habent continuas & perpetuas, per virtutem vltimam, quæ est super omnes virtutes istarum ope-

rum operarum. Et hinc non est locus demonstrandi de his arduis, sed ideo feci mentionem, quia necesse, & nimis utile est tibi, propter frequentem tractatum, in quo determinabilius de singularibus & indiuiduis quorundam vegetabilium Planetarum. Cognitio ergo proprietatum istarum rerum spectat ad Philosophos: Cognitio vero naturalium rerum. spectat ad medicos. illud nolo tuam prudentiam latere: quia omne carens lumine de natura vegetabiliū à B regitur, & ei attribuitur. Et quicquid vegetabiliū est floridum, & luminosum à Q regitur, & ei attribuitur. Et quicquid vegetabiliū est floridum & non ferens fructum, A attribuitur, & per ipsum regitur. Deinde cōpone & iunge has diuersimodè, & dicas: Omne vegetabile ferens fructum, creatur à Q & A. Item, Quædam vegetabilia sunt per ramos, quædam per semina, & quædam nascuntur sine semine & plantatione. patet ergo luce clarius ex prædictis, quod qualibet species vegetabilium habet dispositionem propriam, qua complexionatur & mutatur virtute vnus Planeta, & ei assimilatur & attribuitur virtute duorū Planetarum vel plurium, secundum quod potest suscipere: Iuuat vnamquamque proprietatē, id quod ei attribuitur: scilicet prima virtus naturalis, quæ debet, ponit suam speciem, sicut in sapore, colore, odore & figura. Et anima naturalis colligit omnes proprietates & virtutes naturales ab ipsa, & imitatur per ea, & facit ea durare per tantum temporis spaciū, quantum sibi definiunt & designant sua virtute: quia non est actus sine motu, & non est operatio sine termino.

TRACTATUS DE ASTRO-
NOMIA. CAP. I.

SCIENDVM est primò, quòd hæc scientia diuina Astronomiæ vocabulis vtitur, secùdùm cursum Planetarum, atq; affectibus eorum, numero & virtute signorù duodecim circuli Zodiaci, sicut Aristoteles testatur ad Alexandrum, dicens: Quòd Saturnus tenet terram, Mercurius aquam, Iupiter acèrè, Sol ignem: quia omne carens lumine de numero vegetabilium à Saturno regitur, & ei attribuitur. Et quicquid vegetabilium est floridum non ferens fructum, Marti attribuitur, & per ipsum regitur: Et omne vegetabilium floridum fructuosum, Soli attribuitur, & per ipsum regitur. Et iterum subiungit: Deinde compone & coniunge has diuisiones, & dies, Omne vegetabile ferens fructum non florens, sicuti est pomum & palma, attribuitur Saturno & Soli. Et omne floridum non ferens fructum, regitur à Mercurio & Marte. Ecce quomodo Astronomia virtutibus Planetarum hoc donum Dei contexit. Dicit enim Aristoteles, quòd omne vegetabile carens lumine à Saturno regitur. Intendit terram nigra & fœculentam: & omne floridum & luminosum à Mercurio regitur, vult dealbationem primam ipsius terræ: & omne floridum non ferens fructum, à Marte regitur, vult terminationem, siue incinerationem post albedinem, quæ dicitur incineratio. Et omne floridum fructuosum à Sole regitur, vult tincturam esse completam. Dicit enim auctor trium Verborum, quòd in fœtu primo mense, cum semen à matrice cõceptum est, Saturnus operatur, congelando & constringendo sua frigiditate & siccitate ipsam matricem, & materiam in vnã massam. Secundo mense Iupiter operatur sua caliditate & humiditate, digerendo in quandam massam carneam, quæ embrio vocatur. Tertio mense operatur Mars sua caliditate & siccitate, digerendo & sequestrando ipsam materiã in membra. Quarto mense operatur Sol in mictendo spiritũ vitæ. Quinto mense operatur Mercurius, qui

qui formatiua & spiracula facit. Sexto mense Venus operatur, quæ disponit & ordinat supercilia, oculos vt testiculos, & talia. Septimo mense Luna operatur ad expellendum fœtum: & si tunc nascitur, viuere potest: sin autem debilitatur virtute signorum. Idem testatur, dicens: Quando Sol est in Ariete, & in sua exaltatione, tunc completur primus gradus, qui est debilis ratione caloris. Et est ordo aquæ. Quando Sol est in Leone, tunc completur secundus gradus, qui est feruidior ratione maioris caloris, & est ordo aëris. Quando autem Sol in Sagittario, tunc completur tertius gradus, qui est nullius caloris comburentis, & est ordo aëris deficientis: quia calore priuato, nullus omnino motus est, sed requies & tranquillitas vera. In hoc loco pater suscipit filium, hoc est, terra retinet spiritum, & amodò ipsum fugere non permittit. Senior enim dicit de virtute duorum Planetarum: Ego Sol calidus & siccus, & tu Luna frigida & humida, quando fuerimus copulati æquitate status in Venere domus clausæ, recipiã à te animã adulando. Postquam ascenderimus ordinem Seniorũ, lucem lucis, tunc effundetur ex me & ex te. Quid ergo intendit Senior per talia verba? Per Solem & Lunam vult ignem & aquam: ignem in terram, aquam in aërem, quando hæc coniuncta fuerint in ventre, hoc est, in radice domus clausæ, hoc est, corporis magnetiæ: & hoc corpus recipit animam, hoc est, rem adulando, hoc est, paulatim & donec ordo seniorum impleatur, id est, maiorum humorum susceperit nutrimentum: tunc lucerna lucis infundetur ex me, & ex te, hoc est, quando ambo fiunt resplendentes, & propalantur lucentes. Et sic oportet vnumquenq; inuestigatione huius scientiæ verba sapientum subtiliter enucleare, alioquin non modicam incurrit errorum offensam, &c.

Geometrica dicta Parabolico stylo.

C A P. II.

DE HINC nota quod Geometrica & Arithmetica hæc nobilissimam scientiam suis numerorũ di-

stinctionibus in parte & in toto obicurat: Nam terminus, & finis totius Operis in numerorum diuisionibus est sigillatus. In hoc autem termino multi doctrine filij errauerunt conquesti. Nam Philosophi in huius scientiæ termino addiderunt & dimiuerunt summam radices, per partes integrantes ipsum totum, numero minori, medio cri, & maximo. Ob hoc, ne insipientes capere possent. Dicit enim Aristoteles in libro Septuaginta Præceptorum cap. Alternationum: Multiplices sunt Septuaginta præceptorum alternationes decem. Namque primò conueniunt, secundò quoque, tertio sequuntur. Nam decem in decem respondent. hic denique diuisiones sequi necesse est. Sed priorem ordinem lector noster attendat. Quando & author trium verborum dicit: Quòd à tribus duo intelliguntur numeri: Nā longitudo dierum septem completur. Et senior ait: Quòd in septem diebus forsitan apparebit albedo. Et quidem in secundo refert, quòd vniuersa erunt decem iuxta numerum aquilariū 9. (aliàs æqualium) & terræ nigræ. Intellige principium numeri primi & secundi: dicis duo, qui sunt tres numero: deinde dicis tria, quæ sunt numero sex: deinde dicis 4. quæ sunt numero 10. quatuor occulti, decem manifesti. His numeris perficitur magnesia alba: quia ab amoros (aliàs ab orneos) id est, (contra ad ornos præfectum.) Refert enim Hermes, pater Philosophorum, quod non perficiuntur quousq; sui colores peragantur, quæ est aqua, quæ diuidit ipsam in alias quatuor, vna scilicet duabus, & tria vni, quarum calori (aliàs colori) tertia pars est: humori verò duæ tertiæ, quæ aquæ sunt: Pondera sapientum. Et scito quòd vitis sapientum succus in quinto extrahitur, eius quoq; vnum in fine 30. peragitur. Intelligite proportionem. Decoctio namq; minuit, triturata autem augmentat, hoc est initium & finis. Nam Philosophi alij asserunt complementum fieri in 7. diebus: alij in quatuor diebus: alij in tribus vicibus: alij in quatuor vicibus, alij in decem diebus: alij in 40. alij in vno anno. Turba Philosophorum & Alphidius, qui dicunt in quatuor anni partibus, scilicet Hyemis, Veris, Aestatis, & Autumnii: alij in tribus annis, vt Geber, &

Rex Artus: alij per mensem: alij per hebdomadam: alij per diē. quę omnia idē & vnum sunt in toto, sed in radice differunt quę omnia oportet artificē subtiliter explorare, alioquin eius operatio frustrabitur, & ad nihilum reuertetur. Et hęc de Arismetria dicta sufficiant.

*Naturalia dicta secundum processum
naturę. CAP. III.*

Consequenter verò scientia naturalis, sicut est medicorū & naturalium considerare, hanc consolatricę thesaurariam scientiā suis processibus circumcinxit, vt videlicet Philosophi in multis locis verborum suorum hoc posuerunt. Nam dicunt, Res non fiunt nisi secundum naturas earum, vt homo de homine, leo de leone. Et Aristoteles inquit: Naturalissimū operum est generare tale quale ipsum est, vt planta plantam, vacca vaccam. Et Hermes: Nihil conuenit rei, nisi quod propinquius est ei in sua natura, & generatur in illa re proles similis, hoc est: si quæris medicinam, metalla curantem, de metallis erit eius origo, cum species à suo genere tingatur. Et Senior dicit: Semen viri proiectum in matricem mulieris per tenuitatem & subtilitatem adhæret ei septem diebus, donec coagulatur in omnibus membris mulieris, & peruenit ad carnem, & fit caro: & super ossa, & fit os: & super neruos, & pilos, & fit ipsis simile. Coagulatur autem in 10. diebus, & fit tanquā caseus: & rubificatur in 17. diebus, & fit color eius sicut color carnis. Die vigesima quarta discernitur habere membra pilis simillima: deinde 40. dieb. formatur in formam hominis, & apparet in eo anima. & à 40. die incipit nutriri sanguine menstruali per cursum eius ad vmbilicum. Anima incipit à sanguine, & induratur, & infans crescit, & induratur paulatim, & figuratur: & cū cōpleti fuerint nouem menses, absciditur quo nutriebatur, & ascendit ad pectus mulieris, & fit ibi sicut corona, & fit nutrimentū eius post egressionem ab vtero. Et hoc dictum est propter assignationem & præparationē lapidis. & secundum hoc præparauerunt eū. Intellege ergo hunc processum naturalē, & alios sicut formatur pullus in ouo, in quo non erat pullus, per putrefactionē caloris & gallinę. Et sic diuersos naturę proces-

sus superadduxerunt, vt per hoc construerent scientiam eorum fore naturalem, & in omnibus naturam imitari. Et hæc de illo processu dicta sufficiant.

De matre Alchimia stylus parabolicus:

CAP. IIII.

Præ omnibus autem notandum est, quod hoc arcanum arcanorū stylo parabolico, problematico, nec nō typico maximè vtitur circumloquendo. Nam Philosophi vsi sunt diuersis truffis in assimilatione, sed intellectus est in omnibus idem: ideo hic ponitur primò stylus parabolicus, post hoc alij in ordine. Refert enim Rex Artus libro suo quarto, quod nobilis thesaurizaria mater Alchimia, medicinalem medicinam inter herbarum vires quærere proponit, cum qua eius ægrorū corpus curare possit, & reficere, quod ab eius infirmitate absolueretur, & sanaretur. Tunc iam colorem duplicem coloratum splendoris, & candoris à Luna & à Sole receperit colorata, sic quod coloratur à vertice capitis vsq; ad pectus eius corpus est aureum: & à parte pectoris vsque ad femur, corpus videtur argenteum: & de femore vsque ad genua, corpus apparet hydropticum: & de genibus vsque ad plantam pedis corpus indicat paralyticum: Ideo mater Alchimia, corpus ægrorū habere dicitur, quod nō potest se erigere, neq; surgere: ergo infirmatur. Et nuncios ad peritissimū Physicū omnium herbarum magistrum Macrum, qui viribus herbarum corpora languida curat, & sanat, misit, quod veniret ad eam, & naturaliores herbas, meliores & fortiores colligat, & vnà secum adducat, vt ab hydroptica & paralytica infirmitate ipsam absoluat. Ob quod ipsa ex tunc, si sanabitur, & remedium inueniret, illum ditare velit, & largifluè remunerare. Magister Macer consentiens eius petitionibus, iuit ad montem Mambacū, in quo multas & nobilissimas collegit herbas, meliores, fortiores & nobiliores: & cum sic ascendit montē, vidit herbā speciosā colore vario coloratā, quam radicibus extraxit, & coniecturabatur, se amplius tam odoriferam & curialem herbam non vidisse: descenditq; ad Alchimiam matrē nobilissimam, & festinanter venit ad eam,

ad eam, quam cum tetigisset, & respexisset, ait: Mi Alchimia, dico quod nunquam vidi magis corpus pulchrius: in parte namque superiori, caput tuum est aureum, & pectus argenteum, sed in parte inferiori, deformius nunquam vidi: quia hydropysia in te, & paralytica apparet complexio: ergo in plenum admirari non sufficio unde hoc fiat, quod tam bene decorata es à vertice capitis usque ad femur, & in femore infecta usque ad plantam pedis. Cui mater Alchimia respondit: Ne mireris: à Sole namque decorata sum usque ad pectus, & à Luna usque ad femur, sed à femore usque ad genua infecta & hydropica: ratione cuius corpus meum adhuc incompletum est, & non perfectum. Misi pro te Magister, & pater herbarum omnium, quod me curares, & membra mea non tam paralytica, quam hydropica refocillares: Et in casu quod me sanabis & sanaueris, astipulor abundanter te ditare. Adhibe igitur nunc tua medicamina & herbarum mihi virtutes ostende, quod possim ambulare, tunc scias, quod non solum te, sed ditabo totum Mundum. Cui magister Macer: Mi mater Alchimia, omnia que à me volueris, impetrabis: Vtere ergo virtutibus herbarum mearum: Spero enim, quod omnia membra tua languida sanitate reficientur. hoc enim volo & desidero, quia indigens es valde. Vide igitur nunc, & elige inter omnes herbas illas nobiliores, quæ tibi magis placeat, ac tuæ melius conueniat debili naturæ. At Alchimia statim retrospectans, odoriferam, & nimis colore variatam, coloratam quam mater Alchimia debilis statim appetiuit, dicens: O Magister, video quandam herbam odoriferam, & valde resplendentem, quæ multum mihi placet: dic mihi, cuius virtutis illa sit, & illam ubi reperisti? At Macer ad illam: O mi Alchimia, dico tibi, quod nuper cum unum ad me de tuis misisti nuncijs, & expetisti auxilium, mox petitionibus tuis parui: Surgens surrexi ad montem magnum Mambraicum, ibi denique omnes istas herbas collegi, & altius montem ascendendo vidi herbam hanc, tam tibi placitam, ibidem supra montem stantem, quam ob amorem tui cum suis folijs radicitus extraxi, ut sic te cum illa curare valerem. Scias namque quod herba hæc

magnæ virtutis est, quoniam indifferenter membra tua paralytica & hydropica penetrando curabit, quæ ab aliquibus, Muscus aromaticus appellatur. Mater Alchimia respondens ait: Nunc bene mihi, grates ago tibi venerabilis & dilecte mi magister Macer, quòd venisti ad me, & illam nobilissimã herbam adiutricẽ & curatricem mei corporis tecum apportasti. Ediffere, si etiam aliquo alio baptisatur nomine. At Macer: dico tibi, etiã radix Mambrae, eò quòd in monte Mambraico vbi creuit, est inuenta. Inquit nobilis Alchimia cù gaudio: O Magister, large experientiẽ, amodò quẽso tardare noli, sed festina circumcingere fortiter radicibus mambreis infirma mea membra, vt experiam ipsius efficaciam, si corporis mei ipsam sentiam a diutricem. Et de facto te ditabo remunerando, sic tamen quòd eadem radix semper mihi seruiat, & corpori meo obsequens sit ancilla. Precor etiam vt adhuc aliam mihi superaddas herbam efficaciorẽ, quæ melius subueniat & conueniat corpori meo, quod meum ad te nuncium non vlteriùs contingat destinare: neque te, neque me peramplius fatigare. Sed in officio meo sit mihi personaliter illa medicina permanens consolatrix. Magister Macer voluntatem matris Alchimiaẽ adimpleuit, & misit eam eligere postmodum herbam placibiliorẽ, efficaciorẽ & meliorem: & inter alias elegit herbam optimam, quæ vocabatur Lolium. Tunc mater Alchimia cum herbis his duabus circumcincta sanata fuit, & completa: quæ Magistrum Macrum regalibus donauit donatijs, & optimè remunerauit: cui etiam ad id grates maximas multiformiter retulit. Et sic Magister ab ea cum diuitijs & gaudio recessit.

Sermo Problematicus. CAP. V.

Post parabolicum stylum sequitur problematicus, quem Hermes sic prosequitur, dicẽs: Consideraui auẽ à sapientibus venerabilem, quæ volat dum est in Ariete, Cancro, Libra, aut Capricorno. Et acquiescit tibi perennem meris ex mineris & montanis petrosis. Diuide eius partes præcipuas, quæ post diuisionem tibi rema-

bi remanebunt, licet sit modica, & cū ea dominetur nigredo: tamen cū terra complexionata est: & multos in ea percipies colores. Nominat eam sapiens, Terram sapientiæ, Aes, Plumbum. Assabis igitur eā forti igne numero minori quatuor diebus: numero medio, septem: numero maiori, decem, & tunc vocatur à sapientibus, Terra argentea. Secunda pars eius fluens, vocatur, Aqua sapientiæ: Tertia pars, Terra alba: hanc distillare facias quatuor vicibus numero minori, medio. & maximo septē diebus, & tūc dicitur Aurū apparens. Quarta pars est magnum album habens, & dicitur, Aër sapientiæ, Gummi aureum, sulphur rubeum. Accipe, autem ex aëre partem vnam, & misce cum tribus partibus auri apparentis: & pone in balneum numero minori 20. diebus, medio 30. maximo 40. postea distilla, & remanebit æs quod vocant sapientes, Corpus desideratum, & aurū apparens: vocatur etiam Aurum singulare. Diuide ergo hoc aurū singulare in duas partes, & eius partes pone in vase amplo, donec ad Solē recedat tertia pars, & tunc dicitur à sapientibus, Aqua vitæ, siue Alumen. Accipe ergo gummi aureum, & rege eū auro singulari, & pone in balneum numero minori viginti diebus, medio 30. maximo 40. & inuenies aurum singulare currens supra sulphur nigrum: & erit aurum singulare rubeum: auferas & reserua: & dicitur Tinctura sapientiæ, & est ignis tinctorum, & receptum multorum nominum masculinorum, & est spiritus & anima, quæ peregrinos repatriare facit: & dicitur ignis auri purpurei, & sulphur nigrū, vetula extenuata. Accipe hanc extenuatam vetulam, & admisce eam cum terra aluminis, & cooperi auro singulari, assa numero minori 3. medio & maximo 7. & remanebit tuum gummi album, & lucidum, simile corpori, quod in die iudicij glorificatur, & dicitur à sapientibus, Lac virginis. Aquam autem quam ab hoc lacte extraxisti, reserua, & dealbabis & congelabis, & habebis diuisionem omnium corporum: cui nil potest resistere. Habemus iam duas aquas, scilicet aurum singulare, & diuisionem: duo similiter vnguenta, gūmi aureum purpureū, & lac virginis, & tertium horum, vehiculum, scilicet, corpus

desideratum. Accipe corpus desideratum, lac virginis, & admisceas ei quartam partem diuisionis, & tegas auro singulari, & pone in balneo 12. diebus numero minori, medio 30. maximo 41. & efficitur totū aqua spissa, lucida. Hanc si tibi placuerit, diuide in duas partes: vnā partem reseruabis operi: alteri parti admisce quartam partem auri purpurei, & pone in balneum 50. diebus, & erit aqua rubea, & illa aqua erit Elixir, & si volueris, congelabis illam igne leui. De hoc posuerunt Philosophi partem super mille & 80. partes simul sumptas argenti viui coagulati cum suo spiritu, & erit totum Elixir.

Sermo Typicus. CAP. VI.

Hinc verò typicus sermo, prout attestatur Arislei visio, sequitur in hunc modum. Tradite puellam bonam, candidam, suauem, mitem, teneram Cabrico filio suo pro vxore mortua: propter quod Philosophi sunt à rege incarcerati: & dixerunt, trade nobis filiam tuam in statu ac sensus sui colore, nec non maris conturbatione, quod ei similia nunquam acciderunt, & reuixit filius regis & multiplicatæ sunt, proles nimix, & gauisi sunt gaudio magno valde. Ecce quomodo mulier hæc nobilis, pauperum consolatrix Alchimia est diuersis circumlocutionibus sententiarum & colorum obuclata, vt ab imperitis celaretur, & peritos adhortaretur, quos diuitijs ditaret infinitis: quia gloriæ & diuitiæ sunt in domo eius.

DE REBUS NATURALIBUS.

Quomodo lapis similatur Semini hominis in procreatione prolis. CAP. VII.

Nunc autem tertio considerandum est, quibus rebus naturalibus, hæc scientia comparetur: Semini enim humano virili assimilatur ob hanc causam: cum ipsum trahitur ab omnibus membris hominis, & possidet omnium membrorum virtutem, & in vas naturale, quod est
matrix,

Matrix, funditur: vbi moritur, & humorē connaturali nutritur, donec formatur homo numero dierum suorum, & non amplius: sic semen huius scientiæ à corpore metallico educitur, omnem virtutem habens metallorum in potentia; in vas naturale collocatur quod est aqua permanens & acetum Philosophorum, in quo moritur, putrescit, & vegetatur, & crescit illud æs, & aliæ res nutrimentum recipientes. Hoc autem vas est vnum per totū opus, complens albam & rubeam tincturam. Nam de ipso factæ sunt diuersæ sapientum descriptiones: quia est vnum in quo sunt tria, scilicet aqua, aer & ignis: quæ sunt tria alembica vitrea, in quibus genitus Philosophorum generatur. Propter quod nominauerunt Tincturam, sanguinem, & ouū. Nam in ipsis fertur anima vel aqua, quemadmodum tinctorum tinctura super pannos: portatur in aqua.

Est etiam vas sublimationis in quo fumus argenti viui sublimatur, & ascendit in eo: namq; quando estimabitur quod finitus sit fumus argenti viui, & dicitur Aludel longum & altum, & vas inferius dicitur Scutella, siue fumus Philosophorum, in quo est ignis Philosophorum: qui cum egreditur denigrat ipsum vas, & comburit omne metallum: quia omnis calidi oleū est pinguedo, & omnis frigidi oleum est humiditas.

Et etiam vas resolutionis, in quo corpora resoluuntur. Resoluitur enim in eo aliquid post aliquid parum post parum ordine suo, & non fit resolutio omnium partium vna vice, sed secundum Elixiri modū resoluuntur illud & extrahitur: vt Senior attestatur, dicens: Cum non egreditur ab hoc lapide anima eorum vna vice, sed pluribus: & propter hoc huncupata est anima hæc, animæ flos & flores, sanguis & sanguines, pinguedo & pinguedines, & tamen est anima & spiritus viuus eam educens. Et corpora sunt duo, scilicet masculus & femina, quæ sunt terra & aqua: & tres sorores ingredienti super ipsis principijs, sunt nutrimentum & augmentum ipsius aliti & augmentati: vt quantum in vno quo alitur & augetur vitello & albumine, & cortice regitur. Nam habet totum in se quibus eget operatur in operatione.

Et soror prima egrediens super ipsis, dicitur Salsatura prima ex tribus, quam vocant hic aërem, & facti sunt duo masculi: scilicet frigiditas & caliditas: & inter eos vna foetida est aqua.

Deinde ingreditur secunda soror, hæc est secunda Salsatura ex tribus secundis: & facti sunt duo masculi, qui sunt terra & ignis: & duæ fœminæ, quæ sunt aqua & aër.

Post hoc ingreditur tertia soror, quæ est tertia Salsatura ex nouem, & perfecta est domus quatuor angulos habens & rectos: quæ sunt quinque. Et hæc est Magnesia verè alba, & nõ falsa, ab armatis perfecta, vt Senior dicit. Hæc quinque quando congregata & collecta fuerint, fient vnum, quod sapientum lapis naturalis perfectus est. cum nisi duæ perfectæ tertiæ, perfectæ fuerint, fiet totum. Et Auicenna: Cum ad has quinque perueniemus, perueniet ad vos intentio nostra. Et notandum, quòd inter elementa sunt duo masculi, scilicet terra & ignis, & duæ fœminæ, scilicet aqua & aër: & hæc quatuor in humido vnctuosò, quod est radicale, naturaliter intelliguntur, vel in terra & aqua, quæ in manifesto sunt existentes, &c.

De quatuor Rebus ex homine.

CAP. VIII.

Hinc verò nota, quòd quatuor rebus ex homine assimilatur, scilicet, Stercori, vrinæ, sanguini, & capillis. Stercori dicitur simile in qualitate terræ foetidæ infectæ, vel ratione mali odoris inficientis. Et est lutum sapientiæ quo vasa firmantur. Vrinæ verò in qualitate aquæ mundificantis, vel abluentis, siue remouentis foetorem terræ: vel exacuitate salis exiccantis. Sanguini in qualitate aëris penetrantis, aut mollicantis duriciem terræ, aut ratione coloris rubei remanentis super terram. Capillis autem, in qualitate ignis comburentis & egredientis de terra, &c.

De qua.

De quatuor interioribus in corpore humano.

CAP. IX.

Comparatur etiam quatuor rebus principalibus intra hominem, scilicet cerebro, in aquæ frigiditate. Cordi, in ignis caliditate: Epati, in aëris humiditate: Testiculis, in terræ siccitate. Nam sedes flegmatis est in cerebro; & sedes cholerae rubæ in corde; & sedes sanguinis, in epate; & sedes melancholicæ in genitalibus collocatur. Et hæc prædicta notanter in vno corpore natura constituit: sed situs & operationes eorum diuersificantur. Nam in cholera virtus appetitiua intelligitur, quia colorat: In melancholia, virtus retentiua, quia retinet colores: In sanguinea, virtus digestiua: quia tollit superflua: In phlegmate virtus expulsiua, siue mundificatiua, quia dat veros & perfectos colores. Quinta autem virtus nec grauis nec leuis, nec dura nec mollis: sed proprie dicitur Vita, quæ has quatuor coniungit in vnum, eisque tribuit vitam robustam atque perfectam.

De comparatione scientiæ ad ouum.

CAP. X.

Ex hinc verò ouo comparatur hæc scientia: quia in eo sunt quatuor coniuncta: cortex apparens est terra: albedo est aqua: cortex verò tenuis qui est cortici spisso iunctus, separans aquam à terra, est aër: rubeum quoque oui est ignis: cortex rubeum continens est aër, separans aquam ab igne, & vtrumque est vnum & idem. Aër verò terram separans ab aqua, spissior est aëre altiori: aër verò altior, est calidior & subtilior. Nam ignis est sibi propinquior quàm aëri inferiori: In ouo igitur sunt quatuor, scilicet terra, aqua, aër & ignis: his quatuor exceptis in medio rubei est quintum, quod est pullus. Hoc non intelligitur de ouo volatilium, sed de quo Philosophi loquuntur: ideoque omnes Philosophi in hac excellentissima arte ouum descripserunt ipsum, & alia multa exempla suo operi posuerunt: vt doctrinæ filij inde intellectum caperent, & naturam inuestigarent.

DE BASILISCO ET VER- mibus venenosis.

*De comparatione scientiæ cum Basilisco, & alijs
vermibus venenosis propter similitudinem
nutrimenti. CAP. XI.*

POST hæc, Basilisco & alijs vermibus venenosis dicitur similis, ratione nutrimenti aut cibationis, aut infectionis. Nam sicut Basiliscus dicitur nutrirî & cibari per diuersum cibum & potum, donec magnus fiat & maturus: post hoc moritur & occiditur. & de eius puluere fiunt tunc miracula: sic corpusculum nostræ sapientiæ nutritur & augetur per aquam permanentem, vsque illud magnum & fluxibile apparebit, tunc mors eum reuelabit. Et sicut Basiliscus suo flatu & odoratu inficit animalia & homines: sic odor nostri corporis magnæ, perficit argentum viuum ipsumq; subito mutas de natura sua in naturam alienam. Vnde Morienus: scito quod terra fœtida cito recipit scintillas albas. Comparatur etiam tyriacæ, ratione curationis omnium metallorum. Comparatur etiam veneno, ratione multiplicis tincturæ albæ & rubæ, nec non subitanæ transmutationis vnius coloris in alium, de imperfectione in perfectionem: quia sicut modica qualitas veneni, repete magnum corpus inficit, sic vna pars Elixiris albi & rubei, multas partes omnium metallorum in verum & perfectum lunificum & solificum transmutat corpus.

De rebus mineralibus. CAP. XII.

Cæteri que Philosophorum hunc nostram lapidem rebus mineralibus omnibus comparauerunt. Quidam aluminibus, vitriolis, salibus: quidam spiritibus: quidam metallorum corporibus. Horum autem quidam qui de salibus & aluminibus atque vitriolis tractauerunt, est sententia multiplex: Nam Plato vult, quod alumina splendent, salia dissoluunt, vitriola confringunt vel constringunt. Nam alumen crudum dicitur abundare

date in humore, calcinatū verò in summa siccitate: i-
deo quamdiu humor abundat, comparatur alumini-
bus sed priuato humore peccante, dicitur alumē calci-
natum, album, fixum. Proprietas verò salium est, dissol-
uere, & rodere, & humectare, & liquefacere rem acidā:
quia dicitur calcinate corpora cum sale: quia sal corro-
dit eorū humiditatē corrumpentem. Iam sales faciunt
corpora leuiter in igne fluere. Notandum, quòd quæ-
dam salia sunt fixa, quædam volatilia. Nam omne fixū
ponitur pro corpore vel pro retinaculo, & talia extra-
hūtur à rebus calcinatis: vt dicitur, Extrahite Salē alka-
li. extrahunt enim, & nō prosperantur in eo: quia extra-
hūnt de eo in quo non est Sal alkali Philosophorum.
Quemadmodum enim extrahitur Sal alkali à calce vi-
ua, vel cinere clauellato, vel sal tartari ab ipso tartaro
calcinato per humorem conuenientem, donec nihil re-
manet acuitatis: sic sal nostrum, quòd est tinctura, ex-
trahitur à calce metallorum per putrefactionem, vsque
totum compositum exuet suam naturam, & induat a-
lienam. De tali sale dicit Senior: Primò fit cinis, postea
sal, & de illo sale per diuersas operationes Mercurius
Philosophorum. Salia verò non fixa ponuntur pro
Spiritus, vel pro aquis acutis, acetosis, corrosiuis: si-
cut est sal aromaticū, quòd est nobilius, quia totum est
spirituale. Post hoc sal commune, & sal vrinæ. Nam
sal aromaticus est secundum elementum in hoc opere
necessarium, testante Aristotele, in libro Septua-
ginta præceptorum, vbi dicit: quòd Almizadie tibi
Solum deseruiat. Nam ipsum corpora soluit & lique-
facit, & spiritualia reddit. Aliqui Philosophorum po-
suerunt esse totum arcanum in eo, & vocauerunt ipsum
diuersis nominibus propter naturæ suæ excellentiam.
Vt in libro Turba Philosophorum scribitur: quia qui-
dam vocauerunt ipsum à loco, vt Gummi, Sputum
Lunæ: quidam à colore, vt sanguis, vrina Tauri: qui-
dam à natura, vt argentum viuum. Vt amini ergo illa
venerabili natura: nam ex ea ars fit, & nō ex alia. O quā
preciosa est serui rubicundi natura. de ipso dicunt Phi-
losophi, quòd ipsum sit primum in origine corporum
metallicorum. Nam quando argentum viuū grossum

immundum occurrit sulphuri grosso, inde generatur metallum corruptum: & tale est remouendum in operatione prima: quia in prima ipsius origine producit grossum foetidum & immundum per naturam: vt Auicenna dicit. Vidimus itaque in principio rei eius siccitatem & destructionem aqueitatis fore nocuam, & ab eo vt calefiat quod puluerisetur aut frangatur, vt Turba Philosophorum ait: Ecce Plumbum rubeum, quod initium est operis nostri: nam sine ipso regimen stare non potest. Non autem sal aromaticum vulgi hic intelligitur, quod cum ipso opus nostrum non peragitur. Vitriolum autem & atramentum ob hoc interponitur: quia omne vitriolum & atramentum Philosophorum calefactum & assatū igne debili, colore rubiginoso vestietur, vt in libro Turbæ scribitur: quod prima die apparet nigra citrina: secunda nigra rubea: tertia similis croco. Hinc verò quidam Philosophorū spiritibus mineralibus hanc sapientiam assimilauerunt. vt est sulphur, argentum viuum, arsenicum, Auripigmentum, Magnesia, Marcasita: cum tamen neutrum istorū sit Philosophicum. Sulphuri simile dicitur propter tres actiones ipsi argento viuo inferens. Primò stringit ipsum à sua humiditate: Secundò denigrat sua adustione: Tertio ipsum rubificat sua tinctura adustiuua. Nam senior dicit: Sulphur nostrum non est sulphur vulgi quod cõburit & comburitur combustione nigredinis & destructionis: sulphur enim nostrum comburit combustione albedinis & meliorationis. Et Auicenna: Nisi quod illud quod aduritur, est vulgi: & aliud non aduritur quod est sapientū. Et Turba Philosophorum dicit: Argentum viuum accipite, & in magnesiæ corpus coagulate, vel in sulphure quod non comburitur. Hoc autem sulphur quod non comburitur, nuncupamus æs. Terite ergo ipsum aceto acerrimo, & coquite, & caute ne acetum in fumum vertatur, quia periret opus.

De multiplici argento viuo.

CAP. XIII.

In comparatione argenti viui est aduertendū, quod triplex est argentum viuum: hoc est, ignem Philosophicum

phicum extrahere. Hoc secundum animam vitalem, dicitur ignis, siue anima, siue quinta essentia.

De primo scribit Turba Philosophorum, dicens: Argentum viuum est ignis, qui corpora comburit. Et iterum, oportet ergo corpus flamma ignis occupare, vt diruatur & debile fiat. hunc enim ignem oportet extrahere igne connaturali: vt dicit Senior. Ignis noster est aqua: si sciueris dare ignem igni, Mercurium Mercurio, sufficit tibi.

De secundo dicit Senior & alij sapientes: Quod anima extrahitur per putrefactionem, & cum in eo nihil remansit de anima, tunc abluisti corpus à sordibus suis. Item dicit: Aufer ei animam, & redde ei animam.

De tertio scribitur: Oportet te extrahere quintam essentiam, aliter in vanum laboras. Et ob hoc triplex dicitur argentum viuum: & propter vitam eius imponitur ei mors, prout vulgare sonat prouerbium: Qui argentum viuum sciuerit occidere & mortificare, magister & Philosophus in hoc opere appellatur.

Secundum verò argentum viuum est spiritus, & dicitur Aqua permanens, siue acetum, siue menstruum, siue nutrimentum, & multis alijs nominibus intitulatur.

Refert Turba Philosophorum, quod sit acetum acerrimum, per quod aurum, merus fit spiritus, & sine quo aceto nec nigredo, nec albedo, nec rubedo. per talem enim argentum viuum, extrahitur secundum, mortificatur, occiditur, extinguitur, & coagulatur, vt Turba Philosophorum dicens attestatur: Scitote quod corpus non tingit nisi prius tingatur. Ideo Philosophi illud Venenum vocauerunt, ac variè & multipliciter de illo nominibus plurimis tractauerunt. Et quemadmodum inuidi dixerunt: Est lapis, & non lapis, verum autem gumma, vt in Turba Philosophorum scribitur. Notifico autem vobis gummae dispositionem, non inuidens, arcanum in ea magnum existens. Scitote quod gumma nostra fortior est auro, & oportet eam habere auro honorabiliorem: Gumma autem nostra apud Philosophos est preciosior & sublimior margaritarum, eò quod ex gumma & pauco auro multa emimus: ideoq; Philosophi scribentes ne pereant cauentes: & manifestè in

libris suis dispositionem eius non posuerunt, ne quilibet eam agnosceret, quam si insipientes scirent, non vilipenderent. O quàm plures sunt gummae, sed minimè hanc nostram cognoscentes. Ideo huius veneni naturam absconderunt Philosophi, eò quòd per ipsum totum regimen adimpletur: & tota mortificatio & occisio in ea consistit.

Quantum autem argentum viuum ex prioribus resultat, & est albi coloris, antequam ei ignis aduenerit. Igne verò ei adueniente ipsum fit rubeum, & hoc à lapide diuino procedit. vnde Elbo Interfector: Dealbate latonem, & rumpite libros, ne corda vestra rumpantur. Et Turba: Nummis imponite, & fit Elixir, & quod per ipsum natiuitas & vita, & aqua munda ex multis extracta tincturis & rebus: eiusq; tinctura vita ex his, quibus immergitur, & coloratio perfecta: Vt Turba Philosophorum testatur, quod preciosissimus color est Tyrius, quem prius colorem pronunciauerit: deinde purpureus color approximabit. Hoc enim argentum viuum est fructificans suauitates odoris, & est tinctura verax & infallibilis, omni corpori præstans complementum.

De Arsenico & Auripigmento.

C A P. X I V.

Comparatur etiam arsenico & auripigmento, ratione vnctuositatis, & adustiuæ humiditatis, nec non vaporabilia ab igne: quibus corpora denigrat & exiccat. Et Arsenicum dicitur masculus, ratione coloris & siccitatis: Auripigmentum ratione caloris & humiditatis foemina: vt Turba Philosophorum dicit: Demonstravi vobis foeminam in auripigmento, masculum verò in plumbo. Et sciendum quòd Philosophi vnã dicunt naturam arsenici & auripigmenti ratione fugæ, vel ratione causarum prædictarum. Nam multotiens ponitur pro igne sulphureo, & sæpiùs pro spiritu, qui est egrediens à corpore, qui est aqua: quæ omnia vegetantur & augmentantur.

De Markasita, Magnesia & Thutia.

CAP. XV.

Comparatur etiam Markasitæ, Magnesiæ & Thutiæ: Markasitæ in colore: quia sicut Markasita scintillas argenteas & aureas habet mixtas in terra: sic in opere Philosophico signa apparent similia: vt testatur Morienes dicens: Scito quod terra foetida citò recipit scintillas aureas, vt supra.

Dicitur etiam Magnesiæ esse similis, ratione ponderositatis, & fractionis omnium metallorum.

Dicitur etiam Thutiæ esse similis, ratione extinctionis. Nam sicut præcipitur Thutia extingui septies, vel nouies, vel decies, vel duodecies, vt eius terreatas subtilietur, & sulphureitas deleatur: sic mandant Philosophi, opus eorum iterari, vt omne superfluum in manifesto abjiciatur, absentia in profundo siue in occulto adjiciantur.

Notandum verò est, quòd duplex est spiritus: vnus in corpore, & hic est remouendus, id est, extrahendus, & est igneæ naturæ, vt Turba testatur, dicens: Scitote quòd corpus non potest tingere se ipsum, nisi spiritus extrahatur, qui in ventre eius occultus est, & fiet aqua, & corpus absque spiritu: qui est spiritualis naturæ, ex quo colores apparent, eò quòd spissum terreum non tingit, verum autem tenue naturæ, quod de corpore transit & colorat. Secundus verò est extra corpus, & est aqueæ naturæ, & est tingens corpus in Elixir. Vt Turba dicit: Masculus verò, hic est corpus, & foemina, hæc est spiritus.

De qualitatibus singulis omnium metallorum.

CAP. XVI.

Inde verò comparatur omnibus metallis in qualitatibus, in naturis, in coloribus, in mollicie, in duricie: & hoc in manifesto & in occulto eorum. Auro & argento comparatur, ratione perfectionis colorum perseverantium in igne, & ponderum, nec non ductibilitatem, præcipue tamen auro, cum ipsum sit nobilium & perfectius omnibus alijs tribus corporib. Et ob hanc perfe-

tionem perpetuam, dicitur autem Philosophicum, ei simile: vt Philosophus testatur, dicēs: Præsentes & præteriti non fecerunt aliquid, nisi ex auro aurum, & ex argento argentum: non tamen aurum illud vel argētum fuit vulgi.

Est autem Philosophicum aurum, quod non emitur pretio magno, vt Alfidius dicit: Scitote, quod hic lapis, de quo hoc arcanum agitur, Deus non emendum magno pretio posuit. quoniam via cæctus inuenitur, vt à paupere & diuite haberi possit: vt scilicet ratione & scientia ad eam quisquis possit leuiter peruenire. Et morienes ait: Omnis res quæ magno emitur pretio, mendax est: quoniam medico huius gummx, & paulo auro, multum emimus. Et Senior dicit: Aurum nostrum non est aurum vulgi: quia sequitur dealbatio, vt ibi dicitur: Dealbate aurum. Hoc igitur aurum cum dealbatum fuerit, post nigredinem suam, quæ est tinctura. Et iterum commiscete aurum cum auro, hoc est, cinerem cum aqua. Vel seminate aurum in terram albam foliatam, quæ & tertia terra, quæ est auri, tingit Elixir, & tingit eam. Et hæc est magnesia alba perfecta, & non rubea. Inde ex auro Philosophico non fit aurum, sed argentum: vt Turba Philosophorum testatur, dicens: Scitote quod nisi dealbetis (scilicet aurum nostrum) non potestis rubeum facere, eò quod duæ naturæ nil aliud sunt nisi album & rubeum. Album de rubeo nigro erit & mundo albo: crystallinum de rubeo citrino apparebit. Et hoc vult Senior cum dicit: Est enim mirabile, cum miseris super alia tria commixta, tunc iuuat album super citrinum, & rubeum dealbat ea in albedine argenti: deinde iuuat citrinum super album & rubeum, & facit ea citrinare citrinitate auri. Deinde iuuat rubeum super citrinum & album, & facit ea in rubedine Alkafal marini. Et Morienes ait: Respice citrinum completum, & citrinum diminutum in sua citrinitate, & omnem citrinitatem. Et respice rubeum completum, & rubeum diminutum in sua rubedine, & omnem rubedinem. Et insuper aspice nigrum completum, & nigrum diminutum in sua nigredine, & omnem nigredinem. Ex hoc patet, quod aurum Philosophicum non est aurum vul.

rum vulgi, nec in colore, nec in substantia: ideo dicitur, quod lætificat cor hominis, & argentum similiter: sed illud quod extrahitur ex eis, est alba & rubea tinctura, vera, fixa, viua, perseverantia, coloratiua, perpetuatiua, ingressiua, penetratiua, perfectiua, omnibus metallis permixtiua. Illa hominem lætificat, & cor hominis sanat, vt Senior dicit, & reddit hominem hilarem, & iuuenilem facit, & vigorosè corpus conseruat.

De quatuor corporibus metallicis imperfectis.

CAP. XVII.

Alijs verò quatuor corporibus, scilicet ferro, cupro, stanno, plumbo comparatur, ratione duræ fusionis & mollis in manifesto & in occulto eorum. Nam illa quæ sunt dura in manifesto, sicut ferrum & cuprum, sunt mollia in occulto: & sic de alijs duobus est intelligendum: idcirco ferro & cupro assimilantur propter carentiam horum fluxibilem & liquabilem in ignem. & talia sunt stringentia stannum & plumbum, quæ abundant humore, præcipuè ferrum, cum ipsum sit minorum humorum, & maioris caloris, vt Senior dicit: Ego ferrum siccum & durum & forte, & pistans, & pistatum omne bonum. Et non est res in mundo agens actionem meam: per me enim generatur Secretum secretorum: quando conualesco à languoribus, tunc habeo vitam leonis rugientis. & hoc est ferrum alchimicum. ipsum enim non trahitur ab adamãte. Et si quis studeret aliud inuenire faciens operationes huius, non posset: Ideo magnificatum, & exaltatum est, & factum æs omnium rerum. Ideo maximè videtur argento viuo Philosophico amicari, cum ipsius sit coagulum, nisi coagulatione perpetua & firma. Nec non stannum & cuprum & plumbum eadem operatione posse firmari, vt Turba Philosophorum dicit: Aes vt plumbum lapis fiunt preciosus: ideo ponite plumbum cum plumbo: quia Natura naturã lætatur, & Natura naturam volare facit: & Natura naturam continuit: & Natura naturam superauit: Ideo nutu Dei fiunt illæ naturæ multiplicantes.

Dicitur etiam quòd sit propinquitas inter magnetem & ferrum: maior vtique est propinquitas inter æs & a-

quam nostram, quæ est plumbum & stannum album; vt Turba Philosophorū testatur, dicens: Etenim plumbi albi dispositionem demonstraui: eo autem noto, nihil aliud est, quàm opus mulierum; & ludus puerorum: absque tali enim plumbo nulla tinctura fit perfecta, eò quòd vim habet (vt Hermes dicit) generandi triplicem: quòd compositum in corpore stringit, & in colorem vertitur inuaporabilem. Et scitote, quòd prima vis est acetum: secunda verò plumbum, de quo Sapientes dixerunt: Coquite ipsum stannum donec priuetur humore suo, & fiat siccum, & residuum suum bibat humorem, eò quòd plumbum combustum fuit, hoc est, plumbum rubeum de quo Sapientes dixerunt: Ecce hoè plumbum quod rubeum nuncupamus, nostri operis est initium, sine quo nil fit. De ipso namque dicitur, de plumbo fac ferrum, aut crocum de croco, fac album de albo tincturam. De stanno fac cuprum vel æs: de ære fac cerusam: de cerusa fac minium: de minio tincturam, & apprehendisti sapientiam. Intellige quid legas: nam hæc ars stultos fallit. O quàm plures sunt seducti in nominibus spirituum & corporum, putantes se extrahere tincturas de rebus siccis & aridis combustibilibus, cum in eis nulla sit vtilitas, & omnia vertuntur in nihilum, & cuncta mortua sunt, & eorū causatio ad perfectionem non peruenit, vt dicit Alphidius: Caue ergo, fili, à spiritibus & corporibus, lapidibusque mortuis te separa: quoniam in eis nullum est iter, nec etiam in eis tuum propositum inuenies: quia vita eorum non augetur, imò tendit in nihilum, sicut sunt salia, auripigmenta, arsenicum, argentum viuum, sulphur, capilli humani, sanguis, sperma, vrina puerorum, ouum, aurum, argentum, ferrum, cuprum, stannum, magnesia, marcasita, thuria, & his similia: quæ omnia Senior dicit esse combustibilia, & mortua, nec in eis aliqua operatio nostræ similis: quia operatio nostra surgit per seras seraturas aperientes. In plumbo verò est vita mortua, & hoc inter

arcana arcanorum est notandum, quod

dicit Philosophus: Nihil est

affinius auro quàm

plumbum.

De comparatione scientiæ arboribus, herbis, floribus, radicibus, & alijs vegetabilibus.

CAP. XLIX.

Quidam autem Philosophorum, hanc diuinam scientiam, herbis, radicibus, arboribus, floribus, & alijs diuersis vegetabilibus, necnon succis eorum & fructibus similitudinariè comparauerunt. Galenus dicit: De arbore Philosophica quæ septem ramos habet, vt in quodam scripto reperi tractatum de lunatica sic procedente: Hæc est quædam herba siue planta, nomine Lunatica, siue berissa: cuius radix est terra metallica, stipes eius rubicundus quadam nigredine perfusus: folia eius similia folijs maioranæ, & sunt 30. secundum ætatem lunæ in crescentia & in decrescencia, flos eius citrinus: post tres dies odor eius, vt odor musci in plenilunio, vel in decrescencia completa: ex eo acceptus & in eo Mercurius impositus vertitur in Lunam perfectam. Si post hoc bullitus fuerit quinque vicibus, vertitur in Solem: Cuius pars vna centum vertit in purissimum Solem. Nota quod omnium prædictorum nomina sunt posita similitudinariè in hac excellentissima scientia, pro qua omnis fidelis debet tempore vitæ suæ fideliter & constanter laborare.

De multiplici & varia pluralitate vocabulorum huius artis. CAP. XLIX.

Quartò notandum est, quibus modis & vijs operatio illa cœlestis adimpleatur. Et notandum, quod Philosophi diuersa vocabula ipsi operationi attribuerunt. Quidam eorum dixerunt, quod calcinando, soluendo, & distillando, & coagulando hoc opus peragitur. Et Hermes hæc intimat per alia verba, cum dicit: Pater eius est Sol, mater verò eius Luna: portauit illud ventus in ventre suo: nutrix eius terra est.

Alij verò dixerunt, sublimando & reiterando atque figendo, donec in fundo maneat: Alij incerando, aut imbibendo, donec fluat: Alij abluendo aut mundificando, donec album & pulchrū appareat: Alij occidendo,

donec moriatur & albificetur: Alij viuificando & nutriendo, donec genitum fiat: Alij putrefaciendo & corrumpendo, donec manifestum occultetur, & econtra: Alij separando elementa, & reiuungendo: Alij conterendo, donec corporeum fiat spirituale, & econuerso: Alij coquendo, donec arescat: Alij affando, donec confringatur: Alij remouendo, donec nouus adueniat: Alij corpora & spiritus rectificando, sicut Venerem dealbando, à Ioue stridorem auferendo: Saturnum indurando, aut mundificando: Martem mollificando: Lunam citrinando: nec non ipsa corpora in aquam soluendo, nihilominus omnibus corporibus diminutis perfectionem præstando: Alij Mercurium coagulando, arsenicum, auripigmentum, sulphur, magnesiã, marcasitam, Thutiam dealbando, atque fixando: Alij salia acuta quasi dea inceratiua præparando: & adhuc diuersis vocabulis (quod longum esset enarrare) Elixir eorum album & rubeum compleri dixerunt. quæ omnia sunt vnum & idem intelligenti, & condependentia, ac sibi concathenata quemadmodum cathena: ita cum vnum terminatur, aliud incipitur.

De multiplici operatione Philosophantium.

C A P. XX.

Idcirco calcinatio in principio operis nostri, ponitur tanquam pater in generatione. Vnde primò videndum est, quæ sit calcinatio Philosophorum. & sciendum, quòd triplex est calcinatio Philosophorũ, duplex corporis, tertia spiritus. Prima est initium operis nostri, de qua dicitur, calcinatio est priuatio frigidæ humiditatis, combustionem remouentis: vel siccæ terræ incineratio. Et hanc Philosophi exemplificauerunt in ligno, in quo sunt tres humiditates: prima aquosa & frigida: & hæc prohibet lignum à combustionem: secunda vinctuosa, siue oleaginea, & ipsa facit lignum ardere. hæc duæ sunt vaporabiles in igne, atque cremabiles. Tertia verò relinquitur in cinere, & est valde modica & subtilis, fixa & perpetua, nihil inflammabilis. & ipsa est vitrificans, & diaphanitatem vitream spondens. Et tali modo præcipitur fieri calcinatio Philosophorum, vt est in ligno prædi-

prædictum: & ipsa fit verè per acetum Philosophorum, siue per aquam permanentem, & non re alia. Et hoc nota: Talis enim humiditas, vt dictum est, quæ est principium liquefactionis, oportet esse in corporibus: vt Hermes dicit: Principium omnium liquabilium est aqua. Et Auicenna refert, Considerauimus itaq; in principijs naturalibus, quòd subiectum liquefactionis est humiditas, permixta partibus siccis terreis, in quibus mouetur, dum resoluit eas ignis, & inuenimus causam vaporationis, humiditatem non vehemèter in eis mixtam: imò eleuatur ab eis in resolutione, & inuenimus causam adustionis, & sic decoquitur decocti & permixti siccitati: ita quod peruenit ad ipsam humiditatem illud, quòd permixtum est ei de siccitate, & quod acquisiuit de caliditate accidentali superflua, cum igne: ita quòd figitur nobis tam diu, donec inuenitur ostensio humiditatis eiusdem, quòd est apud ignem potentem conuertere: quia secundæ partes corporis ad substantiam ignis ante vaporacionem separarentur, & remaneret fax eius cinis, qui est adustus. Equidem cum vaporat, etiam conuersus est, & fit flamma, & talis dicitur calcinatio Philosophorum. Præterea est notandum, quòd quicumque fecit calcinationem, cuiuscunq; corporis, remanente materia metalli, hoc est, humore, à quo habet denominationem & liquefactionem in igne, hic iam errauit: quia dicitur extractio humiditatis corruptentis in calcinatione. Post hoc intròmissio alienæ humiditatis igneæ: per quam erit essentia & virtus eorum. Et hæc est pars prima, videlicet, Pater eius est Sol.

Secunda calcinatio est ipsius cineris vel calcis remanentis: elementorum separatio. Et hæc est pars secunda, videlicet, Mater eius Luna, & solutio Philosophorum siue extractio Quintæ essentia, aut sublimatio, aut increatio, vel imbibitio, vel omnium prædictorum interpretatio. Nam hæc calcinatio fit ideo, vt partes artefactæ per ignem, & constrictæ, spirituales fiant, vel subtilientur & raræ fiant per spiritum, qui est aqua resoluens, & humectans ipsum terreum adustum. Et calor impressus qui est corruptens cum humiditate, in æ-

ream resolutionem transformans digerendo. Nam in prima calcinatione remouentur humiditates duæ, scilicet frigida & aquosa, & adustiua. In ista verò quæ est secunda, remouetur terreitas & igneitas per resolutionem nostræ aquæ. Nam omnia quæ soluit & liquefacit & mollificat, deinde perturbat, & hinc per decoctiones resultant aëreæ resolutiones vaporando.

Vnde hæc est solutio Philosophorum, quando partes terræ siccæ mollescunt: ita quòd earum siccitas quæ est duricies, vertitur in molliciem, quæ aqua dicitur humectans, vt aqua pluuialis, vel alterius humiditatis: quia dicitur quanto magis siccum, tanto magis molle, cum sola siccitas Alchimix tingit & non alia, hoc est, raritas elementorum.

Dicitur etiam inceratio ea de causa, cum terra sit priuata humore suo, necesse est eam incerare: id est, humore perfundere vt fluat & ingressum habeat, nec non virtutem, & formam metallicam repræsentat, vt Turba Philosophorum figuratè loquitur: Sicuti homo in tumulto iacet, donec puluis fiat, peractis diebus, Deus reddit ei animam atq; spiritum suum: infirmitate ablata purgatur illa res, & post coruscationem emendatur: quemadmodum post resurrectionem generalem, homo fortior & iunior fit, quàm prius fuerat in hoc mundo. Ideo inceratio est rei siccæ priuata humoribus, cum re inceratiua ad ignem mollificatio. Et hæc liquefactio corporum est. Philosophus autem per aquam, vulgus verò per ignem: vnde dicitur liquefacite corpora liquefactione nõ vulgari, sed nostra quæ est cum aqua. Ideo incineratio est imbibitio, vel pastatio, siue liquefactio rei siccæ, calidæ, donec inebrietur. Nam omne sitiens appetit bibere, vt dicit Aristoteles, sitis appetitus est frigidum & humidum. Pro eo etiam dicitur illud, terreum sitiens.

Dicitur etiam sublimatio hæc pars secunda ob hoc: quia illud quod in inferiori parte vasis est, eleuatur, & exaltatur ad vas supremum, quod nominatur alembic, vel aludel longum: vel ideo, vt densitas elementorum per eleuationem transeat in eorum raritatem, vt siccitas terræ in humorem aquæ, & frigiditas aquæ in calorem
aëris,

aëris, & humor aëris in siccitatem transeat ignis: & hæc transmutationes debent fieri per gradus ignis ascendendo vsq; ad cælum: quod est alembic Philosophorum. Et per Deum illud est tingens in infinitum: & tali modo præcipitur fieri sublimatio Philosophorum. Vnde dicitur sublimare est extrahere à facibus elementaribus, quod est terra, quintam essentiam, vel oleagineã, vel adscendentem naturam. Vel aliter: Sublimatio est à facibus rem eleuare, aut à terrestribus partibus puram substantiam segregare. Nam in omni sublimatione signū perfectionis est liquefactio & fusio metallica.

Et notandum quòd duplex est sublimatio: vna corporalis, alia spiritualis: corporalis quantum ad terretatem, spiritualis quantum ad igneitatē. De prima dicitur sic: Facite corpus spirituale, & fixum volatile: De secunda scribitur: Res in qua est adustio, primum quod in ea resoluitur, est virtus ignea, vt supra. Et Senior dicit: Egrediatur spiritus à corpore qui est ignis.

Dicitur etiam Fixio, propter absentis additionem: Nam illud quod abest, est volatilis naturæ, sine quo studium magisterij vanum esset. Nam est Elixir albedinis & rubedinis tincturæ, nec non spiritus tingens, & aqua metallina, perfundens se in corpus ipsum viuificando: & corpus est recipiens tincturam ab ipso spiritu, non ab alio. Vnde dicitur, quòd tinctura fit à natura volantium: Et illud quod firmat & fixat ipsum spiritum, est fixum & perpetuum & incremabile, & nominatur sulphur Philosophorum, vel cinis extractus à cinere. Vt Senior dicit: Quod fixum est, figit res fugitiuas. Et Auicenna: Inquirant igitur tincturam, quam ignis non corrumpat, & non expellat, & substantiam quæ permisceatur liquefcens, & substantiam consolidatiuam, & coagulatiuam fixatiuã & firmã super ignem, & ingenium permiscendi ista ad inuicem: ita quòd tingatur cum eo quòd est in eo de tinctura: & permisceatur cum eo, quòd est in ipsa, de substantia permiscibili: & consolidetur cum eo, quod est in eo de substantia consolidatiua: & figitur semper cū eo, quòd est in eo de substantia fixa. Et iterum subiungit, dicens: Quæsiuimus substantiam fixam, & inuenimus eam esse omne quòd non fugit ab

igne, & ipsum est corpora liquefactiua. In libro sexto dicitur, quod per talia corpora figuntur spiritus velocissimi, & non per alia. Ideo dicitur: Terra fixat, aqua dealbat, aer penetrat, ignis colorat. Hæc autem fixio, quæ multotiens repetitur, vt Geber docet: Donec cum tota sui substantia in igne maneat: sui autem truncum tota substantia deinde recedit.

Dicitur etiam ablatio, siue mundificatio hæc pars secunda, ratione nigredinis, & mali odoris, vt Turba Philosophorum dicit. Et non desistatis ipsa abluere, donec nigredine priuetur, & albū fiat. Et Morienes ait: Quanto magis aliquid abluitur, tanto limpidius erit: & si ablutum non fuerit, non limpidabitur. Et Geber in libro Perfectionis dicit: quod non figitur nisi illustretur, & fulgidissima ex illo eliciatur substantia, cum sui modo ingenij. Et in libro Disiunctionum scribitur: Mundate corpora à sua nigredine vel rubedine, in qua est corruptio eorum, donec album fiat album, & rubeum, rubeum. Nam ablutio dicitur rei inquinatæ deletio. Item dicitur, vade ad mulierem lauante[m] pannos, tu fac similiter. Et Hermes, in primis fuit rubeum, & in vltimis album. Et si sua nigredo omnium auferatur, ac deinde in rubeum vertitur lucidum, & nimis purum. Quia dicitur: Quod ignis & Azot latonem mundant & abluunt. & Kaled minor: Qui scit nigredinem accipere ab eius superficie, ea ablutione ipsum purificat & auget.

Dicitur etiam occisio siue mortificatio, ratione vitæ vegetabilis, & ordinatæ, & accidentis, hoc est, caloris impressi. Nam omne quod habet calorem ex se mouentem & agentem sua transmutatione, dicitur viuere. Et ob hanc causam Alchimia dicitur imperfectè viuere, & hanc vitam Philosophi studuerunt occidere, & vitam æternam atq; permanentem reddere. Vt Kaled minor dicit: Nos oportet eum sapienter occidere, hoc est, comburere: quia mors eum reuelabit. Et Auicēna: Contra-ramus ipsum post mortificationē sui primā, cum eo quo mortificatur de rebus adurentibus, vel peruijs facientibus peruium, & exiccantibus, sicut est Sal, alumen, atramentum, calx, & aliæ res, quas habet similes ignis. Faciamus ergo illud multotiens, donec moriatur & mollificetur.

Dici-

Dicitur etiam viuificatio, ratione nutrimenti, vel viuificationis, seu ratione humoris metallici. Nam omne quod nutritur, diminuti ratione nutritur. Et illud, quod viuificatur, causa duorum viuificatur. Philosophi autem volunt nutrire granum eorum humori connaturali, donec vegetetur, & fructum adferat talem, qualem ipsum intrinsecus habet: & volunt viuificare illud quod mortuum est, à forma metallina, quousque præstat fusionem metallicam perfectam. Et talem viuificationem, siue nutrimentum, aliqui Philosophorum vocant Ingressum. Et hoc vult Geber, cum dicit: Aut ingressum damus eis, quæ sua spissitudine ingredi non permittuntur, cum multiplici reiteratione solutionis spirituum non inflammabilium. Ex his modorum ingenijs necesse est, quamlibet rem ingressum habere: quoniam ex illius depēdet beneficio, & alterare cum permixtione inuenta.

Dicitur etiam putrefactio, siue corruptio, hæc pars secunda, ratione manifesti. Nam omne quod putrescit & corrumpitur apud visum, abijcit materiam manifestam, & repræsentat materiam occulti. Philosophi autem intendunt corrumpere, siue delere manifestum quod est terreum, & educere occultum, quod est argentum & aurum, vt Auicenna testatur, dicens: Cùm subtiliatur æs & decoquitur in aceto cum medicinis, donec moriatur, quando penetrat albedo eius ad exteriora, ita vt ipsius intrinsecum fiat extrinsecum, simile argento in albedine: quando fecerimus illud, inuenimus virtutem eius tingentem, remanentem, & maioris tincturæ & penetrationis: ita quod non diuersificatur à calore argenti puri in aliquo: imò refertum est tinctura, & est magis completæ albedinis. Talis enim putrefactio est generatiua: quia generat tale, qualis ipsa est. vnde Senior: Scias quòd non fit generatio absque corruptione: vnde studeas in putrefactionem. Et Turba Philosophorum: Hæc putrefactio est maxima, & maximum attrahit arcanum.

Dicitur etiam separatio elementorum, vt præmissum est in calcinatione prima: in ipsa verò separantur elementa, terra, scilicet, aqua, aër & ignis. Terra ibidem

relinquitur, vt alia tria elementa in ea valeant radicari, si ipsa non esset, elementa fundamētum non haberent, super ædificandam domum nouam Thesaurariam. Nam propriè separatio elementorum, est segregare heterogenea, quæ sunt accidentia: & coniunctio elementorum est cumulare homogenea, hoc est, quæ sunt de natura humidi radicalis. Vt in libro Turbæ Philosophorum scribitur: Convertere elementa, est humidum facere siccum, & fugiens fixum.

Dicitur etiam contritio, ratione densitatis, vel duritiei. Nam omne quod densum & durum est, non est ringens, neque penetrans: Ideo oportet conterri, vt subtilissimum fiat & penetratiuum. vnde in Turba cum omnia puluis facta sunt diligenter, est contritum. Et notandum est, quòd duplex est contritio: vna vulgi, & fit manibus artificum. De ista dicitur, tere in die & assa in nocte. Secunda est Philosophorū, & fit igne decoctionis. Vnde Turba: Hæc autem contritio nõ fit manibus, sed fortissima decoctione. Et Kaled minor: Ignis omnia terit. Et Elbo Intersector dicit: Nihil aliud feci, quã contriui & dealbau. Et Senior: Non valet congelatio, nisi fiat puluis. Turba: Ideo oportet filios doctrinæ illam rem absq; timore comburere quousq; cinis fiat. Et scito, quod optimè miscuisti, eò quòd ille eius recipit spiritum vitæ. Et hæc contritio multotiens apud Philosophos vocatur lapis cum cursore, mortarium cum pistillo.

Dicitur etiam decoctio ratione duræ & tenacis terre. Nam omne durum & tenax vocat decoqui, vt melius & leuius seu nobilius fiat. Quare dicit Alfidius: Scito, fili, quòd non indiges multis nominibus, sed vno tantum nomine, quod est Aqua, vnaque actione, quod est Coquere, & decoctio naturaliter: ideo fit vt rei pluritas remoueatur, & munditia in sui maneat decoctione, vt Auicenna testatur, dicens: Quanto plus inhumatio est vehementior, tanto plus erit ab eo corruptio remotior. Amplius considerando decoctionem, post decoctionem in aqua, & remouendo corruptionem, reseruamus remouendo aquam, quotiescunque tincta fuerit, donec nihil maneat tincturæ. Vnde Turba: Coquite
in aqua

in aqua sua quadraginta diebus: deinde aperietis, & inuenietis æs in argentum viuum versum: abluite ipsum coquendo, donec sua priuetur nigredine, & fiet æs umbra carens. De hac decoctione dicit Auicenna: Quod si nigra aduenerit, erit adusta apud decoctionem. Et Senior, si remanserit in eo nigredo, tempore suo moneris præ dolore: quia corrupti quidquid operatus es à tali regimine cauendum est. Sed coqui debet, vt Turba Philosophorum attestatur, dicens: Coquite cum continuè, donec coaguletur: ipso enim coagulato maximum fit arcanum. Coquite illum lapidem coagulatum, quousque fiet similis mugræ marinæ: tunc aqua ipsum imbuite permanente, quousque eius appareant colores. Hæc aqua in decoctione maximè imitatur naturam: ideo facit ei simile. Ait enim Albertus, quod inter omnes artes, Alchimia plus naturam imitetur, & hoc propter decoctionem eius, & augmentum: quia decoquitur in aquis metallinis igneis, id est, rubeis maximè habentibus de forma, & minimè de materia. Nam aliæ artes imitantur naturam similitudinariè: Alchimia verò mera veritate. Ideo ipsa non est debilior natura, quia ars siue artifex tantum sibi ministrat, ipsa verò naturaliter operatur & perficit, vt dicitur in Seniore de aqua diuina: Quod non sit factus, neque nascitur in futurum, qui hanc scientiam posset complere sine natura, natura quidem quæ coelitus est indita rebus & infusa.

Dicitur etiam assatio, ratione humorum peccantium ipsius corporis, vel ratione spiritus qui destruitur, & fugit propter assiduationem assationis à corpore, vt Kaled minor dicit: Et suauiter iteratione ponuntur tibi, vt doceat ipsum pati ignem. Et Auicenna: Si volumus quod fiat bona commixtio eius, tunc assamus ipsum igne æquali: & hoc est, vt conteramus ipsum & ponamus in vase vitreo, & ponamus in vase testeo vitreato, & lineamus illud vas luto sapientiæ, & exiccemus ipsum. Et iterum subiungit, modus vnus est assationis cum rebus adurentibus, & facientibus peruium, vt Turba dicit: Notifico huius artis inuestigatoribus quod Confusio est compositio, & quod eū oportet assa-

re, vt ad perfectionem peruenias: tunc corpus tingit. Affatio ideo dicitur & inuenta est, vt humiditas rei accidentalis leui igne exiccetur ac deleatur. Et est notandum, quòd tam corporis quàm ipsius spiritus fit exiccatio in affatione. Et est maximè cauendum, ne spiritus qui corpus exiccat, & à corpore exiccatur, fiat volatilis: nam si volabit à corpore, corpus perfectum esse non potest. Et talem exiccationem docet Auicenna, dicens: Sed cum hoc habet bonitatem, quod non adurit super ignem omnino, sed calefit, &c.

De alijs modis operationum. CAP. XXI.

Excusamur ergo, ne laboremus in aduisione calcinationis. habemus & scimus quod cum eo fit præparatio & non cum alio. Vidimus itaq; in primo, rei eius exiccationem, & destructionē acuitatis ab eo fore necessariam, ita vt calefiat, quod puluerifetur aut frangatur.

Dicitur etiã renouatio. Causa arefactionis conuersa, est fimus & lutum sapientiæ. Nota, renouatio Philosophorum fit ideo, vt terra sicca semper roretur aqua permanente, vt fluat. & hoc innuunt Philosophi per talia verba: Fimus, id est, terra, siue corpus, semper est de quarto in quartum diem renouandus.

Dicitur etiam rectificatio corporum, & spirituum ratione imperfectionis, eorum diminutionis & immundicie aut superfluitatis eorum. Nam corpora quæ sunt humore nimio abundantia, ideo sunt nimis mollia inducibilitate, & facillimè liquefcentia in igne, vt plumbum, stannum, Magnesia. Hæc autem multotiens ponuntur pro spiritu, qui est (aqua metallina causa molliciei) aqua Philosophorum: spiritus sunt molles vt aqua. Vnde Morienus: Tactus eius mollis, gustus dulcis, pondus graue: Ideo dicitur, ponite plumbum cum plumbo, stannum cum stanno: Natura enim naturã lætatur & gaudet: quia propinquitatem habet cum ea. Alia vero sunt deficientia humore, vt argētum, aurum, ferrum, cuprum. & hæc pro corpore calcinato intelliguntur. De his loquitur Geber: Si quæris corpora dure fusionis mollificare, in principio suæ creationis lentus
ignis

ignis adhibeatur. Ignis enim lentus est humiditatis cōseruatiuus, & fusionis perfectiuius. Et si quæris mollia indurare corpora fac vt eius humiditas consummetur, & fusio perficietur. Inueniemus enim quòd nisi omne superfluum, siue per medicinam, siue per præparationis modum auferatur ab imperfectis corporibus, non perficiuntur: scilicet, vt coletur ab eis causa superflua, & terreatas immunda. Ita quod de commixtis nō separetur infusione post projectionem medicinæ.

Et est notandum, quod omnia corpora vnū habent significare per totum, ratione imperfectionis eorum, vt dictum est. Nam Turba Philosophorum dicit: Quòd Corusilla est compositio omnium corporum, & inuidicam omnibus nominibus nuncupati sunt, Nummi, vel æris, stanni, ferri, vel plumbi, quousq; ab illo remouentur colores, & fiat Elixir.

Et est sciendum, quod non est via rectificandi corpora prædicta in natura integrè & completè absq; tinctura nostra: quæ est semen mundum, multam habens benedictionem. Et hoc testatur Turba: Dicit enim Senior, Scias, quòd non fit aliqua tinctura perfecta absq; lapide hematite rubeo, qui lapis deponit omnem rubeidinem, & purgat seipsum. Et quando tu videris in principio operis, quasi grana rubea, & in congelatione velut oculi piscium, & quasi piperata nigra, spissa, scias te iustam semitam ambulasse: Sin autem, omnis operatio frustrabitur & cassetur, testante Alberto, qui dicit: Qui albis dealbant, & citrinant per citrina, eadem metalli remanente specie, censentur deceptores.

Est præterea hoc intelligendum de spiritibus: sunt enim quidam, qui dicunt, se scire Mercurium coagulare, vel à corpore extrahere: alij arsenicum, auripigmentum, sulphur, cæterosque spiritus minerales dealbare, nec non per salia mundata, siue aquis acutis, aut oleis inceratiuis artificiosè perfectis, corpora imperfecta, & spiritus se asserunt rectificare. Horum omnium operatio nihil aliud est, quàm noxium & infortunium: quia præparant id quod non habet tincturam, ex omni re quæ tendit ad nihilum. Tinctura autem Philosophorum est in rebus incombustibilibus. Nam ars

in parte concedit fieri colores, alterationes, & transmutationes debiles, fructus tamen ex eis nullus consequitur: quia natura nil ex his prædictis ad Elixir, siue tincturam perfectam operatur, & hæc superius prudens & discretus opifex subtiliter indagare potest. Nã Philosophi posuerunt quinque differentias, per quas eorum tinctura siue Elixir album & rubeum integraliter componitur ac completur, sine ipsis nulla tinctura poterit esse. Prima est superflua euacuare: Secunda medicinam in album & citrinũ colorem alterare: Tertia fusionem metallicam præstare: Quarta talem fusionem in igne perpetuare: Quinta debitum pondus omni metallo infuso ministrare. Et hæc quinque possunt esse in numero ternario, scilicet, mensura, numero & pondere: quæ sunt perfectio omnium rerum necessariorum.

Deinde sequitur tertia pars huius operis, quæ ab Hermete Rege Græcorum, & patre Philosophorum sic describitur: Portauit illud ventus in ventre suo. Hanc partem vocant Philosophi distillationem, siue clarificationem. Postquã ergo res est calcinata humore liquabili, & denominatio priuata, deinde à terreatate ignea soluta, necesse est ipsam distillare: id est, clarificare, & æris diaphanitatem & perspicuitatem deportare. Nam distillatio dicitur rei cum perspicuitate clarificatio: & hæc distillatio est complementum totius serenitatis operis cum claritate. Et fit tribus aut quatuor, aut quinque, aut sex, septem, octo, aut nouem vicibus, vel duodecies, quod est vltimum. Post vltimam vicem distillationis, sequitur quarta pars, quam Hermes sic nominat: Nutrix eius est terra, vel vis eius integra est, si versa fuerit in terram immobilem: & hanc intulant sapientes, Coagulationem, & finem rei, siue fusionem perfectam. Et hoc vult Auicenna cum dicit: Quando ponimus ipsum vltima vice in Kinnam lutatã luto sapientiæ, cautè constringimus caput eius: postquã assauiimus rorem eius, sicut dicemus postea, inde sublimamus medicinam, donec ascendat: & ponitur in tegulam, quandoque sicut stannum, quandoque sicut sal, lapidẽ, quandoque sicut Chrystallus, postquam sublimauerimus ipsum ab eo: & ipse egrediuntur cum rorotationibus & experimentis

mentis actiuis, & fuerint nobis vitæ ante experimentum cum cogitatione subtili vel vehementi & longa. Peruenit ergo ad nos tinctura alba & munda à rebus quibus indigemus. Et hæc de modis & vijs operationis Elixiri, aut tincturæ Philosophicæ, dicta sufficiant. Et si quid minus lucidè occultando dictum est, hoc in libello in quo librorum est perfectio, sagax Lector naturam inuestigans, per eius percursum, occursum & recursum, & per scripta Philosophorum, plenius poterit indagare, &c.

De effectibus huius medicinæ siue tincturæ.

CAP. VLTIMUM.

Quinto & ultimo prosequendū est, de virtute, nobilitate, & effectu huius laudabilis tincturæ Philosophicæ, quæ turris fortitudinis est à facie inimici. Et sciendum, quòd antiqui sapientes quatuor principales effectus siue virtutes in hac gloriosa thesauraria cõsolatrice & adiutrice scientia reppererunt. Primò dicitur corpus humanū à multis infirmitatibus sanare: Secundò corpora imperfecta metallica restaurare: Tertiò lapides ignobiles in gemmas quasdam preciosas transmutare: Quartò omnè vitrum ductile facere, siue malleabile.

De primo consenserunt omnes Philosophi, quòd lapis hematites perfectè rubificatus fuerit, non solùm facit miracula in corporibus solidis: sed etiam in corpore humano: de quo nõ est dubium. Nam omnem infirmitatem ab intra sumendo curat, ab extra sanat vngendo. Dicunt enim Philosophi, quòd si datum fuerit de eo in aqua vel vino tepido paraliticis, phreneticis, hydropticis, leprosis, curat eos. Alij sapientes dicunt, quòd guttam rosaceam sæpe elidit vngendo: hinc etiam passio cardiaca, ethica, iliaca, colica, ictèritia & morbus Aegidij cum epilepsia, & omnes species febrium, per eam curantur sumendo. plerunquè arthetica per eam curatur vngendo: & quicquid est in ægroto stomacho, hoc tollit: & omnè fluxum humorum peccantium stringit, & consumit potando, vel vngendo: omnemque melancholiam siue mentis mœstitiam ieiuno stomacho sumpta recellit: Et etiam infirmorū oculorum optima

fanatrix: Nam omnem fluxum lachrymarū stringit: lipposos attenuat, ruborem depellit: pellem vel tunicam delendo mollificat: Granum, tela, albugo, & hugo, cornu, vngula, catharacta, inuersio palpebrarum, æstus, tenebræ, ac oculorum inflaturæ. Hæc omnia per medicinam hanc Philosophicam facillimè curantur. Cor & spiritualia confortat potando: dolorem capitis mitigat in temporibus vngendo: præbet etiam surdis auditum, ac omni dolori auriū succurit inflaturis: nervos compactos rectificat vngendo: dentes corrosos restaurat lauando: foetorem anhelitus dulcorat. sanantur etiam per eam omnia genera apostematum vngendo, aut emplastrando, aut puluerem siccum intromittendo: vlcera, vulnera, caneros, fistulas, Noli me tangere, Antraces, serpigines, impetigines, atraciones, scabies, pruritus & tinea per eam sanantur: cicatrices per eam planantur, ita vt caro noua regeneretur: vinum corruptum & acidum, si permiscetur, reparatur: Calculus inde soluitur si bibatur: venenum expellit sumendo: Occiduntur & vermes si impulueriscentur. Capilli subuillosi per eam vngendo remouentur: rugas in facie & omnes maculas in facie delet vngendo, & faciem iuuenilem spondet mulieribus: in partu sumpta auxiliatur: foetum mortuum emplastrando educit: vrinam prouocat: coitum excitat & auget: ebrietatem prohibet: memoriam inducit: humidum radicale augmentat: naturam vigorat, nec nō alia bona multa corpori humano ministrat: quia hæc medicina est super omnes medicinas Hypocratis, Galeni, Constantini, Alexandri, Auicennæ, & aliorum doctorum artis medicina: præstantior in odore, sapore, virtute & effectu. Et est notandum, quod hæc medicina semper est medicina apotheticæ ad morbum deputatæ permiscenda.

De secundo scribitur, quod omnia metalla imperfecta transmutat: hæc enim transmutatio est satis manifesta: nā omne quod est argentum facit aurum in colore, substantia, perseuerantia, pondere, ductibilitate, liquefactione, duricie & mollicie.

De tertio scribitur, quod lapides in gemmas preciosas transmutat, vt superius allegatum est in libro Sextario,

uario, vbi dicitur, quòd lapides Iacinti, Coralli rubei & albi, Smaragdi, Chrysoliti, Saphyri, ex ipsa materia formari possunt: Et in charta Sacerdotum traditur, quòd ex chrystallo, carbunculus, siue rubinus, aut topazius per eam fieri potest, qui in colore & substantia excellunt naturales. Hic verò lapidibus, & alijs quibus infusa fuerit hæc medicina, præstat virtutem naturalem sua nobilitate, ita tamè quòd colores deputati ad ipsos admisceantur: Nam omnem lapidem siue gemmam liquefacit & demollit.

De quarto scribitur, quòd vitrum reddit malleabile immiscendo quando liquefacit. Nam hæc medicina est conuertibilis omnem in colorem: alia verò sunt experimenta artificii sagaci commutanda. In Chronicis antiquis Imperatorum legitur: quòd Imperator quidam maximum prælium cum Soldano triumphante commisit, per quòd multi nobiles exercitus Imperij in Paganismum sunt deducti, inter quos erat protonotarius Imperatoris homo perdoctus, cuidam Sarraceno, qui & maximus erat Philosophus in terra sua pro summa custodia assignatus, & multo tempore ab eodè detentus, quadam die motus misericordia Sarracenus ille, aduocans Protonotarium, dixit ei: Vis reuerti ad terram natiuitatis tuæ? qui respondit: Vtinam Domine, seruus tuus gratiam inuenisset in oculis tuis. Cui Philosophus: Misereor tui, fac quòd volo. Ait ille: Domine mi, paratus sum ad omnia. Cui Philosophus, cum reuersus fueris in partes agnitionis tuæ, supremo domino tuo, qui terrestris vester Deus est, dices hæc verba: Magister & dominus meus, cuius sui proprius, vobis dicit salutem, cuius dominium & magistrum vobis postea declarabo. Postea facias apportari omnia genera metallorum, quæ liquefacies, & hunc puluerem quem tibi do, intromitteres: quoniam omnia vertentur in aurum verum. Hoc factò, crystallum liquefacies modo prædicto, & puluere immerso, mutabitur in rubinum. postea vitrum liquefacies, & de prædicto puluere immerso reddetur malleabile. His omnibus visis & completis dices: Hæc est maiestas domini mei dilecti. Postea declarabis magisterium meum: leprosis immundissimis dabis pul-

uerē in potu tepido, qui mox ibunt cubatum, & sudario aliquo cooperiantur: hi ex toto citissimè sanabuntur, ita vt ipsi nō super terram, sed super pennas ventorum ambulare videantur. Nunc ergo vade in pace, & cōple desiderium meū. Abijt autē Protonotarius gaudens & exultans, & omnia in veritate inuenit, prout à domino suo audiuit, prædicto supremo Pontifici & Imperatori demonstrauit, & sic probata est medicina Philosophorum corā Pontifice summo, & Imperatore, regnantibus illis temporibus, habere virtutem curandi infirmitates hominum, & transmutandi metalla imperfecta, lapidesque in gemmas preciosas, ac vitrum reddere malleabile. habet hæc medicina gloriosa, quā omni inuestigare fideli & pio præstare dignetur Deus omnipotens, vnigenitusq; filius Dei dominus noster Iesus Christus, qui cum Patre & Spiritu sancto viuit & regnat vnus Deus per infinita seculorum, Amen.

R O S I N V S A D

E V T H I C I A M.



IN TRAVI die quadam domum senioris Habielsam causa visitandi ipsum, & sedi ad dexteram eius: & erant ibi duo viri, quorum vnum cognoscebam, alium verò nō. Et cum loquuti fuerunt ante præsentiam meam de Arte, & percepi per illud quod quæsiui, quod inducta fuerat super eos ars, & obscuratum verbum, nescientes id quod considerant in dictis sapientum, & erant in stupore. Conuertit ad me socius faciem suam securus amicitia, & dixit mihi: Qualis est sapientum intellectus hic? Recipe plumbum, & quod assimilatur plumbo: & recipe azoch & quod assimilatur azoch: & hic est ordo scientiæ quam cognouerunt Aegyptij, & Aenigma eius, & ratio, & virtus, & largitas, hic sunt quatuor, quorum duo manifesta sunt: nominavit enim plumbum, & quod assimilatur eo. Quæ ergo sunt ista quatuor dixit, & hæc verba Sapientum habent obscuritatem, & sunt ex sophismatibus Sapientum dixit? Quomodo est hoc? dixi. Voluit per hoc
Sapiens

Sapiens duo tantum, que sunt masculus, eorum occultorium occultum & foemina, & adiunxit verba significantia quatuor, & non intendit nisi duo. dixit, quomodo est hic, & ipse dixit, quatuor: & expetiuit verba Sapientum. Secunda vice dixit, non intendit per hoc dictum nisi duo tantum: & ille Sapiens dixit: quatuor, & tu dicis duo. Dixi ei in his verbis sicut praedictum est, est obscuritas sapientis & Sophisma in hoc loco, & si voluissent quatuor per eos ex quibus componitur masculus & foemina, dixissent. Recipe aquam & ignem, & commisce, & constituat vnumquodq; ex duobus. De inde fac quatuor vnum, veruntamen sapiens dixit, (fac quatuor vnum) Recipe plumbum, & quod assimilatur plumbo. deinde repetiuit & dixit: Recipe azoch, & quod assimilatur azoch: vnde haec & his similia ex dictis eorum celant scientiam ab hominibus, intelliget: & confido in Deo meo vt intelligas hoc dictum sapientis. Huius exemplum dixit: Accipe plumbum: & plumbum apud eos est nomen ex nominibus masculus: nominauit enim masculum, & tacuit nomen foeminae. Et dixit, quod assimilatur plumbo, & foemina assimilatur plumbo: quia ipsa ex eo, & ipsum ex ea. Deinde dixit secundo: Accipe azoch, & quod consimilatur azoch: azoch autem est foemina, nominauit hic foeminam, & tacuit nomen masculi: & dixit, & quod assimilatur azoch, & nominauit hic masculum: quia nominauit illum in principio sermonis, plane vt desit dubitatio sermonis, & tamen valet hoc verbum ac si dicas: Accipe Adam, & quod assimilatur Adam, nominasti hic Adam, & tacuisti nomen foeminae seu Euae, & non nominans eam, quia scis quod homines qui sunt tui similes in mundo, sciunt quod illud, quod tibi assimilatur, est Eua. Deinde repetis secundo, vt eos minus obscuretur sapienti & intelligenti: ac opinantur multi quod intendas in hoc loco cum dicis, quatuor dixisti, accipe Euam & quod assimilatur Euae, nominasti hic foeminam quae est Eua, & tacuisti nomen Adam: quia nominasti ea semel, & ab ipso incepisti, & non potest esse dubium cauillanti. Et illi incepserunt inspicere vnus in alterum, & stupor apprehendit nos super hoc, quod eis explanavi. Et simile, hinc

quod dixerunt, commisce calidum frigidum: & fiet temperatum nec calidum nec frigidum, & commisce humidum cum sicco, & fiet temperatum nec humidum nec siccum. manifestum hoc dictum est super quatuor, & generantur ex his duo, videlicet masculus & foemina: masculus est calidus & siccus, foemina autem frigida & humida: quæ quando coniuncta fuerint, iam commixtum est calidum cum frigido, humidum cum sicco: & hoc non est dubium intelligenti. Et sustinet hic intellectus nomen sapientis, quod habeat hunc alium modum quem tibi demonstraui, de igne & aqua, aere & terra: & est alius modus ex præparationibus, & est sicut dictum Ioseph: Commisce ignem & aquam, & erunt duo. Commisce aerem cum terra, & erunt quatuor: deinde fac quatuor vnum, & peruenisti ad illud quod vis, & tunc fiat corpus non corpus, & debile super ignem non debile, & apprehendisti sapientiam. Fac ergo secundum quod dixit Ioseph, super eo, & præparatur harum rerum à principio usque ad finem. est aqua calida & fixa honorata, & illa est quæ manifestat tincturam in proiectione, & nisi illa esset, non esset intentio alicuius sapientis in aliqua radice sapientiæ. Et ipsa est mediatrix intra contraria. Est ipsa, est eadem primum, medium & ultimum. Intellige hoc quod tibi demonstraui, & scito modum verbi, & ipsa manifestat tincturam. Talis enim solet esse improbitas sapientum & sophisma, & fortè ipsi adduxerunt nomē in vno sensu, & sub ea est alius. & ego spero quod apparebunt verbis: quia innuit vobis multa de secretis illorum & sophismatibus, & Deus tribuet vobis prosperitatem. Si verò apertus fuerit die aliqua ex scriptis sapientum modus alicuius. hic homini non aperietur nisi legenti librum in carmina nostra. explanaui enim tibi & omnibus fratribus meis, quicquid obscurauerunt Philosophi pro posse suo, & clamauerunt pro patribus & filiis, & comprehendi in paucis paginis, & ipsi expendunt in multis paginis sepultum tropicis, & magis obscurioribus inuoluunt, quod intelligentia intelligentiam apprehendere nusquam valet. Ego autem vt permaneret memoria mea, præscorum sedi solitarius, considerans libros antiquo-

tum &

rū, & quærens à quibuslibet vobiscum confedentibus scientiam hanc inquirentibus, quos cum alloquerer, non intelligebant me: habebant enim præ manibus libros, quæ describunt eis Alkabric Alkakar, id est, species vel res vanas quas nōscunt, quibus occupantur: & hæ sunt res, quæ deterrent ipsos occupatos, & ipsi incumbunt suis quæstionibus, ac deuiant à veritate ignorantia excæcati. Cùm autem vidi te & vultum tuum illic secum, per illud quod innuit, & exposui ex secunda apprehensione tui intellectus, conuerti faciem meam ad te, & explanavi tibi ex eo, quòd concluderat scientia mea in pectore meo, vt cognoscas animam scientiæ, & locum secreti, & diuidas inter me & homines erroribus & vanitatibus incubentibus, eò quòd legisti in libris aliorum, & quod locuti sunt, & adduxerunt ex verbis Sapientum antiquorum, modernorum, & quorum appetuntur. Quorum nullus ausus est exponere literam vnā ex dictis antiquorum Philosophorum, sed tamen posuerunt in libris suis secundum quod procurauerunt Sapientes, nec apperuerunt ex illis aliquem sensum. Est autem opus vt cum sapiens fui, aperta mihi certa sunt, & nouerim occulta, & exponam verba sapientum & perueniam per illam expositionem ad veritatem ac manifestationem eorum post manifestationem, vt manifestaretur studentibus in ea, & aperiat fastidientibus, & patientibus, & fugientibus in his, quæ præ manibus habent ex ignorantia. Sed quando non explanabo aliquod ex eis, erunt libri mei sicut libri Sapientum, & verba mea verba sua, velut accepi nomen illorum & mihi attribui, & hoc est inconueniens & dedecus illi qui facit sic. Quæ autem est vtilitas legenti meum librum, vt quòd alij occultauerunt, appropinquet intellectui occultorum successorum meorū secundum omnibus in aperto velatis significationibus intellectui occultorum, & velatum, in hoc sit apertum & cælatum. Est autem apertum studiosis & sapientibus ac intelligentibus, quod nisi fecero, nō manifestabimus industriā nostram: percontaris, & erunt dicta mea tanquam proposita sine administratione & vtilitate, &c. Scias præterea, quòd multi oc-

cupantur in præparatione sulphurum eorū, & in sublimatione Arsenicorum eorum adustibilem & corruptibilem, secundū manifestū quod audiunt, & nudū quod legunt & cognoscunt illam veritatē ignorantes. Sulphur enim & sulphura, & auripigmentum seu auripigmenta, ac zandarich, illa omnia sunt nomina aque diuinę, foliatę, humidę: cuius dealbatio est præparatio eius per sublimationem, quę est distillatio, donec fiat alba, lucida, in qua nō sint sordes. Hęc est sublimatio sulphuris & zandarich. Etiam ablutio corporis & reductio aquę super illud, tam diu donec nō remaneat in eo aliquid ex anima, quę est tinctura, quod non ascendit cum ipso spiritu. cumq; acceperis animam, & omnia in ista aqua & nihil remanserit ex ea in corpore, tunc abluisti corpus à sordibus suis. Innuit per hoc totam extractionem totius ab eo, vt liberetur cinis à cinere mundus, in quo non sit pinguedo, quę prohibeat ipsum ab operatione, redit secundò ad locum suum. Similiter dictum est, sicut prædixi tibi in corpore & corporibus secundū quod exemplificaui tibi in spiritibus & spiritu, & in anima est vnum corpus partium, & tunc dicitur corpora secundū partes, sed prius esse vnum ex vno. Qui autem aliud dixerit, ignorat scientiã: quia scit nec corpus, nec corpora, nec spiritum, nec spiritus, nec animam, nec animas, nec cognoscit lapidē, nec ex quo est, nec percipit ordinē operis aliquo modo, & est causa: Quia ex qualibet illarū falsatarum incorporatum est corpus vnum: propter quod dixerunt similiter corpus vnum & corpora, & propter hoc hunc esse ex illis: spiritus & anima multiplici operatione est lapis & non lapis. Hic est lapis quę assimulant sapientes artis lapidi Aquilę: est enim lapis Aquilę, lapis cognitus: & est lapis in eius ventre lapis qui mouetur, per quem significauit apud ascendentem & cinerem extractum à cinere. Similiter est lapis, in cuius ventre est lapis qui mouetur, quomodo cum soluant, prodit ex eo aqua sua, quę erat congelata in eo, & mouetur ascendendo & exaltando ad aëra. Significant per hoc spiritū & animā, quę est in ventre eius: & hic est lapis in cuius ventre est lapis, remanet fex ex qua exiit illud ascendens

dens immobilis: deinde apparet ex ea postea anima eius, & est cinis cineris, quem nominauit Marian congelatum coagulans, aquam eorum in terra eorum: magnificauit hunc cinerem. & hic est fermentum, & fermentum fermenti auri vulgi, & foliorum eorum. Et hoc est fermentum eorum corporum ad quæ reducuntur ea: & cinis est fermentum aquæ, quæ est aurum illorum, ideoque nominauerunt hunc cinerem Fermentum fermenti, & per hoc ignorant aquam suam, magis ponit: & quod dixit Rosar. si fundetis corpus: Non intendit hic per fusionem ignis, sed significat solutionem eius, ut fiat argentum viuum sapientum, & extrahuntur ab eo flores eius. Et hic est lapis, de quo dicit Aros regi: Si cognoscerent, quantum habent operis, lucrarentur per ipsum multum. Dixit Sapiens: Accipite res animarum suis, & exaltate eos ad altiora loca, & metite eas cacumine montium suorum, & reducite eas ad radices suas: & hæc sunt sua verba manifesta, in quibus non est inuidia nec obscuritas, veruntamen non nominauit res quæ sint: per montes autem significauit cucurbitas, & per cacumina montium alembica. Metere autem secundum similitudinem, est recipere aquam illarum per alembicum in recipiente. Reducere verò super radices est super hoc, à quo prodeunt. Et nominauit cucurbitas montes, quia in montibus inuenitur Sol & Luna: sic etiã in his montibus, qui sunt cucurbitas, generantur Sol & Luna eorum, & in ipsis fit, & illæ sunt minores foliorum & auri eorum, & in ipsis manifestat eius præparationem: & hoc totum est ad similitudinem, & est mirabilis & pulchra similitudo, nec vult per montes homines, nec intendit per altiora loca capita hominum, nec quod de ipsis metitur, sunt capilli, sicut dixerunt quidam glossatorum, & laborauerunt in capillis, & consumpserunt pecuniam suam, & dies suos in inquisitione vanitatis, sed sapientia est dignior etiam, nobilior & altior, quàm illud quod opinati sunt, & perueniunt homines per hoc ad vanitates. Et sunt qui dixerunt, quod ars hæc, est ex ouis, & capillis virginis, ac vrina & sanguine, felle & spermate, & alijs talibus, & ex mineralibus diminutis, cõbustionibus, corrupti-

bilibus, & ad nihilum venientibus. Falsum dicunt, cum quidam ex infirmitate rationis suæ fecerunt ex virgine & vrina, quod absit à sapiētia Dei gloriosi & sublimis, vnde attexerunt ignorantes in funiculis. ignorans ignoranter ferit coloitidam, & sperat inde mel comedere: sed quando quod separauerat non viderit, redit ad cogitationem suam, & extendit eam & dicit, hoc est ex infortunio. Et si diceretur sibi, ouis peperit homines, aut grana tritici fructificant galbanos, aut palma portauit mala granata, aut volatilia pariunt pisces, responderet, falsum dicitis: non generant res nisi similia, aut fructificant res, nisi fructus suos. Nam omnia ista prædicta designant aquam eorum: & aqua eorum est fermentum corporum: & corpora sunt terra eorum, etiam postquam denigrantur ista per præparationem ignis. Vocant ipsum nomine ignis nigri, sicut in denigratione secunda, Carbonem montis & picem, antimonium, Alkali, & salem Alkali, & Markasitam, Magnesium, & argentum viuum extractum de Cambar, & cinerem suum & calcem, & vitrum, & aquam mundam, quæ mundata est à tenebris, & à materia nigredinis. Ars Astronomiæ & Physices legentibus patens est. Ars verò nostra non nisi à sapientibus sciri potest. Qui igitur non liquefacit, & coagulat, multipliciter errat. Denigrate igitur terram, & ab ea separate eius animam & aquam. Postea dealbate & inuenietis quod quæritis. Dicitur vniuersaliter, quòd qui terram denigrat, & album ignem dissoluit, donec fiat sicut gladius denudatus: & qui de albato rei animam induxit, totum quia in rapido igne figit. & postquam liquefactum fuerit, felix dici merebitur, & super mundi circulos exaltabitur. Explicit, & qui sciat, sciat quæ dixi, &c.

SECUNDVS AD
EUTHICIAM.

SPECVLARE figuras initio libri nominum, & meditare quare hic posui. nihil enim eorum posui, nisi ad eorum quibus eget cōparatio. Ista est secūda expositionis epistola nominū alienorum Rosini ad Euthiciā, & est per quaestiones & responsiones. Illa enim ait: Quid est sulphur incombustibile? Respondet: Est illud quod aduersus ignem pugnat, & ipsum sustinuit, & argenti viui Cambar, id est, humiditatem suscepit. Quare Philosophus sulphur incombustibile scilicet nuncupauit. Quid est Cambar? aqua mixtum à permanenti: nam priusquam pennixtum & coniunctum aduersus: Narra igitur mihi, quare dixit Hermes in libro suo omnium bonorum Clauem vel Philosophorum librum nuncupauit? Respondet: Eò quòd qui inspicit in lib. Hermetis, vbi climata descripsit, terras, regiones, montes, metalla, spiritus, aquas, pulueres & eorum sapes: aquas, & eorū vires, artis compositionem, his intulit, & alia inutilia interposuit, scientibus ea ab arte discutere, hanc maximam scientiā agnouit, veras naturas aquarum, virtutes homines ignorauerunt, & ea quæ in eis sunt optabilia. Ideo quæ inquit omnium bonorum Clauem esse. Et verum idem est. Illa dixit: Quare vocant vaporem spiritum & animam esse? Respondit: Scito quòd Bilonius a te alios dixit: Spiritum humidi esse nigri, ventris immaculatum, & homini comparauit. dixit enim hominem esse humiditatem, sicut & spiritum, similiter hoc opus, quod Philosophi celauerunt, est vaporis arcanū & aqua, id est, spiritus. Sublimatio est extractio cineris, à cinere vapor enim nō vertitur: & non dixit vapor quousque spiritum in ipsum ingrediatur tingens & fortis. Huc aduersus ignem bellator, qui ex fortissimo extractus est. Et illa quidem significat. Hermes enim dixit: Ponite ss. in petia spissa, & pone eas ad coquendū in igne. Respondet: Notandum quod Philosophus humorum materiæ nuncupauit. s. id est, Spiritum extra-

ctum, & vas petiam, & naturam species, eò quòd na-
 tam germinet & floret, & ex ea vena illum exit: ergo
 prima, s. significat species, secunda, s. significat spiritus.
 Quare Democritus ait: In humiditate abluc, & ab-
 lue humiditatem quousque eius nigredo ingrediatur.
 Ad quid Philosophi pecuniæ nigredinem illam nigre-
 dinem vocant, nulli verò vestrum auis vultum. Illa
 dixit: Diuersitas nominum errare me facit. Respon-
 det: Ne cogat te errare quòd vides, misce sic cum hu-
 mido, quousque anima spiritum, scilicet conceptum
 desiccet, & sugat in suo ventre: quia anima à spiritu e-
 xiuit, & anima à spiritu viuit. Si igitur velis Euthicia ea
 quæ tibi narraui certificare, accipe alumen marium,
 id est, Spiritum humidum: desicca, id est, in puluerem
 sublima, putrefac, vt modò liberetur à fæcibus, & ab-
 luta humiditate, scilicet supplete aquosa, tenue est, id
 est, subtile: exinde terram extrahis, id est, fige, & caue
 ignem in regimine aquæ. namque inimicus est, quo-
 usque sibi ipsis placabiles fiant, scilicet per fixationem.
 Et scias quòd si ignem & aquam facias esse concordēs,
 id est, spiritum volabilem fixum feceris, scilicet ma-
 re humidum opus tuum, Deo fauente, emendatur. Et
 scito quòd non comburitur simul sapulo, verum pau-
 latim, id est, non figitur simul totum vno regimine. Et
 quid quòd dicit comburitur? id est, figatur ipsum, in hu-
 morem occultetur: nam cum figitur, humor occultatur,
 id est, spiritus quousque fumat totum & simul incidat,
 id est, fixum fuerit: & quanto magis coquitur, tanto
 magis inspissatur, scilicet continens & contentū, quo-
 usque inde vnum fiant, quæ sunt nostrum æs. Amplius
 autem oportet prioris decoctionis ignem leuem esse:
 hoc est in primo, quando volatile adhuc totum est,
 quousque igne vtatur, & implacabilis fiat. Deinde
 ignem paulatim augmenta: quia quòd plus decoqui-
 tur, tantò plus figitur, &c. Et illa: Patrefac igitur quòd
 Syrnas Philosophus ait, quòd res est vna in qua sit to-
 tum quòd operaturū est: quòd nisi insit, nihil inuenia-
 tis. Respondet: Iam tibi demonstraui, quòd qui in hanc
 artem ingrediatur, nihil adinquirit, quàm res in aurum
 vertere, tu aurum nisi aurum in aurum ponas, id est: fer-
 mentum

mentum præparatum, & in lapidem Philosophorum positum, nihil habes ex eo quod à Paulo multum exit. Et illa: Si mundi habitatores hæc scirent, eorum aurū vtiq; multiplicaretur. Respondet: Ecce tibi notificauit. Et illa: Nihil mihi tum profuit. Respondet: Propter tuam ignorantiam & insipientiam, huius regem qualiter proxima immiscentur apta, non inconuenientia. Et illa: Cur aërē Philosophus narrat complexionē? Respondet: Hoc ad compositionis cōparationem posuerunt. Et illa: Qualiter hæc descripserunt? Respondet: Nisi duobus tenuissimis humidis continens fuerit aliquid quod ea placabilia faciat, pereunt, & ignem fugiunt, & coctionem sustinere nequeunt: & nisi decoctionē sustinuerint, nihil ex eis vtile procedit, eò quòd siccitas humiditatem diligit, & calor frigus. Similiter Lunæ & Stellarum splendor ex Solis est lumine, maxime verò, & propriè Lunæ, quæ magis ex Solis lumine sumit: quare nocte lumē eius multiplicatum est. Similiter omnia ex radice sumunt vires. Et illa: Expone igitur mihi quid sit hic miles victor duorum roboratus, multi precij & intentissimi roboris. Respondet: Ille est perforans corpora. Et illa: Qualiter corpora perforat? Respondet: Erat enim corpus, deinde illum limatio in animam vertit cum cæteris animalibus: quare velociter corpora perforat cū ei obuiat: & est albus apparitione, rubeus experimento. Et illa: Qualiter fit rubeus? Respondet: Iam tibi significauit, cum esse marem qui elicus Lunam duxit in vxorem, quā nonnulli putant aurum esse preciosissimæ connexionis, cuius congelatum nunquā dissoluitur, neq; vestigia delentur, quod Deus sanctis Philosophicis & electis largitus est. Scito quòd natura cœpit comparem vt inimicum. Et illa: Quid est natura quoque extraneum? Respondet: Natura est venenū. Et illa: Quæ propinquitas est inter ea? Respondet: Dimitte, ne quæras à me eorum propinquitatem, verum huius rei perfectionem. Si quid huius rei interponis, erras. Et illa: Necessè est vt dicas. Respondet: Propinquitas in terra existens est, quod sulphur putrefactum fortissimum est, & aduersus ignē pugnans, quod continet & continetur: ex his namq; coniunctis color

preciosif. exit, & nunquam potest sulphur quod naturaliter fugit postea fugere. At illa: Quare hoc? Respondet: Eò quòd perforauit eum anima similiter & perforauit & mixta est anime tinctura corpori, & corpus animã continuat & naturale fugere prohibuit. Et illa: Expone igitur mihi, Rosine, dicta tua, scilicet quòd artis auti arcanũ fit ex masculino & foemina: masculi autem dispositionem nobis in plumbum demonstraſti: foeminae verò dispositionẽ in Auripigmento nobis dicturus es. Respondet: Etiam accipe Zandarich, & plumbo misce, tunc foemina Masculi vim recipiens lætatur, eò quòd foemina masculino roboratur, masculus verò tantum animam sumit, & dominam vertit. cum igitur ea cõmisceas, in vasculo pone vitreo & Ethelie tere & acetõ, & coque per dies septẽ, ac arcanũ ne fumiget custodi, & dimitte quousq; alteretur. Et illa: Expone igitur mihi quid boricis maximam vim habet cum cibatur & desiccatur: iam utique dixisti nummosum quousque in puluerem vertatur, & imbue aceto, & coque quousq; acetum deficiat per &c. His peractis inuenies ipsum coruscantem marmoribus similem: tunc congela & coque quousque boricis tota vis diruatur. At illa: Fortẽ hoc est, quod Philosophus ait: quod cum bene diruitur, maximum exinde fit arcanum. Respondet: Etiam illud est quod Democritus ait: in plumbo coque ipsum, quousque rubeum fiat, & pone ei desuper de coagulo: ipsum diminuit, trituratur vel augmentat, eò quòd (post 123. dies diminuitur & in 2 augmentatur. Hic igitur est initium & finis. Et illa: Expone igitur quod dixisti mihi. Respondit: Ecce tibi modum in ferro descripsi: Accipe ergo ipsum, & due in laminas ac acerrimum acetum operare quousque laminæ confringuntur, & totum ferrum in cinerem vertatur. Item notandũ quòd hoc eorum ferrum viribus est duorum, masculi utiq; & foemine, cui maxima vis est: nec reor Philosophum ferrum voluisse: verum rem ferrum nuncupauit: idem namq; ait: Noli ponere de opere tuo, nisi de hoc ferro, secundum autẽ tuum nõ dirigis propositũ, quod est ferrũ. Et illa: Notum sit quòd Philosophus Borinem plumbum nuncupauit, eius autẽ incenditur
albedo,

albedo, & sic lapis frangibilis lapis dicitur Abelis, qui commiscetur aceto & fit lapis, eò quòd opus nostrum est, & in eo est masculi vis & fœminæ. Sequitur calcinatio corporis. augmenta ergo eius ignem, quouſque totum diruatur, & eius strepitus auferatur, & fuit ſpiritualis, & miſce ſulphur incombustibile, & coque per dies quouſque areſiat, & humor conſumetur, & poſtea deſeruit eſſe corpus: ipſum cum aceto imbue, & fiet iccir. rurſum imbue & coque, & vaſis os claude ne acetum conſumetur, & coque per centum quinquaginta dies, & inuenies iam peractum, quid in eo eſt, mas & fœmina, alia vis. Item illas partes per ſe dealbant, eò quòd altera eſt anima, altera corpus: & anima cum corpore incarceratur. ab eo in corpus vertitur, & cum moritur, fit ſpiritualis, & anima vocatur ſtannum quod ſic fit ſpirituale, tum cum corpore moritur: cum autem fit ſpirituale, & imbuitione & decoctione regitur, tingit nummum & vertit in Solem. Et illa. Expone quod dixiſti: quia niſi candidetis, rubeum minimè facietis. Reſpondet: Libenter, duæ namque ſunt naturæ, rubea & candida: rubeum igitur dealba, & album in rubeum verte: Hic lapis multis modis fit, nonnulli tamen eorum vires eius ignorant, qui operantur hunc lapidem, inſpicere cum ea quæ ex mortuis extrahuntur metallis, quæ quidam Philoſophi Cor Solis nuncupant. Et illa: Quid eſt Cor Solis? Reſpondit: Puluis. Et quid eſt puluis continens & contentum? Et quid eſt contentum? Reſpondit: Lapis qui non eſt lapis, quod priùs à me quæſuiſti. Et illa: Quis eſt masculus ex eis? Reſpondit: Rubeum. Et illa: Quis fœmina? Terra nigra. Et illa: Faciunt ne illa, vt alijs non indigeam? Reſpondit: Oportet te habere emendationem. Et illa: Qua indiget emendatione? Reſpondit: Continente. Et illa: Quid eorum eſt fortius? Reſpondit: Lapis qui non eſt lapis, fortior eſt altero inimico: rubrum verò eſt fortius illo, quod ſua fortitudine ſocios roborauit. Et illa: Quid eſt continens? Reſpondit: Illud fugans eſt, quod ſuos ſocios fugientes facit. Et illa: Qualiter eos fugientes facit? Reſpondit, cum eos in ſpiritus vertit terrenis ab eis ſeparatis. Et illa: Qui colores ſunt his ſupereminentes in

corpore? Respondit: Albedo. Et illa: Vnde venit illa Albedo? Respondit: Non ex vna parte tantummodo scilicet supplete, reiteratione, verum ex pluribus. Et illa: Fortè ipsa est, quæ aurum in nummos vertit, quia operis emendatio est albedo. Respondit: Hoc est eius initium & non perfectio. Et illa: Amplius adde mihi describendo. Respondet: Est lapis in se gloriam habens & colorem. Et illa: Vnde venit eius color? Respondit: Ex eius intensissima amaritudine. Et illa: Vnde venit eius amaritudo & intensio? Respondit: Ex eius metalli impuritate. Et illa: Nunquam eius color rubeus supereminet? Respondit: Etiam. Et illa, nunquam etiam & igne calidior? Respondit: Ignis ad respectum illius est tanquam aqua ad respectum ignis. Et illa: Igne ne est fortior? Respondet: non. Et illa: Quare ergo asseris eum igne esse fortiorem? Respondet: Eò quòd ignibus sibi ipsis obuiantibus alter alterum comedit. Et illa: Vis eius hæc æstus patens hominibus? Respondet: non. Et illa: Quare ergo ipsum ignis roborauit? Respondit: eò quòd anima ignis in anima eius occultatur. Et illa: Hic igitur lapis spiritualis est. Respondit: non nosti hoc, quia spirituale spirituale roborat, cū eius sordes, & eius superfluitates comedit & separat ex eo? Quod dixit ignem eum roborare: Pone igitur augmentum mihi notū. Respondit, libenter: Nonne vides qualiter Petroleum si manibus tangatur, non comburit: si verò igne tangitur, nihil tangit quin comburatur ipsum. Et illa: Lapis igitur qui videtur non comburit nisi igne? Respondit: Etiam quemadmodum Petroleum, nisi igne. Et illa, hic ne lapis omnia comburit? Respondit: Non, in ea etiam plures sunt vniuersales & naturales utilitates, quarum maxima est in hac arte. Et illa: Expone mihi quid hæc terrena fugiuntia vertit. Respondit: Illud est vapor. & quid est vapor nisi minimum eò quòd ignem sequestrauit, ne flores comederet à suis fructibus quos practica fructura priuauit & asperitate superante eorum colores decorauit? Et illa: Quomodo factum est? Respondit: Eò quòd secum mansit, cuius vires non comedit. Et illa: Comedit ignis aliquid ex ea? Respondit: Etiam comedit eius sordes & immunditiam,

uem, in eo existentem. Et illa: Quæ immunditia erat in eo? Respondit: Qua homines ipsum vilipendunt. Et illa: Cur ipsum vilipendunt? Respondit: Eò quòd eius tincturam perficientem ab immunditia eius sibi nocentem sequestrare nequiuerunt, sed eius, quod in eo est vtile acceptio, & noxij expulsio, eos fugauerunt homines, etiam ipsum tegunt, nec vsque modis, nemo tamen perficit tegenti, nisi eius immunditiem ab vtilitate sequestraret, & vnicus est definitione, compositione verò minimè. Et ideo factus est vnicus, eò quòd natura in se rerum coadunat. & factus est vnicus, quia in fine prioris operis coniunguntur, & fiunt vnum, quæ nomina & hoc vnicum emendat sublime, illud quod sua bona dedit sua prodigalitate, & optat commixtionem sui vaporis magno desiderio, & optare ipsum fecit sulphuris sulphuri obuiatio. Et illa: Nonne illa sulphura sulphuribus continentur? Respondit: Etiam. Quid illud est, natura naturâ lætatur, & natura naturam superat? Respondet: Iam ipsum totum habes, & peractum est tibi quod demonstraui per hæc verba, natura naturâ gaudet, & natura naturâ continetur, totum his breuibus verbis Philosophus rationē habentibus opus peregit. Vbi reiterat dicta, in prima compositione moritur & dirimitur, & eius color in nigredinem vertitur. & dicit ibi, quod nullus est lapis, qui generetur in arte, nisi hic, quem Philosophi ex rebus suis composuerunt. Ecce potentes lapides, colores demonstraui, quod videtur tibi sufficiens, & dixit. caute ne tingens anima vos fugiat: quia debet misceri corpus. Et dicit, & benè tum regimè ipsius coapta, & ignis quantitates in altera compositione. & dicit, anima, & Cor sufflatur colla auri, fermentum auri, semen auri, & flos auri est, aqua sulphuris per ethel à cinere extracta, & cum anima corpori miscetur, fugere nequaquam poterit, & cum à sua transmutabitur natura, corpus fiet. Et tunc hoc intellige, cum dicitur: Vertit corpora in corpora & incorporea, per hoc non quia idem intellectus est, & hoc non initio erit, sed in fine erit. incorporea corpora fiunt per aquam per quam mundificantur, & etiam corpus spissitudine priuant. Et illa: Nihil inuenimus agere vt ignis, exce-

pto eò quòd fit ex aqua sulphuris, & vocatur Falla, & nostrum est fortius omni igne. Item de lapidibus hæc res prout ignis agit & operatur, & nihil ea melius: quare Maria venenum ignis rem ipsam nuncupavit. Et illa: Hæc igitur res nomine corpore carentes, post hæc corpora fiunt, in principio intelligo. & dicit: Eorum autem omnium rerum à me descriptarum, quas nondum vidisti, titulus utique sulphuris est. Omnia quoque alba descripta, sicut aqua sulphuris & magnesiæ compositæ dealbatio fit sulphuris albo, & albo composito, cum dealbatum fuerunt hæc nomina comprehendit & scito quod acetum, aqua & omnis humor, quam Philosophi nuncupauerunt, dissoluendi vim habet, liquefacere verò ne quid, sed tinctura & plumbum aëris liquefacit & congelat. Respondit: Eò quòd in hac aqua multa sunt coadunata, quæ ad corpus liquefaciendum, & ad perfectionem perueniendum, si benè regis, eam aquam roborant. Et illa: Ergo expone mihi quæ dixisti, quod ex omni supposita re, cuius rei homines conantur inuenire, perficiunt & emendationem, quousque perficiat fit opus: & per ipsum. Respondit: Tu quæris ea de quibus sperabam Philosophorum dicta tibi satisfacere, tibi tamen à me quærenti exemplum positurus sum. Ad æris plumbum faciendum omnimodè, quod nequaquam à me quætere proposuisti. Et illa, non quæsiui, quia omnia ex eo oportet fieri & per ipsum, volo tamen ut posteris exemplum sit: dic ergo potius. Respondet: In principio tibi ex lignis, artifices enim in ligno vel in lapide fissuram inuenientes ex puluere illius ligni aliquid accipiunt, & collæ miscent, ac exinde illam fissuram implent vel lapidem, & fit eius color sibi similis, ita quod nemo videns ipsum abhorreat. Carbumuta verò hominibus euenientia prohi medentur Philosophi carnem capientes & sanguinem, vel stercus hominis, quibus illa medentur & curât. Cæterum nauium possessores suarum nauium tigna earum regunt guma lapidum, & lapidarij cum in vno quoque lapide foramen inueniunt, illius lapidis farina cum colla illud implent, tunc fit sibi simile. Item similiter molendinarij sua regunt molendina: accipiunt enim aliquantum de lapide

lapide molendini, & terunt, & colla conficiunt, deinde ei coniungunt. similiter quemlibet lapidem regentes ex eo aliquantum terunt & collæ miscent similem habenti colorem. Similiter vasa figuli componentes, cum quædam vasa eis franguntur, terunt igitur figuli fractiones, & collæ miscent, deinde solidant. similiter omne opus existens in terra ex ea colla & per ipsum fit, ac in nostro opere oportet eos qui plumbum æris regunt, terere & collæ miscere, quæ plumbo æris conuenit, deinde accipiunt florem æris cui simile quid conatur tingere. Ego autem volo exempla tibi multiplicare. Inspice satores qui seminant, quicquid eis ex. * Et illa: Quem cum de aqua viua interrogassem te de proprio, & epistolam mihi scripsisti non parum obscuram, volo à te quærere ea quæ intellectus meus penetrare nequit. Respondit: Quare de quolibet. Et illa: Quare Philosophi artem ponentes operum, opus tincturæ nobis eam nuncupant? Respondit: Vt vulgus seducant, ac magis errare faciant. Et illa: Quid dixerunt, pone in aceto laminam ex duobus existentem corporibus? Respondit: Hoc dictum est pro laminis, nec vllò ab eis nuncupato. Iccir namque significat. Democritus autem ait: In arte auri, quod dragantum solum vertit aurum in rubiginem. Et illa: Cur ergo Ebur & lapides narrant, ac ossa? Respondit: Iam didicisti quod super hoc respondi: notum habeas, quòd aqua viua fictum nomen est: venenum eorum, quod est aqua sulphuris, eò quòd aqua eorum cum illa coquitur cum corpore, corpus penetrat: quare ipsum venenum nuncupant, eò quòd ineat per corpus Philosophorum, vt venenum per corpus hominum. Marian autem hanc aquam narrans ait: Congelate terram aqua graui, hoc autem sit in prima compositione. Dico autem tibi, quòd aqua sulphuris est aqua viua à plumbo æris extracta, quæ omnia liquefacit & congelat. Primò namque omnia decoctione disposuit, deinde congelat, alieno non ingrediente ei. Et scitote quòd hæc aqua continet omnem tincturam sibi mixtam. Similiter illa gümma, nostra esto aqua viua. Et illa: Hæc aqua viua est ne vnica? Respondit: Non. Ideoq; in omni opere ipsam tincturam nominamus, vi-

delicet inter lignorum communium, eburis ossium, cutis, pili & figuli: his enim omnibus illam viam nuncupamus aquam, eò quòd vbicunq; ponatur, ingreditur, perforat & mundificat. Et nomina ei diuersa postquam composita est de suis speciebus, & decocta imposuerunt, & vocatur gumma. Accipite gumma spinarum & Amygdalarum, & intro vrinæ lactis ac herba maximè in qua nihil aliud quàm crocus est sublimis, eam miscete. Nonne vides qualiter Hermes gratia trinus testatus est, gummam esse compositionum: eius namq; compositio est: & prius opus peragentes, eam custo diunt: cùm verò libet ei tincturam miscere, & exinde propositum operatur. Et scito quòd spiritum Lunæ, & omne album ex plumbo æris componitur ex speciebus (spiritibus) miscetur, deinde regitur, & exinde tinctura extrahit, quæ est lapis nitidus macula carens, quo nihil est fortius: & suis speciebus (spiritibus.) Ait Agadamon: Nolite Chymix nostræ plura imponere ne extinguatur. Iam igitur significavi artem gummx per se existerè sigillatim, & eam esse compositam, eiusque confectioem oportet sigillatim fieri. Ideoque tibi significavi, quòd ipsi fortè ipsam custo diunt regimine peracto priore: cùm verò ea opus habent, eam scilicet continentem, miscere tincturæ: id est contentum eius cui volunt simile quid agere. Et scito similiter, nisi gumma humori misceatur, comburitur & comburitur, ideoque prisca Philosophi eam humori leuiter coqui iusserunt: quousque leuiter exinde anima tingens operi nostro conueniens extrahatur. Et scito quòd ipse vnuscuiusque lactis terræ, ac cuiuslibet albæ creaturæ nomine, ipsum nuncupauerunt humorem. Principio autem tibi, vt cùm eam coquis, ponas cum Lamina humorem, quântum eam cooperit, & coque leuiter, quem admodum Philosophi tibi iusserunt, quousque eam facias gummam peractam incombustam & inuiolatam. Fella est fictum nomen aquæ Sulphuris, aquæ verò sulphuris, est similiter fictum nomen: qui potest his fellibus per quadraginta dies corpus putrescere, quousque coquendo alteratur, facit venenum tingens, quòd nunquam deletur, facite venenum fellibus florem, & scito
te quòd

re quòd si ignem facias, intensiorem herbarum combures flores. flores coque aqua maris, ne Solis calore comburantur. Si autem partem coquas, indelebiles flores fiunt. Et scito quòd mare nostrum rubeum omnium marium est tingentius, & quod venenum cum coquitur & putrescit ac tingit, omne corpus perforat, quod Philosophi omnes lapidis nomine nuncupant Iacinti, Smaragdi, mechæ & terra. Hoc igitur frater arcanum ex gumma fit Philosophorum, & non est ex venis prout putasti. Iam frater tibi demonstravi gumma lapidis & elementa habentis, quorum colores diuersi sunt: qui quantò magis coadunantur & reguntur, tantò magis in vnum vertuntur colorem, quem Philosophus omni nomine nominauit. Recipe ex in mari existentium omnium cœli volatilium, & omnis terræ lapidib. Et illa: Expone igitur mihi quod dixit: Sputum Lunæ, & gumma sunt compositum. Respond. Hoc à sapientibus nouimus cum dicunt: Accipe spiritum Lunæ ac gummam, ac simul liquefacite: postquam autem liquefiunt, non iusserunt nos rubra facere, verum eorum flores extrahere asserunt. etiam eam liquefiunt apud coniunctionem ipsam, sunt arcus aquæ coloribus pulchriora, & omnem continent colorem eis illatum. Cum enim coadunantur, fit vnus eorum color. Suscipe quod Democritus posuit in epistola quarta: in ea nãq; terram sulphuris aquam posuit, quæ ex aëris plumbo extrahitur. Asserit etiã quod nihil fit nisi ex ipsa. Sputum igitur Lunæ & gumma cõposita sunt. Et illa: Nonnulli quidem dicunt quod oportet res accipere coctas. Responde eis qui hoc dicunt: Cur igitur Philosophus nõ inquit in suo opere, accipere argentum viuum rubeum & in corpore Magnesiæ congela, magnesiæ inquam rubræ? Et illa: Verum dixisti & optimè. Responde: Nonne vides qualiter ait. Accipe argentum viuum, & in corpore Magnesiæ congela? Et illa: Verum dixisti & optimè. Respondit: Nonne vides qualiter ait: Accipe argentum viuum & ei corpore Magnesiæ congela? Illa autem magis nouit quid dixit, & qd agere se oportet, omnia tibi exposui, & quod in vno loco causa inuidiæ celauit via metus, in alio loco huius epistolæ tibi exposui, &

nihil dimissi obscurum, & quid ipsis significant nominibus patefecit, ita ut hoc arcanum non insipientibus patefiat. Et illa: Expone igitur mihi. Cur Philosophus postquam nummum aureum nominaret, æs nuncupavit? Respondet: Ut scias quod æs apud se est rubeum, & nummus & aurum. Igitur apud se est aurum, nec femina. Respondendum non, sed nomen fictum. Et illa: Nummus igitur quid? Respondet: Non est nummus nisi ficto nomine. Et illa: Aes igitur? Respondet: Est æs verum cum dealbatur, & fit rubcū. Philosophus namque cum dealbatum est, & cum rubificatum est, aurum ipsum dixit. hoc autem æs quamplurimi ignorant: qui verò ipsum nouerit, machinatur in regendo, quousque confectionis colorem exinde in laccis operetur, & auri nunquam colorem in laccis auro & nummo miscetur. Et illa: Expone igitur mihi quod dixisti, quod Philosophi duos modos in libris suis posuerunt: Vnum verum, Alterum verò falsum. Respondet: Notandum quod ad verum describendum, nunquam verbum vnius posuerunt, quin plurima cum eo falsa ponerent, & simulatis nominibus ipsum transfigurarent: quare neminem inuenimus merum verbum posuisse à falso denudatum, excepto hoc, cum inquit: Scitote quod nulla tinctura fit vnquam nisi ex rubeo lapide. Cæteri autem Philosophi hunc lapidem dissimulauerunt nummum, paucos eum liuidum, rubeum, colorem pomorum, coloratum floris, viridem, citrinum, croceum, & nigrum, & omnibus notificauerunt coloribus. Et illa: Quam studiosius hunc lapidem celauerunt? Respond. Ipse est clavis operis. Terram autem celauerunt multiplicatione nominum, sicut & lapidem, inquentes esse arenam. eò quod ipsa est, qua colores ex suis extrahuntur elementis. Optimum æs apud nos est rei, & qui noscit æs rei in sua angustia moritur. Absconde igitur ipsum similiter, si queas, & scito, quod forte melius eò quod in venis suis exigerit. Et inspicere Fella auro mixta & minus ipsa, namque quæ tuæ compositionis perfectio sit, rem tibi demonstrat. Et scito quod nisi aliquantum sit huius naturæ, in vnoquoque Felle quo huiusmodi æs in terra vtuntur, non habebit robustum splendorem,

dorem, nec permanentē. Oportet te igitur in vnaquaq; compositione exinde habere quod ipsum decoquit. Et scito, quamuis roborare oportet te argentum viuum, accipere, & cum sulphure coquere: & si vis, pone de ipso in vitreum vasculum, fluet, absorbet. Statim autem tibi narraturus sum, in proprio loco qualiter absemet operatur. Misce igitur absemet argentum viuum & sulphur (magnum enim quid operatur, & potissimum si argentum viuum de stanno fuerit) tunc primum argentum viuum secundum argentum viuum censetur. Et scito, quod Mors mathe non fuit ex Ioue. Nemo igitur sapiens iactat se scire plumbum æris, colorem æris & scutum, quæ non alteratur, nec dissoluitur nec variatur. Hoc igitur est quod Maria ait: Congelate lac fici in gummm. Coagulatur enim prout coagulum lacte rosarum: & putrescit per plures dies, nec te tædeat. Et scito quod res quæ dealbantur æs, intrinsecus, & extrinsecus sunt, quæ ipsum tingunt intrinsecus & extrinsecus: quare scilicet descripsimus in venerabilibus libris nostris, de primo ad Sarratantam, & alijs nihil aliud nisi verum posuimus. Et illa: Igitur expone mihi quod dixisti, neminem Philosophorum inuenisse, qui eleuatum in affirmatione vno nomine nūcupauit. Respon. Nunc & hoc ipsum dico, æs tamen corpus magnesiæ argentum viuum ipsum vocant. Et illa: In hoc igitur est verum? Respondet: Minimè. Et illa: Quare? Respondet: Eò quod ista nomina sumpta sunt, ab his qui in eo composita sunt speciebus, eò quod argentum viuum non fit, nisi ex corporibus liquefactis. Ideoque Democritus ait: Cambar & argentum viuum ex corporibus extractum. Et illa: Expone mihi a quam sulphuris mundam, quæ est omnia. Respondet: Iam tibi notificauit, quod si aquam sulphuris aptè opereris, aurum exinde facies, aurum inquam purpureum, quod est intentionis perfectio. Et illa: Quid igitur Philosophus ait, quodlibet corpus dissoluere, & omne corpus tingere? Respon. Aqua sulphuris munda, quod tingens est & tinctura. Et illa: Qualiter tingitur? Respon. Tingitur in putrefactione. Quomodo autem tingit? ait, coque ipsam in igne stercoreis. Tingens igitur & tinctum per ipsam fit, in qua est

tingtura cuiuslibet corporis. Certum igitur habeas, quòd nulla tingtura fit vnquam, nisi per aquam sulphuris mundetur.

R O S I N I A D S A R-
R A T A N T A M
E P I S C O P U M.



VENERANDE Pater, aures inclina & intellige dicta mea, scilicet quòd materia omnium metallorum, est argentum viuum decoctum, & imperfectum in ventre terræ, calore sulphureo decoquente, & secundum veritatem sulphuream in terra diuersa procreantur Metalla, cum sit eorum primordialis materia vna, & eandem naturaliter, sola actione, videlicet, maiori & minori, adueniente, vel non adueniente cum temperantia: & in hoc omnes Philosophi cõcordant. Et hoc demonstrabo tibi: quia omnis res est & fit ex eo, in quod resoluitur, vt glacies cum mutatur, mediante calore in aquam mutatur, ergo prius fuit aqua: sed omnia metalla vertuntur in aquam argenti viui: ergo prius fuerunt argentum viuum. modum autem quærendi, eos in argentum viuum inferius demonstrabo. Hoc posito soluitur opinio eorum qui dixerunt, species metallorum transmutari non posse, verum est vt ipsi dicunt, nisi primo reducantur ad eorum primam materiam. Reductio verò eorum in primam materiam est facilis, ergo transmutatio etiam possibilis. Patet hoc. nam omne crescens vel nascens multiplicatur, vt patet in hominibus, animalibus, arboribus: quia sicut ex vno grano mille grana procreantur, & de vna arbore infinita procedunt, & diuersæ fiunt arbores, etiam sic mineralia multiplicantur cum in terra nascuntur.

Ex prædictis patet subtili intuitu, Philosophum verum dixisse in suis verbis obscuris, licet autem dicat, quòd lapis noster est ex quatuor elementis, & ipsa elemento comparant, vt postea ostendetur. Qualiter autem ibi quatuor elementa sunt, dixerunt quòd lapis noster est ex corpore, anima & spiritu, & verum dixerunt. nam

runt. nam corpus imperfectum comparant corpori perfecto: quia est infernum, & aquam spiritum dixerunt; fermentum verò animam dixerunt: verè spiritus est, vt suprâ dictum est: quia corpori imperfecto vitam tribuit, quam prius non habebat, quamuis imperfectum videbatur, tamen ei vitam tribuit, & in meliorem formam producit. Et nisi corpora vertantur in non corpora, vel non corpora in corpora, nondum operandi viam inuenistis. In hoc verum dixerunt: nam primum tempus fit aqua, hoc est, argentum viuum: & sic fit incorporeum: deinde fit corpus. Et quidam conuertere naturas, & hoc est verum. nam in nostro magisterio primò facimus de grosso gracile, de corpore spiritum, & postea de humido siccum, de aqua terram, & sic conuertimus naturas, & facimus, & quòd inferius inferitur ad superius, vt spiritus fiat corpus; & corpus fiat spiritus, & sic in principio operis nostri in solutione laboramus, & illud quod est inferius ad illud quod est superius, & totum vertitur in terram patet ergo quòd lapis noster est ex quatuor elementis. Est autem corpus; anima & spiritus & aqua lapis noster, vt dicunt Philosophi, & fit in vno vase, & verum dixerunt. nam totum magisterium nostrum fit cum aqua nostra, & ex ea. Nam ipsa corpora soluit, vt dictum est, non solutione prout credunt quòd vertatur in aqua nubis, sed solutione vera Philosophica, vt vertitur in aquam ex qua fiunt metalla, & tunc ipsa calcinata, & in terram redacta, ipsa eadem corpora in cuius rem transfertur, & ea in se incærat, substantit, & dealbet ac mundificat Latonem iuxta verbum Morieni dicentis: Quoniam azoth & ignis, Latonem abluant ac mundificant. Latonem autem est immundum corpus, azoth arsenicum destillatū, & corpora diuersa coniunguntur, præparata modo prædicto, coniunctione tali, quòd non potest ignis potentia vel actu separare, ab ignis cõbustione. Et eorū mutatio in eisdē sublimat corpora, nō sublimatione vulgari, quam intendunt idiotæ credentes, quòd sublimare est superius ascendere, & ideo recipiunt corpora calcinata, & miscēt superioribus sublimatis, scilicet Mercur. arsenico, & faciunt per ignem fortem sublimari corpora: & ascendere

cum spiritibus, & dicunt corpora esse sublimata, cum suis delusi: quia inueniunt ipsa postea immunda. non enim est nostrum sublimare, sursum ascendere, & de crasso & corrupto terram facere nigram & impuram. Vnde sublimare apud nos idem est, quod subtiliare, quod totum facit aquam nigram. sic ergo intelligo sublimationem: quia multi in hoc facere decepti. aqua enim Mercurij dicitur, qui mortificat & viuificat, & apparere facit colores nigros in mortificatione, dum terram in aquam conuertit, & postea apparent multi colores ante dealbationem: Quorum vnus est finis, scilicet albedo: in cuius procreatione, aqua corporis fermentati. Ideo infiniti colores apparent, tot quot in mundo excogitari non possunt. Quidam vocant ipsam æs vnum. Eximundus in Turba, & Morienus: Scitote quod nulla sit tinctura sine ære nostro, & infinita posuerunt nomina, ne ab incipientibus perciperentur: quocunque autem modo ipsum vocarunt, vnum & idem est apud Philosophos. Et dicit Morienus: quod scientia nostri magisterij assimilatur ordini creationis hominis. Nam primò ibi est Coitus. 2. Conceptus. 3. Prægnatio. 4. Ortus. 5. Nutricatio. Hoc vnum faciam te intelligere, quoniam sperma nostrum est argentum viuum. Cum terra coniungitur corpori imperfecto quæ terra nostra dicitur: Quia terra est mater omnium elementorum, quem coitum appellant, dum terra incipit aliquantum retinere de arsenico secum: tunc dicitur conceptio cum masculus agit in foeminam. Et hoc est quod Philosophi dixerunt: Quoniam magisterium nostrum non est nisi masculus & foemina, ac ipsorum coniunctio, adueniente aqua, id est arsenicum, in terra crescit multum & augmentatur, & euenit, quando terra est dealbata, tunc prægnatio appellatur: quia iam est prægnans. Deinde fermentum tangit cum corpore imperfecto præparato, vt dictum est, quousq; fiat vnum corpore, specie, & aspectu, & tunc dicitur Ortus: quia tunc natus est lapis noster, qui vocatus est rex à Philosophis, vt in Turba dicitur: Honorate regem nostrum ab igne venientem, diademate coronatum, & educate vsque ad perfectam ætatem: cuius pater est Sol, mater

mater verò Luna pro corpore imperfecto: Solem verò pro corpore perfecto. & sequitur nutrimentum, vt magis augmentetur, quanto plus nutritur in lacte suo & spermate, ex quo fiunt abundè, imbibetur verò arsenicus sæpè ac sæpiùs, vtq̃ue bibat duas partes, & hoc sufficiat.

Descēdamus ergo ad practicam. Dixi ergo tibi, quòd omnium primò debent corpora ad primam materiam reduci, quod est primum opus. Accipe ergo libram ynam, ita quòd sit limatura munda, & misce decem libras cum arsenico, terendo, & incerando cum sale modico, quousque totum sit amalgama. Postea in alienis cum aqua sua benedicta terram in aquam resoluit continuis destillationibus, donec tota fuerit resoluta in argentum viuum. Hoc vocant primum opus. Secundum opus sequitur, & fit sic. Aquam hanc pone in vase fictili super ignem lentum, donec videas insuper sic in nigredinem apparere, quam remoue subtiliter quanto melius poteris, ita coque & nigredinem tolle, quousque appareat nihil nigredinis, sed aqua appareat clara. sic habes terram & aquam. Sequitur tertium opus & fit sic. Accipe terram istam, pone in vase vitreo, & superfunde de aqua benedicta, id est, quousque nihil emineat, vt natet super eum quatuor digitis, coque eam leni igne per vnum diem, & iterum aquam impone, & coque sic deinceps quousque terra fiat alba & clara, & hoc est quod Philosophi dixerunt. Hæc terra cum aqua sua putrescit & mundificatur, quæ cum putridæ fiunt auxilio Dei, totum magisterium dirigitur: quia mundificatur & dealbatur, vt dictum est: quæ cum prædicta terra mediante calore inspissata fuerit, decoquas cum forti igne in cucurbita cum forti alembico superposito, & terra in fundo remaneat calcinata. Nunc autem de fermento, quocunque volueris quartam partem sui adde, id est, si fuerit lib. i. corporis imperfecti ex fermento, sit quarta libræ. Fermentum verò est Sol & Luna, & non sunt alia fermenta. Et fermentum sic solutum, & terra factum sicut corpus imperfectum, eodem modo & ordine præparatum simul coniunge, & imbebe cum aqua prædicta per nouem dies vel plures, & tere cum

aqua sua, & imbebe & coque vt prius, & hoc toties re-
tera, quousq; duo corpora in vnum reducantur, quod
perpendes quando color non variatur. Demum sequi-
tur quartum opus quod sic fit. Iterum ergo tere eam &
desuper funde aquam prædictam per se paulatim, quo-
usque bibat dum bibere possit, semper eis dando nouā
aquam. nam in ista coniunctione corpora & spiritus
miscentur, & vnum fiunt cum eis, & conuertitur in na-
turas ipsorum: sic fermentum coniungitur cum corpo-
ribus prædictis mundatis: quod autem non prius con-
iungitur propter eorum immunditiam & grossitiem ac
in eis crescit, & suum augmentant numerum.

Num reuertar, Pater Reuerende, ad prædicta singu-
lariter applicatio super dicta Philosophorum antiquo-
rum, & verba ipsorum obscura in parabolis abscondita,
vt indices verba ipsorum Philosophorum, & intelligas
eos vera protulisse. Nam primum verbum nostri ser-
monis seu operis, est in primam materiam reductio: &
illud est quod Philosophi vocarunt solutionem, quod
est artis fundamentum, vt dicit Morienus: Nisi corpora
solueritis, inuanum laboratis. de qua solutione loqui-
tur Parmenides Philosophus in Turba: sicci quidam
olei solutionem audientes: & non ergo solutio Philo-
sophica est imbibitio aquæ, sed corporum in aquam
conuersio, vnde procreata fuere, vt gelu vertitur in a-
quam liquidam, ex qua primò fuit. Ecce per Dei gratiā
iam habes primum elementum, quæ est aqua ipsius
corporis in primam naturam redacta.

Secundum verbum est, quod fit terra. & hoc est quod
Philosophi dicunt: quia ex grossitie aquæ terra con-
creatur. sic habes aliud elementum, quod est terra.

Tertium verbum est, quod præcessit terræ mundifi-
catio, de quo dicit Morienus: Hæc terra cum aqua sua
putrescit & mundificatur, & tum munda fit auxilio Dei.
De qua Philosophus dicit in Turba: Iunge siccum hu-
mido, siccum est terra humida, aqua. Ecce iam habes a-
quam & terram, id est, terram dealbatam cum aqua.

Quartum verum est aqua, quæ poterit sublimari
evaporato, in aqua sublimatione affinatur ipsa terra,
cum prius esset inspissator cum aqua, & coagula, & ha-
bebis

bebis terram, aquam & aërem, & hoc est quod Philosophus dicit in Turba. Ipsum dealbatum subito igne sublimate ipsum, quousque ex eo exerabatur spiritus qui in eo viget, qui dicitur Anser Hermetis, & pullus Hermogenis: tunc remanet terra calcinata in profundo, quæ est naturæ igneæ. Et sic habebis in prædictis præparationibus quatuor elementa, hoc est, terra & ignis. De illa terra calcinata quæ est puluis, de quo tractat Morienus: Dicens cinerem qui est in fundo ne vilipendatis, est quidem in inferiori loco, sed est terra corporis tui, quæ est permanentium finis.

Postmodum cum prædicta aqua fermentum pone, quod Philosophi animam vocant: & hoc ideo, quia corpus humanum sine anima nihil est, imò est sicut terra immūda absq; fermento: id est, eius anima. Nam fermentum ipsum corpus imperfectum præparat, vt diximus, & ad naturam suam conuertit, & non est nisi Sol & Luna.

Istis appropriatis planè sicut ista Alus dominatur corporibus, & ipsa ad suas naturas conuertunt, & ideo fermentum dicuntur secundum operationem in eodem corpore: introducatur quæ est eius anima. Et hoc est quod dicit Morienus: nisi corpus immundum mundaueris, & in eo animam miseris, nihil de magisterio direxisti. Igitur fit coniunctio fermenti cum corpore mundato, & tunc spiritus cum eo figitur, ac gaudet cum eis: quia natura grossa subtilis est facta. Et hoc est quod dicit Constantius in Turba: spiritus non coniungitur corporibus, nisi putrefacta fuerint & deuadata, & per has coniunctiones maxima apparent mirabilia, ac omnes colores qui in Mundo excogitari possunt, quibus corpus imperfectum coloratur coloratione firma, fermento mediante: quod fermentum est anima & spiritus, mediante ea anima & corpus coniunguntur, & ligantur simul cum eo in colore fermenti: & sic vnum cum eis: id est, arsenicum in terra.

Deo gratias.

I N C I P I T L I B E R
S E C U N D U S.



EQVITVR quomodo termini per similitudinem intelligantur. Et scias prius quod contritio & dealbatio est necessaria, vnde quibuscunq; modis res dealbantur & conteruntur, vel subtiliantur, vel diuiduntur, vel separantur, vel quibus operationibus hæc fiunt, vel per quas res ab illis modis, operationibus & rebus receperunt similitudines. Et quia quædam res purificantur per distillationem, vt per alembicum aquæ: quædam per sublimationem, vt spiritus: quædam per solutionem, vt sales: quædam per abluionem, vt panni: quædam per combustionem, vt calx: quædam per diuisionem, vt metalla ab inuicem per cineritium: quædam per collationem, vt per pannum vel filtrum, vnde cum dicitur sublima, vel aliquid istorum intelligas, tunc quod debes dealbare per modum illum, de quo dicitur, seipsum soluit, seipsum abluit, seipsum congelat, seipsum dealbat, &c. quæ seipsum facit. & hæc est inspissatio earum, vel natura adinuicem & earum humiditatem, vt non extrahantur, vel dissipentur, vel ab eis per fumum dissoluantur, sed coagulentur: & hoc fit per suum dissoluantur, sed coagulentur valde, absconditur à Philosophis.

Quascunque actiones autem nominant, intellige semper hæc fieri, actione caloris ignis certi, qui non facit sublimare: quia ita lenis est: nec debes aliquem fumum naturaliter eleuare, propter sui debilitatem, vnde si talis est, vt quasi eleuat, nec eleuet bonum est. Et quascunque res nominant, per quas ista fiunt, scilicet albatio, contritio, semper intelligere debes naturas hæc facere, vel esse qui hæc faciunt, & illas esse etiam modum occultum Philosophorum, per quam conseruantur humiditates, & non dissoluantur ab inuicem, sed coagulantur. Nam se conseruant ab igne, & se coniungunt, dealbant, & coagulant. scias hoc, & hæc est doctrina generalis, scilicet de modo, actione & rebus huius artis,
& ad

& ad omnes libros huius scientiæ intelligendos ad faciendum Iccir: scias hoc. Sequitur de operationibus: Calcinatione vno modo fit ad sponfalitium, ad fermentum, ad corpus, nisi quod in calce Lunæ ad fermentum non debet esse res rubea, & fermentum est de albo, & ideo est per album, & calx partis ad fermentum. Ad eã non conuenit incerare, neque sublimare, neque indurare. Lauatio est, vt dixi, subtiliare naturam, & nõ partes ingrossare. Induratio est exercitatio: quia postquã ibi est multa humiditas, aufertur cum magna fortitudine siccitatis, & sequitur lauationem. Et inceratio sequitur lauationem & indurationem, quæ fit cum sale Ammoniaco soluto, & aquam lapidis sub fumo. Sublimatio sequitur incerationem, & fit cum quatuor spiritibus, sicut in alijs corporibus, & non mittitur in isto argentum viuum nec in alijs, sed cum sulphure auripigm. sale ammon. alkali, ac corpore taliter aptato, de vnoquoque tres libras. Postea sequitur solutio, & fit cum sale ammon. alkali. solutio de sale gemmæ, & solutum leuatur cum aqua salsa & dulci, donec fiat nitidum & clarum ac purum, vt debet esse. Tres res debes mittere in solutionem, rem quæ humectat, quæ diuidat, & quæ lauet, & cum illis fac omnes solutiones: scilicet humiditatem, lauationem, fusionem, calcificationem, indurationem, cerationem, & sublimationem: intellige hic illas res vnam esse in essentia, tres tamen in actione. Et solutionem finis sequitur operationis: quia omnia complentur per hoc, & est vltima de omnibus operibus. Scias præterea quomodo non recipiant se inuicem, nisi sint optime mundata: non enim recipit spiritum corpus, nec spiritus corpus, ita quod spirituale sit corporeum, & corporeum spirituale, nisi vitrunque eorum sit ab omni sordè optime & perfectissime prius defecatum: sed cum mundata fuerint, amplectuntur se, & fit ex eis operatio perfecta, & eriguntur corpora à spiritibus in examinatione, & spiritus tenetur ac ligatur cum corporibus super ignem. Qui hoc secretum ignorat, ab opere manum suspendat, donec ipsum sciat: quia non habebit suo proposito finem antea quàm valde nota.

Vnde dico tibi, quod hæc res est vna, vas solum, co-

ctio sola. iunge corpus animam, & coque donec moriantur: quia dicit Philosophus: Qui mecum moritur, mecum ponitur: ergo spiritus cum corporib. debent simul mori, & de spiritu & de corpore fit lapis, per decoctionem nostram cuius vna pars multas Philosopho congelat. Nota spiritus & anima cum extrahuntur à corpore, corpus remanet mortuum, redde sibi animam suam, ac tunc ruunt, & scias quod mortui resuscitati perpetui sunt. Item Sol & Luna preparata sunt, fermenta metallorum in coloratione. Et scias calcem Solis in aquam resolutam, & cum spiritibus congelatam, metalla præ cæteris partibus in colorem tingere. Nota etiam quanto aquæ cum quibus spiritus imbibuntur, sunt magis acutæ & penetratiuæ, tales meliores sunt. Item omnis putrefactio fit in humiditate, & omnis terra cum aqua putrescit. Item multæ sunt calcinationes, sed melior est cum argento viuo & igne: id est, cum aqua vitæ dum ablutus est, vt in primo dicitur, venenum mortiferum: ita multæ sunt imbibitiones: sed melior est argent. viu. scilicet quando corpus redactum est in argen. viuum. Dicitur etiã sanguis: Item Mercurius est spiritus & anima, & quando animam ipsius extrahes, sublimabis ipsum vsque sit sicut sal, & tunc est spiritus: quia anima, id est, humiditas recessit. si soluatur, post congelationem remanebit in eo humiditas: id est, vera solutio metallorum fit cum primario, in quo aurum in argen. viuum solues. illa est terra aqua corporis, & in illa putrescunt corpora, & dominus lapidum est Alocinem & vitriolum. Quando corpora calcinantur & soluentur cum spiritibus ablutis, & coniunguntur, tunc fit cõiunctio firma. Nota quod corpus cõuertitur in animam, & anima in spiritum: collige ergo spiritum, & animam, & adde quando necesse est, & cum ipsum solutum est corpus, tunc non requiescit spiritus, nisi cõiungatur cum eo corpore à quo extractus est ille spiritus: tunc enim tempore est elixir perfectiss. & dirigitur in formam fugitiui. & cum nigrum ad hunc modum peruenerit, ditatus est per hunc effectum spiritus, sicut Lapis ferrarius de quo ignis excutitur. Corpus ergo solutum congela, quod pulchrius est omni re mundi. Et nota, quod corpus non destillatur,

nisi

nisi prius solvatur: quia aquam ipsius non separatur ab eo, donec ipsum perfecte dealbet, vel rubificet. Multas vias probavi, antequam ad veritatem pervenissem, sed permisi eum in tantum siccari, & non potui eum plus siccare in die, quam ter.

EXPLICIT II. PARS.

ROSINI DE DIVINIS

Interpretationibus.



RIMò sciendum, quatuor esse modos principales elementorum, adinvicem convertendi, solvere, abluere, reducere & figere. Solvere est grossum in simplicum facere: abluere, obscurum in lucidum reddere. Reducere humidum super siccum, imbibere, figere volaturum, super corpus suum dominare.

Solvere ergo est dividere, corrumpere, & naturam primam facere. Abluere est in humiditatem destillare, calcinare. Reducere est incerare, imprægnare & resublimare. Figere est desponsare, solvere & regulare. Primum genus ergo operis Lapidis est dissolvere, secundum destillare, tertium calcinare terram & dealbare sublimando, quartum resolvere, destillare, calcinare, & recoagulare: vnde scire cum Mercurio sublimare, non est aliud nisi cinis qui dat quod non habet. Vel aliter, cum humidum radicale de auro extrahit, non est aliud nisi cinis qui non dat quod non habet: quia sublimatio tegit artem sicut palea granum. Et nota quod sulphur & sulphura, auripigmentum & auripigmenta, & zandarie, ista omnia sunt nomina aquæ divinæ, id est, Mercurialis perfectorum corporum, foliatæ, mundæ: cuius dealbatio est præparatio eius per sublimationem quæ est destillatio, donec fiat alba lucida, in qua non sint sordes, & hæc est sublimatio Mercurij, & zandarie. Sed ablutio corporis est reductio aquæ super illud tamdiu, quod non remaneat aliquid in eo de anima quæ est tinctoria, quod non ascendat cum spiritu. Cum ergo acceperis animam, & anima in ista aqua & nihil remansit ex ea in

corpore, tunc abluisti corpus à sordibus suis. Innuit per hoc Philosophus, totam extractionem totius ab eo, vt liberetur cinis à cinere mundus, in quo non sit pinguedo quæ prohibeat ipsum ab operatione, **QVI ME MISERCVLAM**: id est, me habentem materiam Mercurialem & lunarem, offenderit, scilicet ignis incensione & aqueitate mea: id est, mansione domus meæ disperferit: id est, exhalare fecerit, do plagā in faciem suā: id est, læsionem, quæ edentatos facit, & multas infirmitates generat per fumum per quem fugam capiet: id est, ab opere cessabit. vbi significat euitare ignis nimiam incensionem: quia in eo Mercurius est spiritus, qui si exhalauerit, totum opus cessabit. Et qui me habentem Lunarem & Mercurialem materiam de loco meo: id est, de corpore æris abstulerit: id est sublimare fecerit, vi: id est, per vim putrefactionis & solutionis, ac dilectum meum: id est, pinguedinem solarē mecum: id est, cum humiditate Lunari vinculauerit: id est, in vnum corpus coniunxerit, **SAGITTA EX PHARETRA NOSTRA**: id est, argent. viuum corporis nostri vindicabunt: id est, regenerabunt nos in vitam per quam non erit vltra mors. Nota sermonem sapientis, cum dicit: Seruus rubicundus candidam duxit vxorem, & per cōiunctionē omnem, progeniē superabit. **Rasis**: Quando hoc oleū, rub. & argent. viuum in vnum sunt, non peruenitur, donec Sol & Luna, coniunguntur per eam mixtionem vniuersalem. Et **Rasis**: Iungite masculum serui rubei filium sororis suæ odoriferæ, & vobis artem gignent: & nolite eis alium iungere. Nota de aquila quæ habet aures extensas in pedib. & dicitur in sermone vindicabunt: sicut moritur & dirimitur eodē modo, reuelatur & regeneratur, vt dicitur, in Turba & spiritus: Dominium præter dominum, seu excessum mobilitatis nostræ: id est, reuelatus scilicet, transmutationis. vnde **Morien**. Omnis festinatio in hoc opere procul pellatur. Et **Rasis**: In hoc negotio si agendi difficultas ac tædiosa fatigatio opificem negligentem efficiat, ipsum expectato gaudio priuat, spem suffocat, efficaciam interimit: vnde vehementia cauenda est. Ideo dicit se propter excellentiam materię mutationis nostræ

nostrę inclusę, incercerate, obstructi vndiq; lento telo, & æquali armati fuerimus: id est, de corpore ppagationis nostrę: id est, patre & matre, Sol & Luna: qui enim roborant, ad pugnã telis subseruientes fermentũ eundem sibi sunt, peribunt, corrumpentur, & morientur.

Fermentum enim idem est quod corruptio Latinę, vt in Turba dicitur: anima à corpore separatur, & erit corpus suum anima: id est, tinctura in materia & coloribus vilib⁹ delitescit naturaliter: quia de natura sua vilia sunt, & in luto ac sterquilinio latere volūt & sola operatione omnium preciosa sunt: scilicet his caloribus, & humiditate animali, & pinguedine solari denudati fuerimus, & balneati: id est, mundati donec secundum Seniores nihil de tinctura in corpore remaneat, quod non ascendat cum spiritu humido, qui madefecit ea. Tunc enim perfectè abluisti corpus. Vnde Rasis: Summè cauendũ, ne in elemento, quid alterius elementi sit relictum, quia hoc reliqua omnia Elementa corrumpere solet: & sic cum corpus bene lotũ est, tunc animę nostrę: id est, tincturę mortuę in corporibus nostris, & extractę, & extinctę in terra apparebunt: id est, manifestabuntur. lucentes enim potentię albedinis & rube-dinis in aquam alba. vnde Senior præparator perduxit ipsam, ad istam præparationem decoctionis, C. albedinem, sit certus illum peruenisse ad terminum, qui est tingens & penetrans. Rasis: Eum ignis candorem lactis suscipiat, nulla suspensionis ambiguitas relinquitur: vnde oportet, quod fecibus vilibus induatur: id est, nigredine summa in principio operis apparente, quę est Ethel eius, vt dicitur in Turba, huiusmodi autem vilissimum qui est, quia in vicis, & plateis eiectus inuenitur, & pedibus in sterquilinio conculcatur, & est carissimus: quia sine eo non operatur natura naturas, cuius spiritus ferebatur super aquam, cum omnia ex eo faceret. Lapis ergo noster aqua est, vnde Rasis in libro Lum. Superuacue ergo videtur tibi illud designare, & nominare, quod nunquam à te recedit: quia si tu morieris, tecum moritur. & hæc aqua est principium operis, quod nõ præcedit aliud, & sunt tres terrę sicut exponit Senior. Posset etiam tertio exponi sic: Licet

facibus vilibus: id est, Veneribus nostris denudati fuerimus, balneati, abluti in aqua nostra, ex qua sunt ipsa prius animæ nostræ mortuæ: id est, nigredines in corporibus nostris: apparebunt: id est, quod intelligatur de nigredine prima summa. Tunc sequens versus exponatur de albedine prima, propterea tribus in compositionibus, & Elementis scilicet, pro tribus terreis sit: & si in fonte auri vel argenti, Mercurio in qua natura sit aurum & argentum. Baptisati: id est, mundati & abluti vsque ad lactis candorē fuerimus. Et spiritus: id est, sulphuris corporis nostri: id est, æris Philosophici cum patre: id est, Sol, qui est planetarum Rector, & cœli viator: cū filio: id est, quinta essentia, scilicet aqua Philosophica: in cœlum: id est, ad superiorem partem alembici ascenderit & descenderit: id est, per sublimationē & destillationem clarificata fuerit. Animæ nostræ: id est, tincturæ, reminiscuntur: id est, fiunt aqua vitæ bene præparata corpore, mortua viuificans: ex qua procedunt Margaritæ, Lapidés preciosi, & Coralli. & sic habes primam partem totius operis.

Sequitur secunda pars quæ sic fit: Terra Margaritarum: id est, terra aquæ preciosæ & luminosæ, cuius lux oculos perimit, quod omnis lux & color adornat: vt dicit assiduus Senior, dum tangit aliam terram. si terram foliorum: id est, vestium: folia enim sunt coexperimentū arborum, & aqua nostra est vestis terræ aquæ nostræ: vnde ait quidam sapiens: Si nudus ascendit in cœlum, & corpus meum Lunare, amabile, candidum: id est, albißimi ad modum coruscantis marmoris, ac salis albißimi, relucebit, tinget primum opus completū, scilicet albedinis: quia cū ad hunc terminum peruenerit, facit quis de omnibus corporibus Lunam. Dein tangit terram tertiam: id est, auri terram, cū dicit: Corpus verò dilecti mei, scilicet Solis, delectabile, rubicundum, roseum relucebit. Vnde Rasis libro Lunarum: Quod dictum est, totius exordium radicum firmat, & cū perfectum fuerit Iupiter & Saturnum, superiectum in optimam Lunam conuertit. vnde Morienus ad Kalid. 2. termino. Post hoc dissipa illud, cuius interiora respiciens, & si in eo albū remanescit, bene firmatum fixum & fusile.

fufile, iã duas terras collegifti. quòd fi omnes thefauros vendidiffes, opus hoc recompensare nõ poffes, cuius vna pars 1000. corporis in optimã Lunam conuertit. Et in Turba: argento magiftraliter albaro, omnia albantur. magnesia cum albaro non permittit fpiritus fugere: quia natura naturam continet in fe. Aliter poffet exponi, fcilicet de imbibitione & contritione, fi fic in fonte auri & argenti: id eft, in aquam vitæ baptizati fuerimus: id eft, imbibiti & contriti: & fic in vniuerfali tingeret opus albũ & rubeum. fed prima expositio eft melior. Dein tangit fecundam terram in fpirituale: quia per prædictos verfus defcripfit lapidem Philofophorum, fcilicet, aquam viuam ex qua liquebat terram corpus mortuum ex duabus naturis compositum homogenum, fcilicet Solis & Lunæ. Ideo dicit, fcilicet parentes: id eft, duæ naturæ: vnus generis dilectionis: id eft, Sol qui parentes sunt terra mortua, ex qua proceffit proles folares in aquam, fcilicet in fpiritu humido, fcil. parētes dilecti mei: id eft, proles de vitæ aqua gustauerunt, fignificat contritionem, imbibitionem & exiccationem. Et lacte meo lactati fuerint, fignificant aliam imbibitionem & exiccationem. Et in aluo meo inebriati fuerint: id eft, imbibent multum eius per continuam imbibitionem & reiterationem decoctionis & contritionis, donec pleniffimè candidetur. Et in lectulo eorum nupferint: id eft, in vafe fuo commixti fuerint per nimium quod in vnã coëant naturam, per quod fcil. ignem exiccantem generabunt filium Lunæ, qui totam parentelam præualebit. quia Sol & Luna de fe non tingunt. Hic verò natus, plenus eft fecundum Socratem tinctura. Et in hoc patet completio operis primi, quod fecundum Socratem nil aliud eft, nili opus mulierum, fcilicet coquere, & ludus puerorum, fcilicet patientia & otium: quia calore in vltimo verfu defcripto, perficit tertiam terram operis, donec imbibatur totum, & in terram vertatur. & hæc eft terra Solis. dicitur ergo fi dilectus meus: id eft, terra dealbata, quæ eft aurũ fapientum: vt dicit Senior, de qua dixerunt: Aqua noftra nõ eft aurum vulgi, fed hic lapis dilectus albedinis de rimule: id eft, aqua rubræ petræ: id eft, oleo folari

potauerunt, & de fonte matris suę: id est, aqua Mercuriali Lunę gustauerint, significat reiterationem contritionis, assationis, imbibitionis Ionę. Subdit, & vino rubro: id est, calore, & oleo affinis nostri: id est, Solis vnus generis existentis mecum inebriatus, donec totū opus vertatur in terram. & in lecto suo: id est, vase suo, mihi amabiliter accubuerit: id est, coniunctus fuerit: quia natura gaudet naturā propter conformitatem naturarum, & in amore meo scilicet Lunari sperma suū: id est, pinguedinem solarem. **CELLVLAM MEAM:** id est, corpus meum, scilicet Lunare subintrauerit: id est, in vnā naturā & in vnum contentum mixtum scilicet forti & vniuersali mixtionē & complexione complexionentur, & vaporabiliter se concipiant. Et ero pręgnans ac tempore in eo pariam filium potentiss. id est, Elixir infinitę virtutis.

EXPLICIT LIBER PRIMVS

Rosini de diuinis Interpretationibus.

INCIPIT SECVNDVS.



NOTA quod prius dixi, quod spiritus corporis nostri cum patre & filio perficitur: quia dicit Rasis libro Lun. Lapis noster cum mundi creatione nomen habet, qui est trinus & vnus. vnde Hermes: Fiducia Philosophorum in duabus rebus consistit, quibus adiungunt tertiam. idē Philosophi vocarunt ipsum imparem. In nullis verò corporibus Mercurius mundior & perfectior inuenitur, quā in his tribus Sole, Luna & Mercurio vulgi. Vnde Senior, nihil generat res ex se, nisi ex eo quod est de se & specie sua, quod est homogeneum ipsius. Similiter Adam & omne genus humanum, & omnis res conuenit in suo propinquo & simile sibi secundum speciem. Incipe ergo in nomine Domini, naturam eius cognoscere. est enim materię suę quod est in eodē & de eodē, nec ingreditur aliud super eo quod non sit ortum

tum ab eo, & est radix eius. Similiter Mercurius est ab eo, & hoc est à quo extrahitur, & est in eo & ex eo, scilicet aqua frialis. Lapis ergo noster est aqua cōgelata: id est, Mercurius cōgelatus in Sole & Luna, & repugnat igni quando est fixus. Et resoluitur quando est fixus in aquam suam, ex qua componitur in genere suo. Vnde Hermes: non conuenit rei nisi quod est propinquius & in natura sua, tunc generabitur proles similis sibi, & statim subiunxit: Humiditas eius est ex dominio Lunæ, & pinguedo à dominio Solis, & hæc duo sunt ei coagulum & semen mundū: ideo dicit Aristoteles: Aqua non conglutinatur nisi cum simile sulphure sibi, nec inuenitur in re aliquid simile sulphuris sui, nisi quod est ex ea. similiter summa animalium & terræ nascentium nō alio subgrediente putrescunt & corrumpuntur, deinde germinant & fiunt talia similia illis ex quib. habuere radicem secundum speciem suam. Et propter hoc, ut dicit Senior, ut mirabilia immittantur & exeant à sua rādice, sed redeunt ad illud unde fuerunt, & ex quo sunt, nec conuertuntur ex hoc ad aliud. Ei qui dicit ad filiū, dicit vnum in loco contrario contraria conclusio fuit, Principiorum naturalium principijs sibi simile generantium per naturam actione caloris diuturni & continui diu reflexus in se, & separabiliter commixtus, cōgelatur in metallum, cuius est in vase, & secundum speciem ex qua est radix eius. Et in ratione intentionis inuenta fuit artis possibilitas: & actus ignis est infinitus ut in Seniore dicitur. Hinc homines nominauerunt arsen. Veneris nominibus vulgi animam portatam in aqua sua: & vocauerunt Venerem albam & rubeam, nō tamen est. Venus sua facit operationes eius. Satisfecerunt vulgo dicentes: Venus nostra non est sulphur vulgi quod comburit, & comburitur combustione ignis ac corruptionis, sed Veneris sapientum album comburitur combustionem albedinis & rubedinis, quæ cōbustio est dealbatio tota totius operis: vnde duo sulphura & duo argen. viu. dicuntur & sunt talia, quod vnum & vnum dixerunt, & sibi congaudent, & vnum alterum continet. Sequitur ratio in argen. viu. Zenon Philosophus dicit: Scias quod ipsum est facere & suo, & Deus

creauit ex eo omnes numeros. ipsum est origo eatum, & est æreum ignis fugitiuum, sed cùm in igne steterit, facit mira opera & alta: & ipsum solum est spiritus viuus, & in mundo talis non est, qualis ipse est: & ipse penetrat omne corpus, intrat ac leuat, & excellit omnia corpora. Ergo cùm se miscuerit alicui corpori ipsum viuificabit, illuminabit, & transmutabit de statu in statum, de colore in colorē dum cum eo mixtum fuerit & coniunctū, & ipsum erit fermentum corporis illius: & tunc erit totum Iccir ob albedinem & rubeū: & ipsum est aqua perennis, aqua vitæ & virtutis, & herba mundificans & lauans. Et ipsum est fors animalium, qui biberit ex eo, viuet in æternum, & ipsum colorem recipiet & est corporum medicina, & ipsum facit corpora colorum receptiua, mortificat & viuificat, Deo volente, desiccet & humectat, calfacit & refrigerat, & facit opera contraria secundum suum continentē. cùm viuum fuerit, & cùm mortuum fuerit, habes quædam opera specialia vt deaurare, sed cùm mortuum fuerit, solutū habes maximum. Et ipsum est serpens seipsum luxurians, seipsum imprægnans, & in die vna parturiens, & suo veneno cuncta interficit animalia & corpora, & ignis fuerit, & interficit omnia in breui & longo tempore. Et ipsum est fugitiuum ignis, expectat tamen ignem per artificia sapientū cùm cibatur cum igne, donec expectet, & fiunt ex illis opera mira: ergo cùm tingitur tingit, cùm coagulatur coagulat, cùm solutum fuerit soluit. Aliud seipsum albificat vt vrina, & ad finem rubescit. Et ipsum acumine suum acutum amarificans, & ipsum est mediū inter amarum & acidum: est aqua nō fluxibilis ad ignem mollificatio: est congelatio facta leni igne inducens Crystallinam substantiam albam vel rubeam. Sequitur literarum operationum cū suis causis explicatio, quære apud Gebrum.

Calcinatio ergo est corporum & spirituum corruptio-
nis eorū destructio. destruitur enim in eis omnis sulphureitas defædans & comburens, quæ sine ignis vehementia deleri nō potest alia causa: quia omne genus calcinati est facilioris solutionis: quàm non calcinati. calcinantur mollia vt Saturnus & Iupiter, facilius
quàm

quàm dura vt Mars: & de. Ideo dicit Dantius, præpara-
te corpora & soluite ea, ac ex illa aquam imbibite spi-
ritus ablutos: tunc ipsi spiritus submerguntur in corpo-
ra, & corpora in spiritibus, & sic figuntur corpora cum
spiritibus firma fixatione. RASIS: Conuertite corpora
in aquã, & ex ipsa terra tunc factum est totum. Alpha-
rinus: Quando corpus purgatũ est prius & calcinatum,
tunc coniungitur cum spiritibus ablutis, tunc ipsi spiri-
tus sublimate & fixi illud firmant. Galienus: Præparate
corpora & purgate à nigredine in qua est corruptio,
donec album fiat album & rubeum: tunc soluite ambo
in aquam scilicet spiritus & corpus: & congelate ea,
& sic proiectur super corpus ablutum.

Solutio est per humidum & frigidum, vel per cali-
dum & humidum, rei siccæ in aquam resolutio. soluun-
tur autem corpora vt ex eis fiat aqua per quam ince-
rantur spiritus & figantur, vnde omne hoc magiste-
riũ fit quatuor modis, aut vt solues corpora & spiri-
tus firmes: spiritus autẽ debent firmari cum aquis cor-
porum. Soluuntur alia de causa corpora & spiritus, vt
cum aqua spiritus sint coniuncta aquæ corporum, ita
in vnũ coagulentur, coadiuentur & firmẽtur, ne vte-
rius queãt separari: Et ista solutio vniuersalis facit qua-
tuor Elementa in vnã redire substantiam, firmã &
fixã: quando verò soluuntur ambo, scilicet corpora
& spiritus, tũc fit commixtio vicina & particularis, quã
adhuc separare potest ignis. soluuntur ergo spiritus
duobus modis cum oleo congelationis tartari scilicet
super lapidẽ: alio modo per aquam salis ammon. Est
& alia solutio per calorem ignis. Et nota, quòd plus
valet solutio ignis, quàm alia: quia quoq; per ignẽ dis-
soluitur in aërem: solutiones verò corporũ fiunt simili-
ter vt spiritũ, vt flos æris, atramenti, cerusæ, minij, &c.

Destillatio id est, per alembicum, & est optima, fit, vt
aqua & olea in ascensione sua per vapores magis puri-
ficentur & cõfortentur à prauitate & omni corruptio-
ne, ne vterius putrescant. Alio modo oleũ destillatur,
vt amittat humiditatem adustiuã, vt expertus sum
in oleo Laurino. dicitur restitutio. pinguedinis est de-
stillatio, donec maneat incombustibilis, & quantò sæ-

prius destillata fuerint, tantò melior erit eorum tinctura per filtrum destillamus vt aquæ crudæ, vel res solutæ non possint putrefieri, nec secus ab eis separari, nisi per filtrū vnde spissum remanet, & omne purū descendit, vt fit in auripigm. vel arsen. propter eorum oleitatē. Et nota quòd corpus nō destillatur nisi prius solvatur, quia aqua ipsius non separatur ab eo, quousque cum perfectè dealbet, vel rubificet per multos enim annos probaui antequam ad veritatem veni. Et nota, quòd vitrum frigidum nunquam depones in caldarium, vel aquam calidam, & contrā scilicet calidum vitrum in aquam frigidam, alioquin statim frangeretur. & quando vis excipere vitrum, permitte antea infrigidari. In fermentatione maximè cauendum est de vasis, ne frangātur. Et nota quòd nisi corpus putrescat, fructum non facit. nam primò oportet fieri putrefactionem, siue solutionē, postea destillatur, nec aliquod corpus credas fieri, nisi prius per putredinem resoluatur.

Incerantur corpora & spiritus, cum ex priuatione liquefactionis in ingressu non habeant, mollificentur & fluant, & ingressionem habeant. in nullis autem hæc humiditas creatura propinqua inuenitur, & facilius quàm in Venere & arsenico. Modus est, vt toties super partem cerandam multiplicetur eorum sublimatio, donec in ea humiditate manentes fusionem bonam præstent, nec sit hoc ante eorum mundificationem perfectam ab omni re corrumpente: quare bonum esset, vt eorum olea prius figerentur, vt suprā dixi de coagulatione aquarum. Coagulatio verò fit, scilicet aquarum carum, vel oleorū igne lento candelarum paulatim augendo, donec coagulentur. Spacium coagulationis est 3. dierum, & ignis die ac nocte continuari debet. In his ergo cōsistit tota operatio magisterij. Nota. quādo anima coniungitur corpori, corpus citò consumitur, & mutatur in aliam substantiam: quia prima eius operatione est nigrum, in 2. magis lucidum, in 3. adhuc magis clarum, ac sic vsq; ad 15. vices soluendo & coagulādo: & in qualibet congelatione caue ne aliquid sentiat de sale, sed ipsum laua iterum & iterum. Et nota quòd cū diuisa elementa & mundificata cōmixta fuerint, tūc
 si eorum

si eorum particulam ordeï instar super laminam igni-
rã posueris, si fluit & tingit suo colore superficiẽ lami-
nã, bonũ est, si non, scias aliquod nocumentũ accidisse
in solutione: quia non bene solutum corpus non ha-
bet aptitudinem intrandi. Causantur enim hæc vel ex
breuitate temporis, vel ex debilitate caloris fimi. Si pe-
netrat, sed non profundè, fit hoc ex paucitate aëris. nam
anima corpus ingrediens per omnes eius venas veloci-
ter currit, vt vnguentum: si verò volat pars eius, fit hoc
ex multitudine spirituum, nondum fixatorum. si autem
prosternatur fluens, tingens, penetrans in profundũ to-
tam laminam, nec euolans, sed relinquat caliginem fu-
mi, hoc est, ex modica clarificatione elementorũ separa-
torum. Dispone ergo substantiã aëream per discretio-
nem, scilicet in corpore cõmunis terrã, & substantiam
terream secundũ humiditatẽ aëris, & calorem & sic-
citatẽ Solis vel ignis lenis, donec conueniant & cõ-
iungãtur: & tunc adiunge eis duas virtutes operatiuas,
aquam scilicet ad album, & ignem ad rubeum, & ideo,
fili, oportet te habere duplicem terram imbibitam, vnã
scilicet cum aqua & aëre, ad albedinem, & aliam imbi-
bitã aëre, aqua & igne elementalì pondere, scilicet ad
rubeum. tunc habebis optata, Deo annuente.

EXPLICIT LIBER DE-
fnitionum Rosni.

MANDO. Hic est lapis non lapis, habet ani-
mam & sanguinem & rationem similẽ duo-
bus. Sic dixit Mahomet, Lapis qui est in hoc
opere, necessarius de animata re est, hunc
inuenies vbique in planitie, in montibus, & in aquis o-
mnibus: habentque eum tam diuites quàm pauperes,
estque simul vilissimus, carissimus, crescit ex carne &
sanguine quàm præciosus omni cognoscenti illum: ex
illo possunt congregari exercitus, & interfici reges: ex
illo honorabis quem volueris & inhonorabis. laude-
tur ergo Deus. Item: Dealesi Hermes dixit: Ego qui
exaltatus sum super omnes circulos Mundi, vidi qua-
tuor facies natas, habentes vnum patrem. Quarũ pars

vna est in montib. alia in mari, pars verò tertia in fossis, quarta in cauernis: hic nescit linguã illius, pater harum adiunxit eas ad vnum, cum se inuicem vidissent, locuti sunt vno sermone, dicētes: Eamus quæsitum quatuor elementorum naturas, quas de ventre terræ fœminæ adducunt. Item Massarai: Immunditia est in hoc lapide propter quam ipsum homines vilipendent, & tenent quòd non possint eam sequestrare. Idem ex hoc lapide nascitur argen. viuum, quem vocant multis nominibus. Item locus istius est 4. elementa, & spiritus. 4. ianua. 4. & clauis quatuor, quarum vna est signum, scilicet ostensio aquæ per alembicũ. Item hic lapis non lapis, proiectus est in res, & in montibus exaltatus est, & in aère habitat, & in flumine pascitur argen. viuum, quẽ vocant multis nominibus, & in cacumine montiũ quiescit: cuius mater virgo est, & pater non concubuit. Idem lapis in sterquilinijs calcatur pedibus, & sæpe stulti fodiant, vt eum extrahant, & non possunt eum inuenire. Et ille lapis assimilatur lapidibus minerarum & plantarum, & conuertibilis est in quemlibet colorem, s. album, rub. citr. & in se continet 4. elementa, s. artificialia, s. aquam claram, flauam, rubeam, viridem, citrinam. & dicitur minor mundus, nõ quòd sit microcosmus, sed quia mūdus regitur per ipsum, vnde Geber Sarracenus contriuit, & dealbauit eum 33. diebus in aceto destillato. Et scias quòd Philosophi acetum vocabant sal alkali, & distillatam vrinam, quo euacuato diuide elementa, diuide ipsum æqualiter & proportionaliter contritione perpensa. Ita vt non sit in eo diuisio, nec repugnantia, & habebis propositum domino cõcedente. Mitigo Philosophus: Lapis noster quamuis ab hominibus & animalibus pedibus conteratur, tamen propter suam industriam hominis Geberi, à sapientibus adamatur, & dicit industriam: quia fit industria hominis Geberi. Item Malus Philosophus: Hic lapis est subtus te, quantum ad obedientiam: suprã te, quo ad dominiũ: ergo à te, quantum ad scientiam: circa te, quantum ad æquales. Aristotel. Ergo nominabo lapidem nostrum, est terminus ani: est enim ouum Philosophorum quod inest in putrefactione & purificatione.

catione. Diuide ergo ipsum in 4. elementa, quæ diuisio fit duob⁹ modis: id est, sine corruptione Solis & Lunæ: & ista diuisio est vniuersalis quantum ad intellectum: sed secunda diuisio diuidit ipsum in speciales operationes. quando ergo habueris aquâ ex aëre, & aërem ex igne, & ignem ex terra, & quodlibet horum per se diuisum, plenè habebis artem.

Sume ergo ex lapide vndique reperto, qui vocatur Rebis, & nascitur in duobus montibus, ex quo volantes spiritus in vanum sumunt, & non recipies ipsum nisi recentem cū suo sanguine cuius cibus est ex sanguine, & moratur in aëre: & si hic lapis non esset aëreus, vel aëreæ naturæ, non coniungeretur Mercurio, nec ei cōmisceretur, nec ingrederetur ipsum: sed quia similes sunt, commiscentur & coniunguntur, aded vt ignis nō separet inter nos. Recipe ergo lapidem Rebis: id est, binas res, scilicet humidum & frigidum, siccum & calidum. Vnde Rasus & Morien. Quod ergo secretū expectabis in humoribus euanescentibus, ex quibus gignit filios, lapis noster cal. & sic. vnde versus: Dant rebus montes dracones in terraq; fontes. Recipe ergo hunc lapidē animalē: id est, animā in se habentē, scilicet Mercurialem sensibilē: id est, sentientē presentiam, & influentiā magnesiæ, & magnetis, & calaminarem, ac apicē per motū localē, prosequendo & fugando vegetabilē: id est, vim suā in naturam inditam, communicantē suo generi, multiplicantem virtutem influentiæ, vt radix stipiti, sine herbis mineralem: quia de minera extrahitur. Vnde quidam malè intelligentes Philosophos, dicentes: Hic lapis talis est res, quæ in te magis fixa est, à Deo creata, & tu eius minera es, ac à te extrahitur, & vbiunque fueris, tecum inseparabiliter manet, putabant hinc esse crines hominis, sanguinem, stercus, & sed fatui sunt cū dicunt in eo fixa est: id est, ibi habes suam scientiam, & non in alia re. Et vt homo ex 4. elementis est compositus, ita & lapis, & ita est ex homine & tu es eius minera, scil. per operationem: & de te extrahitur, scil. per diuisionem: & in te inseparabiliter manet, scil. per scientiam. Aliter in te fixa, scilicet in Mercurio sapientum: tu eius minera es: id est,

in te est conclusa & ipsum occultè tenes, & ex te extrahitur, cū à te reducitur & soluitur: quia sine te completi non potest, & tu sine ipso viuere non potes, & sic finis respicit principium & contrà. Nascitur in duobus montibus: id est, ex Venere & Mercurio per assiduitatem decoctionis naturæ, ex quo iuamentū sumunt & omnia volatilia, scilicet corpus & spiritus: non fixa ab eo sumunt colorationem, & fixationem. non capias eum nisi recentem & præparatum cum sanguine suo: id est, Venere nondum fuso, vel bene præparato, cuius tibi est ex sanguine: id est, vita vel operatio eius est ex Venere viua, moriatur in aëre, scilicet per ignis elevationem siue sublimationem & purificationem. & si hic lapis non esset aëreæ naturæ: id est, eiusdem præparationis, non coniungeretur Mercurio, non esset perfecta & firma operatio eorum, sed quia similes sunt duo, ambo præparati miscentur & vniuntur, vt ignis non separet inter eos.

Separabis ergo Philosophiam, per hanc doctrinam croceum ab albo, rem præciosam à vili, donec 4. elementa ex vna re proueniant: & iterum 4. in vnum concurrant: quorū radices sunt aqua, & ignis. apposita verò sunt, terra, & aër: vniuersa verò ex vno fiunt: & rursus 4. vnum: 4. ergo ex vna re sic fiunt: primò aqua, secūdò oleum, tertio ignis, quartò terra. Ex istis 4. ita compositis & mundificatis, vt fluuant sine fumo & combustione, vt permaneant, ingrediantur, & commisceantur corporibus metallorum, fit lecir compositum.

Et nota, quòd terræ præparatæ quarta pars, ignis verò vna sumenda, & cum ea misce olei prædicti duas partes, & tere in pastam. Quidam dixerunt 7. partes terræ, alij 12. & verum est, primum tamen melius. Alij dixerunt, quòd vna pars terræ tingit 20. Alij quòd vna pars terræ dupli tingit duplū sui septupli, & ita ostendit tibi pondera, compositionem, & quòd est melius, & quòd est prius: fac quòd volueris, regimen tamen vnum est & operatio vna.

Postremò notandū, quinque esse necessaria huic operi: id est, est corporū & spiritūū calcinatio, siue sublimatio scil. calcinatæ rei in aqua reductio fit p potentiā
fimi,

fimi, vel etiam per calorem ignis, & dicitur solutio.
3. Est destillatio scilicet per alembicum descensio.
4. Est inceratio, scilicet rei sicæ coniungens vnguentum
solutum, quo nostrum perficitur magisterium. est pater
mirabilium, & nubes nubium, & ipsum disputat cum
auro, & conclusit ei dicens: Disceptabis nemecum?
Ego sum dominus lapis expectans ignem. Respondit
Mercurius: Verum dicis, sed ego te genui, & extrahis
originem ex me, & vna pars ex me viuificat multas de
te: quia tu es avarus per comparisonem ad me. si quis
enim vixerit me, fratri vel sorori meæ viuet, & gaudet,
& ero sibi sufficiens, si viueret annos 100000. & ego
sum totus absconditus, sapientum & muto omnia
corpora in Lunam cum arsenico, & postea in Solem
cum sulphure, & in me latet scientia. sublima ergo i-
psum & erit fixus, ac tinget decem partes Veneris. Item
nota, spiritus corpora ingredi non possunt nisi purga-
ta, & non ingrediuntur, nisi aqua ducantur. Ideo dicit
Dantius: Præparate corpora & soluite ea ac ex illa aqua
imbibite spiritus ablutos: tunc ipsi spiritus submer-
guntur in corporibus, & corpora in spiritibus; & sic fi-
gentur spiritus fixissima fixatione. vnde Rasis: Conuer-
te corpora in aquam, & illam aquam coniungite aëri:
id est, spiritui, scilicet Mercurio, & ex illis duobus ite-
rum fac aquam, & ipsam terram, & factum est totum.
Galenus dicit: Præparate corpora & purgate à nigre-
dine, in qua est corruptio, donec fiat album & rubeum,
tunc soluite ambo in aquam, scilicet spiritus & corpus,
& coagulate, & sic projicite super corpus ablutum.
Quando corpora & spiritus soluuntur, tunc fit solutio
vniuersalis, quæ facit & quatuor elementa, & reddit in
vnam substantiam firmam & fixam: quando verò non
soluuntur ambo, tunc fit mixtio vicina, & particularis,
quam adhuc separare potest ignis. Nota quando ani-
ma coniungitur corpori, corpus citò consumitur, &
mutatur in aliam substantiam, & post primam eius o-
perationem fit nigrum. In secūda verò magis lucidum.
In tertia verò iterum magis clarum, donec ad quindecim
solutiones & coagulationes perficiatur, & in qua-
libet coagulatione caue ne aliquid sentiat de sale, sed

laua cum perfecte. Item tali modo potest omnes spiritus augmentare in sublimatione. Recipe de Mercurio sublimato, & tere cum eo medietatem sui Mercurij crudi, & sublima cum speciebus suis receptis, & prius sublimati. Item imbibe Mercurium sublimatum cum aqua Saturni, vel Iouis, vel Lunæ, quod melius est, toties, donec currat super laminam. vna pars tingit ei partes Veneris purgati in veram Lunam.

In nostro magisterio est spiritus & corpora: inter spiritus quidam sunt fixi, vt essentia calaminaris talck, &c. quidam non fixi, vt argent. viu. arfen. auripigm. Venus, salarmo. & si spiritus per fumum euanescent, nec sustinere possunt. & sunt aliæ species retinacula spirituum, de quibus fiunt aquæ acutæ. vt salia & alumina, in quibus soluuntur spiritus sublimati & purificati, vt simul cum ipsius soluti coagulentur & figantur: quidam vero sunt quæ soluuntur in aquam, & cum ipsis fit inceratio corporum ac spirituum, vt sunt vitriolum & atramenta. Sed scire debes, quæ species sint meliores, ad artem pertinentes: quia multi sunt qui minus valent, secundum meam experientiam, & perderentur labores & expensæ, & tinctura cum eis inficeretur: quare relinquenda sunt ea.

Sunt ergo hi 4. spiritus principales in arte nostra, arfenic. salarmon. quia sine ipso non soluerentur, nec ingrederentur spiritus: ipse enim soluit & figit omnes spiritus, penetrat omnia metalla, & mollificat ea. Et scias verum esse, quod experimento didici: quia non est necesse tibi alium salem comparare. vt ere ergo eo in omnibus operibus tuis: sed hoc scias, quod per ipsum nec dealbantur, nec rubificantur corpora, neque transsubstantiantur, sicut per alios spiritus, sed ipse tantum dat introitum alijs spiritibus: permixtis vero & coniunctis coadunationibus & perseverationibus ipse recedit, 3. spiritus est Mercurius, cuius diffinitionem, & naturam habes copiosè apud Gebrum. Est materia metallorum cum Venere alba vel rubea & est.

F I N I S.

I N C I

I N C I P I T L I B E R

*diuinarum interpretationum**& definitionum.*


RECIPERE lapidem qui est niger, albus, rubeus, citrinus, & auis mirabilis, qui nigredine noctis & diei claritate sine alis volat: ex amaritudine namque in suo guttore existente, coloratio accipitur, à suo verò cruore mera aqua accipitur, sicut dixit Alexander. Recipe lapidem 4. colorū fili. Recipe volatile volans submersum, & à sua rubedine quæ ipsum interficit, extrahent ipsam: ab ea repelle vt fiat vnum, & tibi maneat nō volando in regionibus, sed volatu eleues illud, & à radice extrahe suam vmbra: ac sordidum, quia nebula ei supereminens coinquinat, & à luce retinet quasi coangustatur, ac à sua rubedine comburitur. Recipe ergo hanc superiorem aquam corruptam quemadmodum ignis. Laton cineris est vnus, quoniā se ab eo sequestrat quousq; rubeus æris vitrificetur, fit tibi societas certa, calescit & tibi quiescit. Fili notum habeas, quòd aquæ prius erat in aère, deinde habitauit in terra, redde eam tu ad superiora & per suos terminos non ineptè omnia coniuncta: deinde suo spiritui rubeo priori elemento nisi parte eam coniunge. Item Hermes: Recipe lapidem nigrum, lapidem de montanis Indiæ, quod est intus, mitte foras, & quod foras est, mitte intus. Vnde Rasis, fili, contemplare altissima montana, quæ sunt à dextris & à sinistris, ac ascende illuc: ibi lapis noster inuenitur, & in alio monte, qui fert omne genus pigmentorū & spiritus vel species, ibi similiter est. Morienus: Conscendite alta montana arboribus confita: quia ibi lapis noster inuenitur, & absconditus est. Item Hermes: A Capite lapidem mixtū, croceum album, & cōminuite eum ac separate album à croceo. Idem: Recipe lapidem benedictum, comminuite & lauate lapidem rubeum, de quo extrahitur, qui inuenitur in montibus, & maximè aliquando in cloacis veteribus. Et nota, quòd natura in principio suæ originis intendit facere Solem vel Lu-

204 ROSINVS AD SARRATANT.

nam, sed non potest propter Venerem, corruptum argentum viuum, commistum, vel propter terram foetidam, quare sicut puer in ventre matris suæ ex corruptione matricis contrahit infirmitatem & corruptionem causa loci per accidens, quamuis sperma fuerit mundum, tamen puer sit leprosus & immundus causa matricis corruptæ, & sic est de omnibus Metallis imperfectis, quæ corrumpuntur ex Venere, & terra foetida. Documentum huius rei, quod ex Mercurio & Venere generentur Metalla, est: quia etiam ex his duabus rebus naturaliter factis, idem potest fieri artificialiter, vt testatur Morienus. Sciendum ergo est, in veritate scientiam Alchimix esse diffusam per multos libros & capitula, & in multis speciebus & mineralibus capillis, ouis, &c. & infinitis nominibus nominata, cum tamen non sit nisi vna, cuius principium super finem suum respicit, & suus finis super suum principium: & vbicunque fuerit, & quibuscunque nominibus nominetur, non est nisi res vna, vnde versus: Ac ars vnam rem poscit, quod quiuis bene noscit: hanc rem aptant: plura tamen hæc res est. Tantum vna similiter hæc ars non multis eget expensis, nec magno labore. vnde Morienus: Omnis res quæ magno emitur precio, in hoc opere mendax, & inutilis inuenitur. Quare ergo dicuntur tot species necesse esse in arte, si tantum vna res est? Solut Morienus: Eius radix est, vna qui dat & innouat eius colorem. Sulphur est quartus spiritus, cuius naturam quære apud Gebrum: ex eius vapore inducatur argent. viuum.

*Rosini Practica explicat, vel Liber
Definitionum.*

INCL

INCIPIT PRACTICA
 Maria Prophetissa in Artem
 Alchimicam.



CONVENIT Aros Philosophus, cum Maria Prophetissa sorore Moyfi, & accedens ad ipsam, honorificauit eam, & dixit ei: O Prophetissa, audiui siquidem multos de te, quòd albificas lapidem in vno die. Et dixit Maria: Vtique Aros, imò & in parte vnus diei. Dixit Aros: O domina quando erit illud, quod tu asseris opus Maria? Quomodo albificabimus, deinde addemus nigrum? Dixit Maria: O Aros, nunquam non de parte ista mortuæ sunt gentes? An ò Aros non nosti, quòd fit aqua vel res quæ albificat Hendragem? Deinde respondens dixit ei Aros: Ita vt dicis est, ò domina in tempore longo. Respondit Maria: Hermes dixit in omnibus libris suis, quòd Philosophi albificant lapidem in hora diei. Dixit ei Aros: ò quàm illud est excellens. inquit Maria: Excellentissimum est hoc apud illum qui ignorat. Dixit Aros: ò Prophetissa, si sunt apud homines omnia 4. elementa, dixit compleri possent, & completionari, & coagulari eorum fumi, ac retineri die vno, donec impleant consequens. Dixit Maria: ò Aros, per Deum si non essent sensus tui firmi, non audires à me verba hæc, donec compleret dominus cor meum, gratia voluntatis diuinæ. Veruntamen: Recipe alumen de Hispania, gummi album, & gummi rubeum, quod est kibric Philosophorum, & eorum Sol & tinctura maior, & matrimonica gummi cum gummi vero matrimonio. Inquit Maria: Intellexisti Aros? utique domina: Dixit Maria: fac illa sicut aquam currentem, & vitrifica hanc aquam diem laboratam ex duobus zubech super corpus fixum, & liquefac illa per secretum naturarum in vase Philosophiæ. Intellexisti nos, ò domina. Vtique dixit Maria: Custodi fumum, & caue ne fugiat aliquid de illo, & isto mensura igni leui, sicut mensura caliditatis Solis in mense Iunij vel Iulij, & morare propè vas, & intueri cura, quomodo nigrescis & rubescit & albe-

fiet, in minùs quàm in tribus horis diei, & fumus penetrabit corpus, & spiritus constringetur, & erunt sicut lac incerans & liquefiens & penetrans: & illud est secretum. Dixit Aros: Non dico, quod erit hoc semper. Dixit ei Maria: Aros, & mirabilius est, de isto quod non fuit apud antiquos, nec accessit ad eum per medicationem. & illud est: Accipe herbam albam, claram, honoratam, crescentem super monticulis, & tere ipsam recentem sicut est in sua hora, & illa est corpus verum non fugiens ab igne. Et dixit Aros: Nunquid ille est lapis veritatis? Et dixit Maria: utique. Verumtamen nesciunt homines hoc regimen cum velocitate sua. Dixit Aros: & postea quid? Dixit Maria: Vitrifica super illud Kibrich & Zubech (aliàs Zibeic) & ipsa sunt duo fumi complectentes duo Lumina, & projice super illud complementum tincturarum & spirituum & pondera veritatis, & tere totum, & pone ad ignem, & videbis de ipsis mirabilia. Totum regimen consistit in temperie ignis. O quàm mirum, quomodo mouebitur de colore in colorem in minùs quàm in hora diei, quousque veniet ad metam rubedinis & alborum: & deijce ignem, & dimitte confrigidari & aperi, & inuenies corpus margaritale clarum, esse in colore papaueris syluestris, mixtum albore, & illud est iacerans, liquefiens & penetrans, & cadit eius aureus super in millia & ducenta. Illud est secretum occultum. Tum procidit Aros in faciem suam. Dixitque illi Maria: Leua caput tuum, Aros: quia abbreviabo super te rem, ut illud corpus proiectum super monticulos clarum, quod non capitur putrefactione vel motu. Recipe & tere ipsum cum gummi Elsaron, & cum duobus fumis, quia corpus comprehendificans est gummi Elsaron, & tere totum. Appropinqua igitur, quia totum liquefcit. si proieceris super ipsam vxorem, erit sicut aqua distillans, & quando percutiet ipsum aër, cõgelabitur, & erit corpus vnum, & projice de ipso, & videbis mira: ó Aros, illud est secretum occultum scholiz. Et scias quod prædicti duo fumi sunt radices huius artis, & sunt Kibris album & calx humida, sed corpus fixum est de corde Saturni comprehendificans tincturam, & campos sapientiz, siue scho-

siue scholiæ. & Philosophi nominauerunt illa multis & omnibus nominibus, & acceptum de monticulis est corpus clarum, & album. & ista sunt medicina huius artis, pars comparatur, & pars inuenitur super monticulos: & scias Aros, quod sapientes non nominauerunt illud campos siue scholiæ, nisi quia scholia non complebitur nisi per illud, & in hac scholia nō sunt, nisi mirabilia. Intran namq; & in illa 4. lapides, & suum regimen verum est sicut dixi: & illud est primū, scoyare Ade & Zethet, per illud allegoriza vt Hermes in libris suis Scoyas, & semper longificauerunt Philosophi suum regimen, & simulauerunt opus pro quodlibet, quid non oportet facere illud opus, & faciunt magistrum in vno anno, & hoc non nisi occultatione ignorantis populi, donec firmatum sit in cordibus eorum & in sensib. quia ars nō complebitur præterquam in auro. quia est secretum Dei magnum: & qui audiunt de secretis nostris, nō verificant ea propter eorum ignorantiam. Intellexisti Aros? Aros dixit: vtiq; , sed narra mihi de isto vase sine quo non complebitur opus. Dixit Maria: Istud est vas Hermetis, quod Stoici occultauerunt, & non est vas nigromanticum, sed est mensura ignis tui. Cui dixit Aros: o domina obedisti in societate Scoyari: o prophetissa an inuenisti in secretis Philosophor. qui posuerunt in libris suis quod aliquis possit facere artem de vno corpore? Et dixit Maria: vtiq; , quod Hermes non docuit, quia radix scholiæ est corpus indolabile, insanabile & est toxicum mortificans omnia corpora, & puluerizat ea, & coagulat Mercurium odore suo. Et dixit: Ego iuro tibi per Deum æternum, quod illud toxicum quando soluitur donec fit aqua subtilis, non curo qua solutione fiat: coagulat Mercurium in Lunam cum robore veritatis, & incidit in solium Iouis, & lunificat ipsum in Lunam. Et in omnibus corporibus est scientia, sed Stoici propter eorum vitæ breuitatem & operis longinquitatem hoc occultauerunt, & hæc elementa tingentoria inuenerunt, & ipsi increuerunt ea, & omnes Philosophi docent illa præter vas Hermetis, quia illud est diuinum, & de sapientia domini Gentibus occultatum: & illi qui illud ignorant, nesciunt regimen veritatis, propter vasis Hermetis ignorantiam.

SEQVNTVR VERSVS.

*Maria mira sonat breuiter quod talia tonat.
 Gummi cum binis fugitiuum figit in imis.
 Horis in crinis tria vincit fortia finis.
 Maria Lux roris ligam ligat in tribus horis.
 Filia Plutonis consortia iungit amoris,
 Gaudet in assata sata per tria sociata.*

EXPLICAT LIBER MARIAE
 Sororis Moyfi.

LIBER SECRETORVM AL-
CHEMIAE COMPOSITVS PER
Calid filium lazichi, translatus ex He-
braeo in Arabicum, & ex Ara-
bico in Latinum, incer-
to interprete.

Præfatio de difficultate Artis.



RATIAE sint Deo omnium creatori, qui nos conduxit & recoluit, & docuit, & intellectum & scientiam nobis dedit. Nisi Dominus nos custodiret & conduceret, essemus sine custodia, & sine doctore tanquam erronei, imò huius Mundi nihil sciremus, nisi ipse nos doceret, qui principium est, & sciētia omnium, sua potentia & bonitate super populum. Qui dirigit & erudit quem vult, & reducit sua misericordia ad viam iustitiæ. Misit enim nuncios suos ad tenebras, & vias explanauit, & sua misericordia repleuit suos diligētes. Scias frater, quòd hoc nostrum magisterium de lapide secreto, & officium honoratum, est secretum secretorum Dei, quod celauit suo populo, nec voluit vllis reuelare, nisi illis, qui fideliter tanquam filij meruerunt, & qui eius bonitatem & magnitudinem cognouerunt. Qui enim secretum Dei postulat, necesse est ei hoc secretum magisterij plus quàm aliud. Et sapientes qui
 illud

illud assequuti fuerunt, aliqua de ipso celauerunt, & aliqua reuelauerunt. Sic enim inueni sapientes antecessores, in hoc conuenientes in suis libris honoratis. Vnde scias, quòd discipulus meus proprius, Musa, honorabilior omnibus apud me, in ipsorum libris multum studuit, & in opere magisterij laborauit, vnde aggrauauit ipsum eiusdem compositio, & in ea multipliciter dubitauit, & ignorauit similiter rerum compositionis naturas. Et supplex ac humilis pro ipsa, à me explanationem petijt, & directionem eiusdem. Ego autem eidem nihil in ea respondi, nec volui discernere, sed præcepi ei, vt libros Philosophorum legeret, & in eis quod à me petierat, indagaret. Ipse verò abiens, legit plusquam centum libros, prout inuenire potuit: libros videlicet veridicos, secretos, nobilium Philosophorum, & in eis quod petijt, non potuit inuenire, qui tunc remansit ideo stupefactus, & quasi extra mētem positus, etiam per annum continuè in ea perscrutando. Ex quo igitur discipulus meus Musa, qui inter Philosophos, in gradum & modum sapientiæ meruerat computari, sic in compositione eius dubitauit, & hoc ei contingit in ea, quid faciet ignarus, vel insipiēs, rerum naturas non intelligens? neque rerum complexiones cognoscens? Cùm autem hoc viderem de meo discipulo præelecto, & charissimo, motus pietate, & dilectione eiusdem, quin etiam nutu & voluntate diuina, ædidi hūc meum librum in obitu meæ mortis, in quo prætermisi dicere quædam, quæ antecessores Philosophi retulerunt in suis libris. Et dixi quædam quæ ipsi celauerunt, & nullo modo dicere, aut referare in scriptis suis voluerunt. Et explanauit, & exposui quædam, quæ ipsi cooperuerunt suis dictis obscuris & figuratis: Et vocauit hunc meum librum Secretorum Alchemiæ. In quo nominauit quicquid necesse est inquisitori huius scientiæ, siue magisterij, iuxta linguam eius intellectui conuenientem, atque sensui inquirentis. Et nominauit in hoc libro, quatuor magisteria magis alta, & meliora, quàm sapientes fecerunt. Quorum sunt Elixir, vnum minerale, & aliud animale, alia verò duo residua sunt mineralia, & non sunt elixir vnum, quorum est artificium lauandi, quod vo-

cant corpora. Alterum quidem est, facere aurum ex
 azoth viuo, cuius factura & generatio, est secundum
 generationem siue ordinem generationis in mineris,
 in corde & interioribus terræ existentibus. Et hæc qua-
 tuor magisteria atq; artificia, explanauerunt sapientes
 in libris suis de compositione huius magisterij. Sed de
 eis defuit multum, & de eius operatione noluerunt in
 libris suis ponere, vel si inuenit, non potuit intelligere,
 & nihil grauius inuenit quam illud. Et ideo dicam in
 hoc meo libro, ipsam, eiusque factum. Qui ergo hunc
 meum librum legerit, legat aliquid geometriæ, & eius
 mensuras addiscat, vt clibanorum fabricam rectè com-
 ponat, nec modum eorum excedat, per augmentum
 vel diminutionem, & quantitatem ignium: sciat & mo-
 dum siue etiam gradum vasis operis. Similiter videat
 & cognoscat, quid sit radix penitus & principium ma-
 gisterij: & est eidem, tanquam matrix animalibus, quæ
 in ea generantur, & capiunt creationem pariter ac nu-
 trimentum, quod prædictum est. Nisi res magisterij in-
 ueniat tibi idoneum, destruetur factum atq; opus eius,
 & eius operarij quæsitum non inuenient, nec ipsa res
 proderit in effectum generationis: quia cum non inue-
 nerit causam generationis, siue radicem, & ipsam cali-
 ditatem, continget in operationib. casus destructionis.
 Hoc idem in quantitate pōderum est contingens, quæ
 cum discōuenit in composito, partib. quidem eiusdem
 naturæ terminum transcendentibus, per augmentum
 vel diminutionem, destruitur cum ea proprietas com-
 positi, & fit effectus compositi casus atq; vacuus. Et e-
 go ostendo tibi vnum exemplum: Nōne vides quod
 in sapone, cum quo panni abluuntur & mundificantur,
 & fiūt albi, generatur in sui recta cōpositione hæc pro-
 prietas, propter æqualitatem, & rectas compositiones,
 & debitas compoliti, quæ participant in longitudine &
 latitudine: vnde propter hanc participationem conue-
 nerunt, & tunc apparuit quod erat in ea de veritate ad
 factum, & nota fuit inde virtus quæ prius latebat, quam
 vocant proprietatem, & est virtus ablutionis, in com-
 posito generata. Cum verò quantitas ipsius compositi
 transcendit suum terminum, & per additionem vel di-
 minutio-

minutionem, transgreditur ipsa virtus æqualitatis terminum, & exit ad contrarium, secundum distemperantiam compositi. Et ita in compositione nostri magisterij intellige.

*De quatuor magisterijs artis, scilicet, Solutione,
congelatione, albificatione, & rubificatione. CAP. I.*

Et incipio dicere artificium maius, quod vocant Alchemiam, & certificabo dictum meum, & nihil celabo, nec tacebo hic dicere de eo, nisi illud quod non conuenit dicere, nec est nominare. Dicimus igitur, quod artificium maius, sunt quatuor magisteria, prout dixerunt sapientes, videlicet, Soluere, Congelare, Albificare, & Rubificare. Et hæc quatuor quantitates sunt participes, quarum duæ similiter sunt inter se participes, similiter & aliæ duæ. Et vtraque harum duplicium quantitatum habet aliam quantitatem participem, quæ est maior quantitas particeps post has duas. Et volo dicere, proijs quantitatibus, quantitatem naturarum, & pondus medicinarum, quæ soluantur & congelantur per ordinem, nec intrat diminutio, nec additio. Sed hæc ambæ, scilicet solutio & congelatio, erunt in vna operatione, & vnum factum meruerunt, & hoc ante compositionem: Sed post compositionem ipsarum opus erit diuersum, sed hæc solutio & congelatio, quas nominavi, sunt solutio corporis & cōgelatio spiritus, & sunt duo, & habent vnā operationem. Quia spiritus non congelantur, nisi cum solutione corporis, & similiter corpus non soluitur, nisi cum congelatione spiritus. Et corpus & anima, quando coniunguntur in simul, agit vterque eorum in suum socium, factum sibi similem. Et exemplum est huius, aqua & terra: quia aqua cum terræ coniungitur, conatur ad soluendum eam cum sua humiditate, & sua virtute & proprietate, quæ in ea sunt, & facit eam subtiliorem, quàm prius erat, & reddit eam sibi consimilem: nam erat aqua subtilior terra. Et similiter facit anima in corpore, & eodē modo inspissatur aqua cum terra, & fit cōsimilis terræ in densitate, quia terra spif-

sior est aqua. Et scias, quòd inter solutionem corporis,
 & congelationem spiritus, non est differentia tempo-
 ris, neque opus diuersum, ita quòd sit vnum sine alio,
 sicut non est inter aquam & terram in sua coniunctio-
 ne pars temporis diuersa, quòd cognoscatur, vel vespere-
 retur vna ab alia, in eorum operationibus: sed eorum
 est vnus terminus, & vnum factum: & vna & eadem o-
 peratio circuit super ipsa duo, & simul, ante composi-
 tionem. Et ideo dixi ante compositionem, ne putet, qui
 hunc librum legerit, & audierit solutionem & conge-
 lationem, vt dixi, quòd sit compositio quam nomina-
 uerunt Philosophi, quia sic esset in errore sui facti, &
 suæ scientiæ. Quia compositio in hoc artificio seu ma-
 gisterio, est coniunctio siue matrimonium congelati
 spiritus cum corpore soluto, & eorum coniunctio, &
 eorum passio est super ignem. Nam caliditas est eius
 nutrimentum, & anima non dimittit corpus, nec cum
 eo coniungitur omnimoda coniunctio, nisi per mu-
 tationem vtriusque à sua virtute & proprietate, & post
 conuersionem suarum naturarum. Et hæc est solutio &
 congelatio, quam priùs Philosophi vocauerunt. Et scias,
 quòd hanc solutionem & congelationem iam celauerunt
 sapientes, & loquuti fuerunt in ea subtili ratione,
 ex dictis obscuris & coopertis, vt sensus inquisitoris ab
 ipsorum intellectibus elongaretur. Et hoc esto exem-
 plum dicti Philosophorum cooperti & obscuri in eis.
 Vngite folium cum toxico, & verificabitur in eo vobis
 principium officij, siue magisterij eiusdem. Et: Opera-
 mini corpora fortia cum iure soluto, quousque vtrum-
 que eorum conuertatur ad suam subtilitatem. Simili-
 ter & dictum Sapientis in eisdem est: Nisi conuerteritis
 corpora in subtilitatem, vt sint subtilia, & tactu impal-
 pabilia, non dirigetur vobis quod quæritis. Et si trita
 non fuerint, reuertamini ad operationem, quousque te-
 rantur, & fiât subtilia: quod si hoc feceritis, vobis quod
 cupitis dirigetur. Et hoc modo plura verba talia de eis
 posuerunt. Nec vllus probantium potuit attingere vlla-
 tenus hoc factum talis eclamenti, quousque apparuit
 ei bona apertio documenti ostensua, remoto dubio
 præcedenti. Et similiter nominauerunt compositionem,
 post

post solutionem atque congelationem. Postea etiam dixerunt, quod compositio non completur, nisi cum matrimonio & putrefactione. Et iterum ipsorum dictum postea docuit pro solutione & congelatione, & diuisione, & pro matrimonio & putrefactione & compositione. Et hoc est, quia compositio, rei est origo & vita. Nisi enim esset compositio, non produceretur res in esse. Et diuisio est separare partes compositi. & sic separatio fuit sua coniunctio. Et dico quod in corpore non morabitur spiritus, nec in eo erit, nec cum eo vlla tenus remanebit, quousq; ipsum corpus habeat ex subtilitate & tenuatione, vt habet spiritus. Et cum iam ipsum attenuatum fuerit & subtiliatum, & exierit à sua densitate, & spissitudine ad tenuitatem, & à grossitie & corporeitate ad spiritualitatem, comiscebitur tunc spiritibus subtilibus, & imbibetur in eis, & sic vterque euadent vnum & idem, & non separabuntur, sicut nec aqua mixta aquæ. Ponatur quod duæ quantitates participes, quæ sunt in solutione & congelatione, maior sit anima, & minor sit corpus: postea adde quantitati, quæ est anima, quantitatem quæ est in corpore, & participabit quantitati primæ, & erunt in virtute participes solummodo, & operare eas, sicut operati fuimus, & inde habebis quod cupis, & verificabitur tibi linea, sicut dixit Euclides. Postea accipe eius quantitatem, & scias eius pondus, & adde ei de humiditate, quantum possit bibere, cuius humiditatis non habemus hic pondus determinatum. Postea operare eas operatione dissimili, primo videlicet imbibendo & sublimando: & hæc operatio est illa, quam vocant albificationem, & vocant eam Yharit: id est, argentum, & plumbum album. Et cum iam albificabitur hoc compositum, adde ei de spiritu quantum est medium totius, & reduc ad operationem, quousque rubefiat, & erit tunc de colore alufir, quod est nimis rubeum, & assimulauerunt eum sapientes auro. Et effectus huius ducit te ad dictum Aristotelis, qui dixit suo discipulo Ardæ: Lutum quando albificatur, nominamus ipsum Yharit: id est, argentum: & quando rubificatur, nominamus ipsum Temeynchum, quod est aurum. Et albedo est, quæ tingit cuprum, &

facit eum Yharit. Et illa rubedo est, quæ tingit Yharit: id est, argenteum, & facit eum Temcynchum: id est, aurum. Vnde qui poterit soluere illa corpora, & subtiliare, & albificare, & rubificare, & vt tibi dixi, componere imbibendo, & ad idem conuertere, consequetur magisterium, & faciet factum, quod dixi, sine dubio.

*De rebus, & instrumentis huic operi necessarijs,
& opportunis. CAP. II.*

Et oportet te scire vasa in hoc magisterio, scilicet Aludela, & sapientes vocant cœmeteria, seu cribratoria: quia in eis diuiduntur partes, & mundantur, & in eis perficitur & completur, depuratur res magisterij. Et quodlibet horum habeat Chibanum sibi conuenientem, & vtrumque eorum habeat similitudinem & figuram operi competentem. Et iam omnia nominauit, & modum & formam eorum docuit Mezleme, & plures Philosophorum in libris suis. Et scias quod sapientes in hoc conuenerunt in suis dictis, & celauerunt per signa, & fecerunt inde plures libros, & instrumenta, quæ sunt necessaria, in his quatuor prædictis. Et sunt duo: Vnum est cucurbita cum suo alembico: & alterum est aludel, quod est bene factum. Et similiter quæ sunt eis necessaria, sunt quatuor. Et sunt corpora & animæ, & spiritus, & aquæ: & ex his quatuor, est magisterium, & factum minerale. Et sunt explanata in libris sapientum, & absuli ab hoc meo libro, & nominaui in eo, quod non nominauerunt Philosophi. Et qui aliquantulum intellectus habuerit, sciet quæ sunt illa. Et non feci hunc librum ignaro & nescienti, sed composui ipsum prudentibus, & sensum & sapientiam habentibus & scientibus.

De naturis rerum ad hoc magisterium pertinentium. CAP. III.

Et scias quod Philosophi nominauerunt ea pluribus nominibus. Vnde quidam eorum nominauerunt ea mineras, & quidam animale, quidam autem herbele, & quidam per nomen naturarum, hoc est naturale. Alij quidam vocauerunt ea quibusdam nominibus ad libitum, secundum quod eis videbatur. Etiam scias, quod
earum

earum medicine sunt naturis propinquæ, prout dixerunt Philosophi in libris suis, quod natura propinquat naturæ, & natura assimilatur naturæ, & natura coniungitur naturæ, & natura submergitur in natura, & natura dealbat naturam, & natura rubificat naturam: & generatio cum generatione retinetur, & generatio cum generatione vincit.

De decoctione & eius effectu.

CAP. IV.

Et scias, quod Philosophi nominauerunt in suis libris Decoctionem. Et dixerunt, quod faciant decoctionem in rebus. Et illud est, quod eas generat, & mutat à suis substantijs & coloribus ad alias substantias, & ad alios colores. Et non transgrediaris, quod dico tibi in hoc libro, & procedes recte. Respice frater semen, quod est in vita hominum, qualiter in ipsum operatur Solis caliditas, quousque exit ex eo granum, & comedunt homines, & alia animalia. Postmodum operatur in ipsum in homine natura cum sua caliditate, & reddit carnem & sanguinem. Et nostra operatio magisterij est sic. Vnde nostrum semen, quod à sapientibus est sic, quod sua perfectio, suusque processus est ignis, qui est causa vitæ & mortis, qui non tribuit ei vitam, nisi cum intermedio, & sua spiritualitate, quæ non commiscetur nisi cum igne. Iam verificaui tibi veritatem, quam vidi atque feci.

De subtiliatione, solutione, coagulatione, & commixtione lapidis, & eorum causa, atq; fine. CAP. V.

Et scias, quod nisi subtiliaueris corpus, quousq; fiat aqua totum, non rubiginabitur, nec putrescet, & non poterit congelare animas fugaces, cum tetigerit eas ignis: quia ignis est qui eas congelat, cum auxilio ipsius ad ipsas. Et similiter præceperunt Philosophi soluere corpora, & soluimus, vt adhæreat caliditas eorum profunditatibus. Postea redimus ad soluendum ipsa corpora, & ad congelandum post eius solutionem, cum re

quæ ei appropinquauit, quousque coniungamus omnia commixta bona & idonea commixtione, quæ est quantitas temperata. Vnde coniunximus ignem & aquam, & terram & aërem: & quando commiscuit se spissum cum subtili, & subtile cum spisso, remansit alia cum alijs, & conuersæ fuerunt suæ naturæ pares, cum prius essent simplices, quia pars est generatiua, addit & tribuit suam virtutem in subtili, quod est aër: quia adhæsit cum suo consimili, & est pars generationis. Vnde accepit potestatem ad mouendum & ascendendum. Et potuit frigiditas in spisso: quia amisit caliditatem, & exiuit ab eo aqua, & apparuit res super ipsum. Et exiuit humiditas ascendendo, & subtile aëris, & commiscuit se cum eo: quia est suum consimile, & suæ naturæ. Et quando corpus spissum amisit caliditatem & humiditatem, & potuit super ipsum frigiditas & siccitas, & cōminuerunt se suæ partes, & diuisæ fuerunt, & non fuit humiditas quæ coniungeret ipsas partes diuisas, elongauerunt se partes. Et postea pars quæ contraria frigiditati, quia contiuauit, & immisit suam caliditatem & suam decoctionem ipsis partibus, quæ sunt terræ, & in eis ipse posse ualuit, siue potuit, & habuit dominium & uictoriam super frigiditatem, & latuit frigiditas, quæ prius erat in corpore spisso per uictoriam caliditatis super eam, conuersa fuit pars suæ generationis, & facta fuit subtilis & calida, & conata fuit siccare cum sua caliditate. Et postea subtile, ascensor naturarū, cum amisit calorem accidentalem, & accidit ei frigiditas, tunc conuersæ fuerunt, & inspissauerunt se, & descenderunt ad centrum, & coniunctæ sunt naturæ terrestres, quæ se subtiliauerunt, & conuersæ fuerunt in suam generationem, & imbiberunt se in eis: & coniunxit humiditas illas partes diuisas, & conata est terra siccare illam humiditatem, & obsedit eam, & prohibuit, ne exiret ab ea, & apparuit quod erat absconsum super eum. Et non potuit humiditas separari retentione siccitatis. Et similiter inuenimus, quod quicquid est in Mundo, retinetur per suum contrarium, vel cum suo contrario: scilicet caliditas cum frigiditate, & siccitas cū humiditate. Postea cum quilibet eorum obsedit suum socium, commiscuit

miscuit se subtile cum spisso, & factæ fuerunt illæ res vna substantia, scilicet sua anima calida & humida, & suū corpus frigidū & siccū. Postea conata fuit soluere & subtiliare cum sua caliditate, & sua humiditate, quæ est sua anima. Et conata fuit claudere & retinere, cum suo corpore quod est frigidum & siccum. Et sic super hoc circuit & conuertitur officium huius. Iam asserui tibi veritatem, quam vidi & feci, & præcepi tibi, vt conuertas naturas à sua subtilitate, & suis substantijs cum caliditate & humiditate, quousque conuertantur ad aliam substantiam, & alios colores. Et nō transgrediaris quod in hoc libro dicitur, & procedas recte in magisterio prout cupis.

De fixatione spiritus. CAP. VI.

Et scias, quòd corpus cum cōmiscet se cum humiditate, & ipsum inuenit ignis caliditas, conuertitur humiditas super corpus, & soluit ipsum, & tunc non potest spiritus ab eo exire: quia imbibit se cum igne. Et spiritus sunt fugaces, quousque corpora cum eis cōmiscentur, & conantur pugnare cum igne, & eius flamma. Et parum tamen conueniunt istæ partes, nisi cum operatione bona, & continuo & longo labore: quia naturæ animæ est tendens sursum, vbi centrum animæ est. Et quis est ille ex probatoribus, qui valeat duo, vel diuersa coniungere, quorum centra sunt diuersa, nisi post conuersionem naturæ earundem, & mutationem substantiæ, & rei à sua natura, quod est graue quærere: Ergo qui potuit conuertere animam in corpus, & corpus in animam, & commiscere cum eo spiritus subtiles, tinget omne corpus.

De decoctione, contritione, & ablutione lapidis. CAP. VII.

Et scias illud, quod est multum necesse in hoc secreto atque magisterio, est decoctio, contritio atq; cribratio & mundificatio, atq; cum aquis dulcibus ablutio. Vnde qui aliquid huius operatus fuerit, mundificet ipsum bene, & abluat atq; mundificet ab eo nigredinē, & tenebras quæ apparent super ipsum in eius operatio-

ne. Et corpus subtiliet, quanto plus poterit, postea miscabit cum eo animas solutas, & spiritus mundos, quousque sibi placeat.

De quantitate ignis, & eius commodo & incommodo. CAP. VIII.

Et cognoscat similiter quantitates ignium, & commodum rei huius, & incommodum eiusdem, prouenit à cōmodo ignis. Vnde dixit Plato in suis sermonibus, in libro suo: Ignis addit perfecto commodum seu perfectum, & corrupto incommodum seu corruptionem. Vnde cū fuerit eius quantitas bona idonea, proficiet, & cū multiplicauerit in rebus, ultra modum corrumpet ambo, scilicet perfectum atq; corruptum. Et hac de causa oportuit sapiētes mittere medicinas suas super Elixir, ad prohibendum & remouendū ab eis cōbustionem ignium, & eorum caliditatem. Et dixit Hermes patri suo: Patere timeo ab inimico in mea mansione. Et dixit: Fili, accipe canem masculum Corascenem, & caniculā Armeniae, & iunge in simul, & parient canē coloris cœli, & imbibe ipsum vna siti ex aqua maris: quia ipse custodiet tuū amicum, & custodiet te ab inimico tuo, & adiuuabit te vbicunq; sis, semper tecū existendo in hoc mundo & in alio. Et voluit dicere Hermes, pro cane & canicula, res quæ conseruant corpora à combustionem ignis, & eius caliditate. Et sunt illæ res aquæ ex calcibus & salibus, quarum facturæ inueniuntur in libris sapientum de hoc magisterio. Et aliqui ex sapientibus nominauerunt eas, aquas marinas, & lac volatiliū, & his similia.

De separatione elementorum lapidis.

CAP. IX.

Inde oportet, ô frater, quem Deus honoret, vt accipias lapidem honoratum, vel preciosum quem nominauerunt sapientes, & magnificauerunt, & absconderunt, & celauerunt. Et ponas ipsum in cucurbita cum suo alembico, & separa eius naturas, hoc est, quatuor elementa, terrā, aquam, aërem, & ignē. Et sunt ea, corpus & anima, spiritus & tinctura. Et cū separaueris a-

quam

quam à terra, & aërem ab igne, serua vtrumq; duorum per se, & accipe quod descendit ad fundū vasis, & illud est saxe, & abluè ipsam cum igne calido, quousq; auferatur eius nigredo, & recedat eius spissitudo: & albifica ipsam albificatione bona, & fac ab ea euolare additiones humiditatū, & tunc conuerteretur, & deueniet calx alba, in qua nō erit obscuritas tenebrosa, nec immundicia, nec contrariū. Postea redi ad naturas primas, quæ ascenderunt ab ea, & mundifica eas similiter ab immunditia & nigredine atq; contrarietate: & reitèra super eas multotiens, quousq; subtilientur, & purificentur, & attenuentur. Et cum hoc feceris. iam miserus est tibi Deus. Et scias, frater, quòd hoc officium est vnus lapis, super quem non intret Garib: id est, aliquid aliud. Cum eo operantur sapiētes, & de eo exit, cum quo medicatur, quousq; compleatur. Nō commiscetur cum eo aliquid, nec in eius parte, nec in toto. Et hic lapis inuenitur in omni tempore, & in omni loco, & apud omnem hominē, cuius inuentio non aggrauat inquirentē, vbicunq; sit. Et est lapis vilis, niger & foetens, non emptus precio, & sine aliquo nō existit leuis in pondere, & vocant eum Origo mundi: quia oritur sicut germinantia. Et hæc est eius reuelatio, atq; apparitio inquirenti.

De natura lapidis & eius origine.

CAP. X.

Accipe ergo ipsum, & operare ipsum, vt dixit Philosophus in suo libro, quando nominauit eum sic: Accipe lapidem non lapidem, vel qui non est lapis, nec est de natura lapidis. Et est lapis, cuius minera generatur in capite montiū, & Philosophus voluit dicere montes pro animali. Vnde dixit: Fili, vade ad montes Indiæ, & ad suas cauernas, & accipe ex eis lapides honoratos, qui liquefiunt in aqua quando cōmiscuntur ei. Et illa aqua est ipsa videlicet, quæ sumitur ab alijs montibus & illorū cauernis. Et sunt, filii, lapides, & non sunt lapides, sed nominamus eos per similitudinē, quam habēt ad eos. Et scias quòd radices minerarum ipsorum sunt in aere, & eorum capita in terra, & quando euelluntur à suis locis, audiunt, & est rumor magnus, & vade, fili, cum eis: quia citò euanescent.

De commixtione elementorum separatorum.

CAP. XI.

Et incipe compositionem, quæ est circuitio totius facti: nam compositio non erit, nisi cum matrimonio & putrefactione. Et matrimonium est, commiscere subtile cum spisso. Et putrefactio est assare, terere, & rigare, quousque commisceantur insimul, & fiant vnum: ita quòd non sit eis diuersitas, nec separatio de aqua mixta aquæ. Et tunc conabitur spissum retinere subtile, & conabitur anima pugnare cum igne, & pati ipsum. Et conabitur spiritus submergi in corporibus, & fundi in eis. Et oportuit hoc esse: quia corpus solutū, cum commiscuit se cum anima, commiscuit se cum ea, & cum omnibus suis partibus, & alia in alijs intrauerunt cum sua similitudine, & conuersa fuerunt vnum & idem. Et ideo oportuit, quòd accidat animæ de comoditate, & de durabilitate, & permanentia, quæ accidit corpori in loco commixtionis. Et similiter spiritui in hoc statu vel permanentia animæ & corporis, conueniens fuit accidisse, Quia spiritus cum commiscetur cum ea cum labore operationis, & commixtæ fuerint partes eius cum omnibus partibus aliorum duorum, quæ sunt, videlicet anima & corpus, tunc conuersa fuerunt, spiritus & alia ambo, vnum quid, & indiuisibile, secundum substantiam integram, cuius saluæ fuerunt suæ naturæ, & conueniunt suæ partes, vnde cum obuiauerit istud compositum corpori soluto, & ipsum consequuta fuerit caliditas, & apparuit super faciē eius quod erat in eo ex humiditate, & liquefactum fuerit in corpore soluto, & transiuit in ipsum, & commiscuit se cum eo, quod est de natura humiditatis, incendit se, & defendit se ignis cum eo. Vnde cum tunc ignis voluerit cū eo suspendi, prohibebit eum apprehendere se: id est, adhærere cum spiritu admixto aquæ suæ. Et ignis non adhærebit ei, quousque sit purum. Et similiter aqua, ex sua natura fugit ab igne, & quando ipsum consequitur ignis, & vult eā auolare, & sic fuit corpus causa recisa retinēdi aquam, & aqua causa retinēdi oleū, quod non comburetur nec consumetur. Et fuit oleum causa retinēdi tincturam: &

ram : & fuit tinctura causa faciendi apparere colorem, & causa demonstrandi tincturam, in qua non est lumen, nec vita. Vnde hæc est vita recta & rei perfectio, & Magisterij. & hoc est quod quæsiuisti. Scias igitur & intellige, & inuenies quod quæris, si Deo placuerit.

De solutione lapidis compositi.

CAP. XII.

Sed postea Philosophi subtiliauerunt se ad soluendum ea, vt bene se commiscerent, corpus & anima. Nā omnia quæ simul sunt in contritione & assatione, & rigatione, habent vicinitatem & colligationem adinuicē, ideoq; potest ignis assumere naturā à debiliori, quousque deficiat & euanescat: & similiter reuertitur super partes fortiores, quousque remaneat corpus sine anima. Vnde quando sic soluuntur & congelantur, accipiunt partes adinuicem, partes suas magnas videlicet atq; paruas, & fuit hoc ex eis complexio, & est eorum assumptio, & sic conuersa fuerunt illa duo vnum & idem. Et quando sic fuit, assumit ignis ab anima, quantum assumit à corpore, nec addit nec diminuit, vnde fuit per ea perfectio. Ex eo necesse est ei capitulum proprium in scientia Elixiris, scilicet dictum, de soluendo corpora & animas simplices. Quia corpora non intrant super animas, & erunt retinacula eis, & excusabunt eas ab omni opere sublimandi, figendi, atque retinendi, & cōmiscendi, & his similia, nisi cum mundificatione prima. Et scias quod solutio nō transcendit hos duos modos: aut enim est extrahere interius rerum ad suam superficiem, & erit pro hoc solutio, & est exemplum ad hoc, quod argentū est frigidum & siccum in sua apparentia, & quando apparet suum interius, est solutum: quia est calidū & humidum: Aut dicta solutio est corpus acquirere humiditatem accidentalē, quam nō habebat, & addit suā humiditatem cum ea, & ideo soluūt se suæ partes, & erit pro eo solutio.

De coagulatione lapidis soluti.

CAP. XIII.

Et dixerunt aliqui ex sapientibus : Congela in bal-

neo congelatione bona, quam tibi dixi, & est sulphur
 luminosum in tenebris, & est hyacinthus rubeus, &
 toxicum igneum, & interficiens, & est Elixir, quod super
 nullum remanet: & leo victor, malefactor, & ensis scia-
 dens, & tyriaca sanatrix, vel sanans omnem infirmitatē.
 Et dixit Geber filius Hayen: Quod omnes operationes
 huius magisterij sub sex contineantur rebus, quæ sunt
 fugere, fundere, & incerare, & dealbare, ut est marmor:
 & soluere & congelare. Et illud fugare, est fugare &
 remouere nigredinem à spiritu & anima. Et fundere,
 est liquefactio corporis. Et incerare, est propriè corpo-
 ris & eius subtiliatio. Et dealbare est fundere citò cor-
 pus propriè. Et congelare, est congelare corpus cum
 anima præparata. Rursum fugare cadit super spiritum &
 animam: & fundere & dealbare, & incerare & soluere,
 cadit super corpus: & congelare cadit super animam,
 & intellige.

*Quod vnus tantum sit lapis, & de eius na-
 tura. CAP. XIII.*

Dixit Bauzan Philosophus Græcus, cum interroga-
 uerunt eum: Nunquid germinans potest fieri lapis?
 Dixit sic: Duo scilicet primi lapides, lapis alkali, & la-
 pis noster, qui est vita illi, qui ipsum scit, & eius factum.
 Et qui nesciuit & nō fecit, & non certificabitur quomo-
 do nascatur, aut putabit lapidem: aut qui non compre-
 hendit super omne quod de modis huius lapidis dixi,
 iam parauit se morti & pecuniā suam perditioni. Quia
 nisi hunc lapidem honoratum inuenit, non cōsurgit
 alius suo loco, & non vincat naturæ super ipsum. Eius
 natura est caliditas multa cum temperamento. Vnde
 qui ipsum sciuit, iam docuit ipsum, & qui ipsum igno-
 rarit, non docuit ipsum. Habet autem proprietates &
 virtutes multas. Nam ipse mundificat corpora ab addi-
 tionibus accidentiū ægritudinū, & conseruat substan-
 tias saluas, ita quod nō appareant, neq; videantur in eo
 turbationes contrariorum, nec fuginentum sui vincu-
 li. Hic est enim sapor corporum & eorum spiritus, & eo-
 rum anima: quando cōmiscetur cum eis, soluit ea sine
 detri-

detrimento. Hic est vita mortuorum, & eorum resurre-
ctio, medicina conseruans corpus, & purgans super-
fluitatem. Et qui ipsum sciuerit, sciat, & qui nescierit,
nesciat. Nam huius officium non consurgit precio, nec
associatur vëditioni, seu emptioni. Intellige eius virtu-
tē & valorem atq; honorem, & operare. Et dixit quidā
sapiens: Non est tibi datum à Deo hoc magisterium
solum pro tua audacia, fortitudine & calliditate, sine
omni labore. Nam laborant homines, & Deus tribuit
fortunam hominibus. Adora ergo Deum creatorem,
qui tibi tantam gratiam suis operibus bene dictis vo-
luit exhibere.

Modus operationis lapidis ad album.

CAP. XV.

Cum ergo volueris hoc magisterium honoratum
facere, accipe lapidem honoratū, & pone eum in cu-
curbita, & cooperi eum cum alembico, & claude eam bene
cum luto sapientiæ, & dimitte exiccari: quod sic facies,
quotiescunq; claudes cum luto sapientiæ, postea mit-
te in stercore calidissimo: deinde distillabis eum, & po-
nes sub eo recipiens, in quod distilletur aqua, & dimit-
tes sic, quousque tota aqua distilletur, & exiccabitur
humiditas, & poterit siccitas super eum. Postea extra-
hes eum siccum, & seruabis aquam, quæ distillauit ex
eo, quousque tibi sit necessaria. Accipiesque corpus
siccum, quod remansit in fundo cucurbitæ, & teres i-
psum, ponesq; in vase Chalcofolario, cuius quantitas
sit secundum quantitatem medicine, & subhumabis eā
in stercore equino humido excellentissimè calido, prout
potest, & sit ipsum vas clausum bene cum pila & luto
sapientiæ, & sic dimittas ipsum esse ibi. Et cum noueris
quod voluerit infrigidari sterco, parabis aliud calidis-
simum, & in eo pones dictum vas. Sic facies cum eo
quadraginta dies, renouando sæpe sterco calidū, cum
necesse fuerit, & soluetur medicina in se, & fiet aqua
spissa, alba: & cum sic eam videris, scias eius pondus, &
adde eidem quantū est medietas ponderis ipsius de a-
qua, quam prius seruasti, & claude tunc ipsum vas cum
luto sapientiæ, & iterum reduc ad sterco equinum ca-

lidum: quia in eo est humiditas & caliditas, & non o-
mittas (vt prius diximus) renouare stercus, cum infrigi-
dari inceperit. quousq; compleantur quadraginta dies.
Quia tunc medicina congelabitur in simili quantitate
dierum, quibus soluta fuit prius. Postea accipe eam, &
scias pondus eius integrè, & accipe quantitatē eius de
aqua, quam prius formasti, & tere corpus, & subtilia, &
pone aquam super ipsum. Et iterum remitte in sterco-
re equino calido, per vnā septimanam & dimidiam,
& sunt decem dies, tunc extrahes, & inuenies corpus
iam bibisse aquam. Postea tere ipsum & pone super i-
psum de ipsa aqua, quantum prædictum est. Et subhu-
ma eum in stercore, & dimitte tibi per alios decē dies.
Postea extrahe, & inuenies ipsum corpus, quod iā bi-
berit aquam. Postea, vt prius tere, & pone super ipsum
de prædicta aqua, iuxta quantitatē prædictam, & ite-
rum subhumabis in stercore prædicto, & dimittes ibi
per decem dies, & postea extrahes. Et sic facies quarta
vice, tunc cum iam quarto complebitur hoc extrahe &
tere: & subhumabis eum in stercore, quousq; soluatur:
deinde extrahe, & reitēra adhuc semel, quia tunc est
origo perfecta, & iam compleuit suum factum. Tunc
verò cum sic fuerit, & adduxeris rem, ô frater, ad hunc
statum honoratum, accipe ducentas quinquaginta dra-
chmas plumbi vel stanni, & funde ipsum. Deinde cum
liquefacta fuerit, projice super ipsum vnā drachmam
de Cinnabari: id est, de hac medicina, quam adduxisti
ad hunc statum honoratum, & hunc ordinem altum,
& retinebit ipsum stannum seu plumbum, ne euolet
ab igne, & albificabit ipsum, & extrahet ab eo ipsius
detrimentum, & eius nigredinem, & conuertet ipsum
in tincturam permanentem perpetuò. Deinde accipe
vnā drachmam de istis ducentis quinquaginta, &
projice super ducentas quinquaginta stagni aut lato-
mis, seu cupri, & conuertet ipsum in argentum melius
quàm de minera, & hoc est maius quod fa-
cere potest, & vltimū, si Deus
voluerit.

Conuersio prædicti lapidis in rubeum.

CAP. XVI.

Et si volueris hoc magisterium ad aurum cōvertere. Accipe de hac medicina, quam (vt dixi) adduxisti ad huac statum honoratum, & ad hunc ordinem altum, pondus vnius drachmæ, & hoc secundum modum exempli tui superius dicti. Et pone eam in vase chalcofolario, & subhumabis eam in stercore equino per quadraginta dies: quia soluetur: postea dabis ei ad bibendum aquam corporis soluti, primò quantum est medietas sui ponderis, postea vsquequo congeletur, subhumabis in stercore calidissimo, vt prius dictum est. Deinde per ordinem facies in hoc capitulo auri, sicut fecisti superius in capitulo argenti. Et erit aurum, & operabitur aurum, si Deus voluerit. Custodi, fili, hunc librum secretissimum, & non ponas ipsum in manus ignorantium, secretum secretorum Dei: quia perficies quod volueris,

Amen.



LIBER TRIVM VER-
BORVM KALLID
autissimi.

DE QUALITATE LAPIDIS
Philosophici. CAP. I.

LAPIDIS iste de quo fit hoc opus, habet in se omnes colores. Est enim albus, rubeus, rubicundissimus; citrinus citrinissimus, cœlestinus, viridis, grauis. In lapide isto sunt quatuor elementa. Est enim aquaticus, aëreus, igneus, & terreus. In lapide isto in occulto est caliditas & siccitas, & in manifesto frigiditas & humiditas: oportet ergo nos occultare manifestum, & id quod est occultum, facere manifestum: illud autē quod est in occulto, scilicet caliditas & siccitas, est oleum, & istud oleum est siccum: illa siccitas tingit & non aliud, quia alkale & nō aliud tingit. Illud quod est in manifesto frigidum & humidum, est fumus aquosus corrumpens: oportet ergo vt illa humiditas & frigiditas sit cōpar caliditati & siccitati, ita vt non fugiat ab igne: quia inter illā frigiditatem & humiditatem est vna particula calida & sicca: oportet ergo quod frigidū & humidum recipiant caliditatem & siccitatem quod erat in occulto, & fiant vna substantia. Illa autem frigiditas & humiditas est fumus corrumpens & aquosus, de quo dicitur, quod humiditas aquosa & adustiuua corrumpit corpus & tingit in nigredinem. Ista ergo infirmitates oportet destruere in igne & per gradus ignis.

De lapidis ipsius proprietate.

CAP. II.

Hic est liber Trium verborum, liber lapidis preciosi, qui est corpus aëreum, & volatile, frigidum & humidum, aquosum & adustiuum, & in eo est caliditas, siccitas, frigiditas, & humiditas: alia virtus est in occulto, & alia in manifesto. Quod vt illud quod est in occulto fiat
mani-

manifestum: & illud quod est manifestum fiat occultū per virtutem Dei, & caliditatem, vt siccitas. Dicunt enim Philosophi Persæ, quòd frigiditas & humiditas aquosa & adustiuua, nō est amicabilis caliditati & siccitati: quia caliditas & siccitas destruit frigidū & humidū, aquosum & adustiuuum virtute diuina. Et tunc mutatur spiritus iste in nobilissimum corpus, & non fugit ab igne, & currit vt oleū, quod est tinctura viuua multiplicatiua, ponderatiua, coloratiua, consolidatiua, pulcherrima, ingressiua, præseruatiua, atq; perpetua, frangitiua, & est tamen Sol preciosus.

De occulta caliditate & siccitate in humido & frigido existentibus. CAP. III.

Opus mirabile Trium verborum, est opus lapidis preciosi, in quo est frigiditas & humiditas aquosa & adustiuua, & in eodem occulta caliditas: & sic illud quod est de tribus verbis legitur & aliter à quibusdam intelligitur, vt omnes clarè & apertè nō intelligant causam in tribus verbis. hoc inquiritur in humido & frigido, in quo est occulta caliditas & siccitas, & hoc scire nos oportet, vt faciamus de manifesto occultum, & de occulto manifestum, & istud occultum est de natura Solis & ignis, & est preciosissimū oleum omniū occultorum, & tinctura viuua, & aqua permanens, quæ semper viuuit & permanet, & acetū Philosophorum, & spiritus penetratiuus: & est occultum tingitiuum, aggregatiuum & reuiuificatiuum: quod rectificat & illuminat omnes mortuos, & surgere eos facit, postquam non fugit ab igne eius caliditas & siccitas. Sed frigiditas aquosa & adustiuua fugit ab igne & destruit se.

De conuersione spiritus in corpus, & corporis in spiritum. CAP. IIII.

Vt igitur omnia manifestemus, scilicet occultum: huius humidi & frigidi spiritus iste vertatur in corpus, & hoc corpus in spiritum, & iterū spiritus iste fiat corpus, & tunc facta est amicitia inter frigiditatem & humiditatem & caliditatem & siccitatem. Vnde dicunt Philosophi Persæ, quòd mirum est, quomodo hoc fiat, sed

virtute Dei fieri potest cū molli temperamento & moderatio termino ignis. Et huius longitudinis dierum duorum & septem. Nam à tribus duo intelliguntur, & à duobus quinque, tria non intelliguntur. Et hæc sunt tria verba preciosa, occul a & aperta data non prauis, non impijs, non infidelibus, sed fidelibus & pauperibus à primo homine vsque ad vltimum.

De Planetarum & eorum imaginum operibus in Mercurio existentibus.

CAP. V.

Dico ergo quòd in Mercurio sunt opera Planetarū, & eorum imaginationes in suis locis, sicut in fœtu suis partibus & temporibus operantur. Nam in fœtu primo mense cū semen à matrice acceptum est, Saturnus operatur congelando, & constringendo sua frigiditate & siccitate ipsam materiam in vnam massam. Secundo mense operatur Iupiter sua caliditate digerendo in quandam massam carneam, quæ embrio vocatur. Tertio mense operatur Mars, agens in materiam, & sua caliditate & siccitate diuidit & sequestrat illā massam & membra disponit. Quarto mense Sol, vt dominus immittit spiritū, & sic incipit viuere. Quinto mense operatur Mercurius, qui foramina & spiracula facit. Sexto mense Venus disponit, & ordinat supercilia & oculos, testiculos, & similia. Septimo mense Luna sua frigiditate & humiditate laborat ad expellendum fœtū, & si tūc nasceretur, viuere posset: si verò non nascitur tunc debilitatur, & iterum Saturnus octauo mense sua frigiditate & siccitate incipit operari, tunc constringendo ipsius fœtus acceptionem in matrice, & si tunc nasceretur, viuere non posset. Nono mense Iupiter iterum operatur, & sua caliditate & humiditate iterum nutriendo reducit vires ipsi fœtui: & sic completo nono mense nascitur, & bene viuit. Et hæc sunt verba vera: Aqua fœtum tribus mensibus in matrice conseruat: ignis totidem custodit. Aër quoque tribus mensibus fouet: qui totidem complet qui fouetur sanguis in vmbilico, qui ingrediebatur preciosus ad maternas condescenden-

tes mammas. Ibiq; post partus angustias niuis candorem assumit. Infanti verò nunquam patebit egressus, quousq; aëreos flatus exhauriat. Egressus tandem os aperit & lactatur.

De obseruatione Planetarum in opere Alchimia. CAP. VI.

Ab istis tribus mensibus oportet nos intelligere, tecum acuto ingenio scire, & componere ac extrahere duo: nam à duobus non intelliguntur tria: sed ab istis tribus intelliguntur duo & septem. Vnde omnes qui cupiunt scire hanc artem, acuant ingenium suum ad aperiendum thesaurum ex tribus verbis, in quibus occultatur tota præparatio & virtus lapidis, in quo est caliditas & siccitas, quæ siccitas est oleum viuum, & tinctura viua, & est siccitas tineta & profunditas tincturarum, & hoc est calidum & humidum coniunctiuum. Omnes autem à principio hoc videntes cognouerunt de verbo, quod dictum est, & qui audierunt de tribus verbis, mirati sunt valde, quorum hæc est expositio: quia sic à principio conceptionis vsq; ad natiuitatē infantis, quilibet Planeta suo loco dat imaginem virtute diuina sic creante: ita ego Rachaidcbi dico: & verū est, quod in omnibus operibus alchymicis quilibet Planeta suo loco suam facit imaginem vsq; ad complementum operis: & tunc nascitur Alchimia artificiosè. Sed si verius dicam, naturaliter nascitur secundum omnes planetas sicut Deus ostendit protoplasto hominis naturaliter habens naturam omnium tincturarum: & sic nascitur Mercurius habens in se quatuor elementa, & naturas omnium tincturarum secundum suos gradus: & in hoc opere Alchimia multi errant, & pauci perueniunt ad finem. Nam in hoc opere est saltus Lunæ, & circulus Solis, ad gradus tres. Primus debilis: Secundus firmus: Tertius perfectus. & termini tres: Primus, quando Sol intrat in Ariete, & est in sua exaltatione: Secundus, quando Sol est in Leone: Tertius, quando Sol est in Sagittario. Circulus autem Solis est viginti octo annorum. xix. annorum in his mineris, & alijs qui in tabulis Alchimie sunt, cõpletur Alchimia. Nam

numero saltus Lunæ inuenimus gradus, à nouē gradi-
bus vsq; in duodecim gradus, & ab vno in duos gra-
dus CLXIII. vsq; ad XXIIII. &c. VII. in circulo So-
lis inuenimus. Intellige ergo quia secundum istos gra-
dus completur opus Alchimix.

Expositio trium Verborum. CAP. VII.

Redeamus nunc ad expositionē trium Verborum, in
quibus tota ars cōsistit. Aqua enim dicitur tribus men-
sibus scetum in matrice conseruare. Aër tribus mensi-
bus fouet. Ignis totidem custodit. Hoc totum dictum
est de Mercurio per similitudinem. Et verbum istud &
sermo iste, & terminus obscurus, est apertus ad intelli-
gendum verum. Nam & alia natura est in muliere præ-
gnante, & alia in Mercurio: tamen per similitudinē ca-
loris qui in matrice inuentus est: estimatus est ignis qui
est triginta duorum graduum. Vnde istud tertium ver-
bum de quo dicitur, ignis totidem custodit, obscurum
est, & multi errant in eo, & intrant terram regionem
nescientem, quia à tribus accipiunt duos gradus, & ab
istis duobus gradibus extrahuntur reliqui gradus, &
in 32. particulis Craticulæ partitur libellus: & in istis
gradibus expletū est verbum tertium totum, de quo di-
citur totidem. Primus gradus complet aquā & aërem.
Secundus gradus complet totum hoc quod diximus
& totidem. & hoc est donum Dei.

De gradibus ignis. CAP. VIII.

Philosophus Regis Persarum & principis Romano-
rū dixit: Ita diuide tria verba in duas partes, & iterum
istæ duæ partes diuidantur in duas partes, & super illa
duo diuidantur 32. gradus, qui sunt termini ignis, & di-
cuntur particule ignis, & hæc inueniuntur à portionibus
archæ quæ diuiditur in 32. partes, & dicuntur almeç. Om-
nes isti gradus sparguntur super primas duas partes,
quæ sunt termini duo, & partiti in 4. partibus 32. gradus
partiuntur, sicut primus gradus est particula ignis
vna albechir, & est sola & simplex, & dicitur quasi nul-
la, & quod est leuis ignis, & cum isto igne incipimus
cōprehendere Mercurium ad rubeum, cum ad mortem
ducunt

ducunt magistri Persarum per subtilitatē ingenij, & ita complentur verba duo in 6. maenchen. Post hæc explentur verbum tertium, quod est obscurum, & in quo multi errant, & perdunt sensum suū. Philosophus Regis Persarum dixit: d u idamus istud per medium. Medietas est ex tribus maenchen, & ista medietas regitur cum duobus gradibus, qui sunt duæ particulae ignis, & ita explentur ista tria verba in 22. maenchen, & hic est primus terminus & est sine errore. Secundus terminus est de 16. maenchen, & regitur cum octo ignis gradibus. Tertius terminus est de 20. maenchen, & regitur cū 16. gradibus: id est, particulis ignis. Quartus terminus est de 24. maenchen, & quatuor diebus, & regitur cū 32. ignis gradibus, qui sunt particula ignis. Raxit Aedrianus, & omnes Philosophi Persarum, laudetur Deus, & sanctum nomen eius, quia hoc dictum est de temperato igne super verbis tribus de natura mulieris imprægnatæ, ad exemplum ignis quod oportet in Mercurio. Diuiduntur omnes isti duo termini, quilibet per medium, quia arabico sunt 23. manahen. & 7. diethen: & in fine primi termini aperi thesaurum, proijce quod inuenieris; quod si salierit, & fumum emiseric super rubeam laminam, nondum factum est. Reduc ergo ad ignem de 16. qui habet in se octo ignis gradus: & iterum aperi thesaurum, & pone super rubentem laminam, & vide si salierit & fumum fecerit, quia nondum factum erit. Reduc ergo ad ignem de 20. qui habet in se 16. gradus: Iterum aperi thesaurum, & si adhuc fumum fecerit, nondum coctum erit. Reduc ergo ad ignem de 24. maenchen, & quatuor diechen, qui habet in se 32. gradus ignis, & modò factus erit fusibilis preciosus lapis viridis, siue aureus, siue ialneus, siue rubicundus. In hac hora laudetur Deus & sanctum nomen eius, quod est benedictum super omne nomen de hoc suo sancto dono.

*Libri Trium verborum Kallid Rachaidis
Philosophi finis.*

TRACTATUS ARISTOTELIS
de Practica lapidis Philosophici, incipit.



U^m omne corpus secundum Philosophū, aut est elementum, aut ab elementis generatum, nostro magisterio summè necessaria est generatio: ipsa autē non nisi ex quatuor naturis quæ sunt quatuor elementa, consistere potest. Elementa verò quatuor sunt, aër, aqua, ignis & terra, sine quibus generatio omnis priuatur effectu. Elementorū nanq; duo sunt lapidea, & duo aquatica: lapidea quidē sunt ignis & terra: aquatica verò, aër & aqua. Eorū quoq; duo sunt amica, & duo inimica. Terra & aqua sunt amica: ignis & aqua sunt inimica.

Fac ergo pacē inter inimicos, & totum habebis magisterium. Sed pacem inter elementa facere non potes, nisi per cōuersionem eorum ad inuicem. Ea autem ad inuicem bene conuertere est bene possibile. Quia ut dicit Philosophus: De aptitudine omnium elementorū, est ut mutantur ad inuicem. Nam ignis mutatur in aërem, & aër in aquam. Sic ignis mutatur in aquam, & aqua in terram, & econuerso.

Conuerte ergo elementa, & quod quæris inuenies: Nam nostra compositio, ut dicit Morienēs, est naturarum mutatio, & earum calidi cum frigido, humidi cum sicco admiscibilis connexio. Aquæ enim frigiditas, & ignis caliditas, aëris humiditas & terræ siccitas ad inuicem concorditer ligata, integrum scilicet primum constituunt generatum. Sunt namque elementa, ut dicit Philosophus, circulariter cōuersiua. Et ideo generantur & corrumpuntur ad inuicem, sed hoc quod non nisi operatione & regimine perficitur.

Modi verò operationum sunt quatuor, puta, lapidis dissolutio in aquam spiritualē, lapidis separatio in statum spiritualē, lapidis reductio in terram naturalem, & lapidis desponsatio in calcem spiritualem.

Lapidis dissolutio fit per contritionem: lapidis separatio

ratio per distillationem: lapidis reductio per incerationem: desponsatio per fixationem.

Primus igitur gradus nostri regiminis siue operis est dissolutio lapidis in aquam spirituales, vt dicit Philosophus: Quoniam primus modus præparationis est, vt lapis fiat Mercurius. Ipse enim est primum corpus operans in grossis rebus, vt reddat eas ad modum suum. Si enim dimitteret res grossas in sua grossitie, & non subtiliaret eas, non dissolueretur lapis, neque putresceret. Et ideo si aliud beneficium non haberemus à Mercurio, nisi quòd corpora reddit subtilia ad sui naturam, satis deberet nobis sufficere. Accipe ergo filium tuum charissimum, & sorori suæ albæ æqualiter coniunge: propina illis poculum amoris, quia beneuolentiæ consensus res rebus adiungit. Superfunde illis mulsum donec inebrientur, & in partes minimas diuidantur. Veruntamen memoriter teneas, quod omnia munda conueniunt mundis, alioquin sibi filios generat dissimiles.

Et ideo vt dicit Auicenna: Primum quod debes facere in opere, est quòd sublimes Mercurium: deinde mitte in Mercurio munda corpora: hinc contere, coque, reitera, & ne tædeat te hoc facere. Cùm verò videris nigredinem in aquæ superficie apparentem, collige eam cautè, & repone ad partem, sciens pro certo iam lapidem tuum in parte dissolutum esse. Aquam verò totam distilla per pannum, quod in eo reperies dissolutum, reliquum ad recoquendum repone, donec totum in fuliginis modum nigrescat. Hæc omnia fiant temperato igne primi gradus calido & humido. Si enim nimius calor affuerit, nigredinem in ruborem conuertet, & calor festinæ rubedinis est signum combustionis. Et ideo si bene rexeris originem artis, erit caput corui: in illa namque corpus dissoluitur, & in primam sui materiam redigitur. Et illud ideo, quia corpora non alterantur nisi prius in primam materiam reducantur. Et ideo, vt dicit Plato, indiges, quod in solutione eorum labores, vt grauioribus partibus abiectis, opus cum leuioribus compleatur. Quod quidem fit per sublimationem. Iugula ergo filios tuos, & sanguinem eorum recipe, carnes verò projice canibus, ne latent super te. Et illud

ideo, quia sanguis est anima, & anima est vita, & vita lapis noster est. Nihil enim lapidi nostro cōuenit, quod viuum non fuerit, & cœlum aëris non petierit. Conuer- te ergo lapidem tuum in sanguinem, & sanguinem in aërem, & aërem in terram, & totum habebis magi- sterium.

Secundus gradus nostri regiminis est lapidis sepa- ratio in statum spiritualem: quæ quidem separatio fit per elementorum diuisionem, & plenam eorum depu- rationem.

Depuratio separationis, vt dicit Rasis: Naturas lapi- dis est in quatuor elementa diuidere, & ea singulariter per distillationem mundare. Nam ignis extrahit, quod interioribus consistit. Comedit enim sordes lapidis per distillationem, & subtiliat ipsum per aëris leuiga- tionem, & ideo lapis noster in quatuor elementis diui- ditur, vt magis subtilietur, & à sordibus melius depu- retur, & vt firmitus postea coniungatur: sed quia putri- da vt magis digesta leuius diuiduntur. Elementorum diuisionem debet putrefactio præcedere necessariò, vt dissoluantur in illo partes elementales, & sic aptior postea ad extrahendum per quatuor elementa redda- tur. Accipe ergo, vt dictum est, dissolutum, pone in cu- curbitam, & superfunde puluerem nigrum superius collectum: claude cum alembico suo & recipiente, ne possit euaporare: da ignem subtus lentissimum per mensem Philosophicum, vt magis obscœnum fiat & corruptum.

Nam vt dicit Philosophus: Corruptio est substantiæ rei putrefactio, ex vaporis retentione & ignis actione. Si enim per aëra dispergatur, minimè putrescit. Claude ergo vas tuum ne respirare possit: peracto autem men- se Philosophico, distilla suauiter quatuor elementa pu- ta aquam, terram, aërem & ignem, quodlibet seorsum ponendo. Veruntamen optimè caueas, ne in eorum separatione nimio igne tincturam comburas. Secre- tum namque est, vt dicit Rasis, elementa subtiliter præ- parare, vt sint tuta ab aduisione in omni distillatione, donec tinctura sumatur ab eis. Si verò comburatur tinctura, & eius finietur effectus. Continua ergo suauiter
ignem

ignem, & recipe primo aquam egredientem. Nam primum quod distillat, vt dicit Auicenna, est aqua, sed nõdum est pura. Postea stillat ignis cum aere mixtus. Seruentur in simul illa, donec diuidas: Quod verò remanet in fundo combustum, est terra nigra & sicca. Et sic habes quatuor elementa in parte separata, sed nondum depurata. Primum ergo elementum est aqua pura, frigida & humida in natura, quę quidem est septies distillanda, & erit splendida & clara, alba vt crystallus. Inhumatio autem in fine interposita inter distillationes multum iuuat, vt ad perfectę rectificationis signum melius deueniat: quod quidem signum est splendor, crystallina serenitas absque fecibus, nisi fortè albis. Feces verò quas facit aqua in rectificatione sua, omni vice separa, & repone cum terra superius collecta. Aquam verò rectificatam serua ad partem, quoniã ipsa est Mercurius Philosophorum, sal armoniacus faciens matrimoniũ, aqua vitę abluens latonem, & cum ipsa soluuntur spiritus & coagulantur, incerantur & figuntur. Secundum verò elemētum est aer, igne adhuc mixtum, existens in se calidus & humidus. Pone ergo ipsum in cucurbita cū aqua vel cinere, dans subtus ignem, donec distillauerit totum. Quod verò distillatur, est aer, oleum, sulphur, arsenicum, alumen, anima, aurum & tinctura, & quod in fundo remanet, est ignis siccus & rufus, tendens ad nigredinem & rubedinem, quem ponas ad partem. Rectificatio autem aeris eadem est, sicut rectificatio aque, & eadem signa amborum. Quę quidem in humido distillando septies habet fieri, vel donec ad crystallinam perueniat serenitatem, absq; fecibus, nisi fortè albis. Feces verò quas fecit aer in sua distillatione, omni vice collige, & cū supra dicto igne ad partem repone: aërem autē, vt dictum est, rectificatum reserua deorsum, bene obturatũ, cuius signa sunt gutta, & spissior aqua, calor intensior, & leuitas aërea: quia si ipsum prædictę aquę miscueris, supernatabit. Et ideo dicitur aer, oleum, pinguedo, & vnguētum, adeps & butyrum, quod colorat, figit, & indurat res humidas, quod colorat lapides non bonos, quod etiam redigit mulierem in masculum, & leprosum efficit mundum, ac dentes concutientes

facit stabiliri. Tertium quoque & quartum elementum sunt ignis & terra, quæ ut dicit Rasis, propter abbreviationem temporis insimul sunt præparanda. Et ideo etiam ut bona sit eorum commixtio & non confundatur præparatio & ne adurantur super ignis pugnam & ut unus aliud bene tingat: & ideo præparare eos insimul est magis saluum & magis propinquum. Accipe ergo elementa terræ & ignis, coniunge & tere, & calcina bene accenso igne: recipe caute aërem in illis remanentem, quia ut dicit Rasis: Aër qui à terra tardius separatur, preciosior habetur. Cum verò bene fuerit calcinata, & ab omni aëre vacua, erit coloris pallidi, habilis ad prægnationem. Si verò spiritus in ea remanserit, subnigra manebit, & minus bene operationi conuenit. Et ideo dicit Plato: Oportet te pro posse tuo separationem elementorum exercere, donec non remaneat aliquid de spiritu in corpore, nisi quod non sentiatur. Et signum huius erit, cum nihil à corpore evaporauerit. Cum autem separaueris omnia elementa quatuor, separatione recta erit appropriata um aëri, lucidum & tingens, & corpus siccum super quo vincit substantia terræ. Consequere ergo omni tempore partem cum parte, & serua singulariter eorum unumquodque, & hoc est elementorum separatio recta, & depuratio completa. Quoniam nullo nostro operi necessaria est aqua, nisi candida nec aër nisi croceus, nec terra, nisi pallida & subalba. Tunc enim est habilis ad solvendum aqua, efficax ad ingrediendum est aër, superabundans ad tingendum oleum. Diuide igitur lapidem tuum in quatuor elementa, rectifica ea, & coniunge in unum, & totum habebis magisterium.

Tertius ergo gradus nostri operis est reductio lapidis in terram naturalem. Quæ quidem reductio fit per terræ contritionem, & aquæ super ipsam incerationem. Inceratio autem aquæ est partes terræ per calcinationem priuatas humiditate in humiditatem reducere, & ad modum terræ facere. Nam corpus siccum & mundum est congruum ad potandum: quoniam omne siccum appetit suum humidum. Liga ergo mulieri ab lactanti manus post tergum, ut non possit affligere filium:

appone

appone super manus eius bufonem, vt ablaſtet cum donec moriatur, & fuerit mulier mortua in igne, erit bufo groſſus de lacte. Pone ergo in vaſe ſuo terram ſuperius calcinatam & ſuperfunde aquam rectificatam, vt dictum eſt, coque lento igne per hebdomadam, & poſtea ſuauiſter calcina decoctam materiam. Hinc ſuperfunde aliam aquam, vt prius, leuiter coque per hebdomadam, leuiter calcina: iterum repone cum noua aqua ad coquendum. Sic iugiter facio, donec terra exhauſerit decuplum ſui de aqua. Nam omnes res aquam appetunt, quoniam ipſa tam igni quam alijs rebus preſtat alimentum, & dignum admiratione complectitur arcanum. Eſt namque ipſa in vite vinum, in oleaſtro oleum. & per ipſam in arbore fructus diuerſi generis transformantur. Sic etiam in terra noſtra ex aqua generatur, ipſa namque eſt frigida, & dicitur argentum viuum, quod in corpore magnetiæ eſt occulta um & in eo gelandum. Itaque cum congelatur, cineri ſimilis eſfici ur: quia terra deſiccatur & aqua humeſtat. Et ideo pondus eſt vbique notandum, ne nimia ſiccitas aut ſuperfluus humor adminiſtrando corrumpat, vt videlicet tantum aſſando decoquas, quantum diſſolutio adiecit, & inhumando diſſoluas, quantum aſſando deſecit. Et ideo omni vice poſt calcinationem terræ ſuperfunde aquam temperatè, nec multum videlicet nec parum: quia ſi multum fuerit, fiet pelagus conturbationis: ſi verò parum, comburetur in fauillam. Idcirco poſtquam infuderis aquam, decoque per hebdomadam, & calcina ſuauiſter terram, & ita hebdomadam præparabis conterendo, irrigando, & aſſando, donec totum redigatur in album. Et ſcito quod ignis lentus in hac diſpoſitione operis ſpem ſalutis promittit: & quia terra fructum non gemit abſque irrigatione frequenti, multoties irrigare, aſſare, inhumare huius negocij effectum ſummum conſtituit. Et quæcunque emanant incommixta, ſeorſum repone, alioquin omnia corrumpis. Oportet autem terram nutrirî primò paruo lacte, poſtea maiori, ſic eſt videre in infante. Et ideo abluere terram, contere & coque eam, donec de ſua biberit aqua, quantum bibere poſſit, vel donec ipſa terra fuerit ſicut paſta adhæ-

rens cum aqua. Ad hoc autem faciendum ignis & azoth tibi sufficiunt. Et istud ideo, quia ut dicit Morienus: Ignis & azoth latonem imprægnant, abluunt & mundant, obscuritatem quoque ab eo auferunt. Nam quanto magis aliquid ablutum fuerit, tanto magis limpidius apparebit & melius. Dealbate ergo latonem, & libros rumpite, ne & corda vestra rumpantur. Coquite siccum terræ nigræ cum humido aquæ suæ, donec siccum bibat humidum, & totum habebis magisterium. Quia cum aqua fuerit inspissata, & coagulata, erit terra foetu imprægnata, & ad pariendum prompta. Comburre ergo ipsum igne sicco, ut pariat filium, & custodi ipsum cautè, ne effugiat in fumum. Et hoc est quod dicit Philosophus in Turba: Terram dealbate, & igne citò sublimare, quousque exeat ex ipsa spiritus quem in ea inuenies, qui dicitur avis Hermetis. Hunc cinerem ne vilipendas, quoniam ipse est diadema cordis tui, & permanentium cinis, corona victoriæ, & coagulum lactis. Mundare ergo est sublimare, abluere & dealbare. Nam quod superius ascendit, est efficax mūditiā: quod verò ad ima labitur, fex & corruptio. Hic est ergo cinis extractus à cinere, & genitum Philosophorum, terra alba foliata, in qua seminandum est aurum. Vnde dicit Hermes: Extrahere à radio suam vmbra & faciem, quæ ipsum interficit, & seminare aurum in terra alba foliata: sed istud aurum non est aurum vulgi, imò est aurum animæ, quo tingitur aurum terræ foliatæ.

Vnde dicit Calidius: Nemo vnquam potuit nec de cetero poterit tingere aurum nisi cum auro. Plato quoque dicit: Cum dixeris vnāquamque speciem ex partibus operis, reduc spiritus ad corpus, & sublima illud: quod verò sublimatur ex illo, erit clarum & lucidum. Reduc super illa approbatum animæ post hoc ut commisceantur. Nam anima est vinculum spiritus, sicut corpus est vinculum animæ. Cumque steterit per moram, vincet in eo illud quod est fortius, ut conuertat totum videlicet corpus in animam, & animam in spiritum.

Quartus gradus nostri regiminis est desponsatio lapidis in calcem corporalem, ut figatur in corpore illo vnde sumptum fuit ab initio. Et illud ideo, quia spiritus
cum

eum soluerit corpus & animã, vt existant in forma sua, non permanet fixũ, nisi occupaueris ipsum. Occupatiõ verò est, vt coniungas ipsum cum corpore de quo præparasti in principio, quoniam in eo occupatur à fuga spiritus ad supersistentia corporis. Et ideo dicit Plato: Cùm spiritus soluerit animam simul, & corpus nõ stat fixum: Coniunge ergo ipsum cum corpore, vt generet sibi simile. Nec coniugas ipsum cum quouis, vt constet ad se nisi cum eo, de quo fuit à principio. Si feceris hoc, fit Iccir. Et scito, quòd ab omnibus operantibus deficit propositum post operis complementũ, si omiserit hoc secretum. Notate ergo verba, signate mysteria. Quia spiritus cùm soluerit terram albam foliatam, non permanet aliquid eorum fixum, nisi occupaueris ipsum cũ corpore illo, de quo præparatum erat in principio. Spiritus est Mercurius, & corpus suum primum est sulphur album & rubeũ. Ideo cùm spiritus soluerit corpus sulphureum in omnibus, vt dictum est, superius, præparatum, non figitur, nisi occupaueris ipsum cum sulphure nouo, de quo præparatum erat in principio. Nam sulphur album & rubeum, vt dicit Aristot. cõgelat argentiuium in aurũ & argentum. Coniunge ergo opus tuum cum corpore, vt generet sibi simile, si hoc feceris, erit Iccir superalia corpora id quod coniungis, alioquin non figetur: quia natura non continetur nisi in sua natura. Et hoc ideo, quia vt dicit Plato: Natura naturam sequitur, & natura continet naturam, & docet eam contra ignem præliari. Fac ergo desponsationem in virum & uxorem, & totum habebis magisterium. Sed præparatio eorum, vt dicit Auicenna, est: Vt primò virum ex vna parte & uxore ex alia parte mundaes, quatenus mundati à sordibus melius coniungantur: quoniam si non præparas corpora, non poterunt amari. Fac ergo pacem inter elementa, vt conuenienti amplexu se diligãt. Nam acutum magisterium Philosophorum imponit animam in calces corporum, tunc vigor spirituum comminuit in minimas calces plumborum. Item quãdo vis mittere fermentum in Elixir, prius misce illud cum spiritibus, quoniam nisi hoc faceres, nõ imprimeretur sua natura in ipsis. Commisce ergo bene fermentum cum elementis, & magisterium habebis.

AVICENNA DE CONGELATIONE & conglutinatione lapidum.

CAPVT I.



ERRA pura lapis non fit, quia continuati-
nem non facit, sed discōtinationem. Vin-
cens enim in ea siccitas non permittit con-
glutinari eam. Fiunt autem lapides duobus
modis, conglutinando & congelando. In
quibusdam enim est dominans terra: In aliquibus verò
aqua. Aliquando enim desiccatur lutum primùm, & fit
quoddam quod est medium inter lutum & lapides, de-
inde fit lapis. Lutum verò huic transmutationi aptius
est viscosum: hoc enim continuatiuū est. In ripis quoq;
Geon visa est terra, quæ videtur in lapides conuerti in
spacio 33. annorum: De aqua autem fiunt lapides duo-
bus modis. Vnus est quod congelatur aqua guttatim
cadens. Alius quod descēdit de aqua currēti quiddam,
quod residet in superficie fundi aquæ illius, fitq; lapis:
Sunt enim certa loca super quæ aquæ effusæ conuer-
tuntur in lapides, qui diuersorum colorū sunt, & aquæ
quæ sursum acceptæ non congelantur, quæ si prope al-
ueum suum funduntur, congelantur, fiuntque lapides.
Scimus ergo quod in terra est vis illa mineralis quæ cō-
gelat aquas: Principia igitur lapidum vel fiunt ex sub-
stantia lutea, vel viscosa, vel ex substantia in qua vincit,
quæ virtute quadam minerali congelatur, vel vincit in
ea terra faciens eam coagulari. Eodem modo Sal armo-
niacum congelatur, sed non sufficit ad salem vis terrea
permutare: sed adiuuat ipsum calor. Calor autē adueni-
ens coagulat ipsum virtute occulta: & fortasse fit ex ter-
ra frigida sicca & ex aqua fit terra, cū vincunt eam qua-
litates terræ, & econuersò. Est autē res quædam, qua v-
tuntur quidam ingeniosi cū volunt rem siccam coagu-
lare, quæ cōponitur ex duabus aquis, & dicitur lac vir-
ginis, & est eius effectus certissimus. Fiunt ergo lapides
ex luto per calorem Solis, vel ex aqua coagulata virtute
terrea sicca, vel ex aqua calida desiccata. Similiter quo-
que quædā vegetabilia, & quædā animalia cōuertuntur
in lapi-

in lapides virtute quadam minerali lapidificatiua, & fit in loco lapidoso vel disconuenientia subita quadam virtute, quæ exit à terra in hora terræmotus quæ conuertit in lapides, quod consequitur in illa hora hæc transmutatio corporum æs animalium vegetabilium, & quæ propinqua est, vt transmutatio aquarum. Est autem impossibile quòd aliquod complexionatum totum conuertatur in vnum elementum: quia elementa & elementata transmutata ad inuicem transcunt sic in dominans. Vnde quod cadit in salinas, fit sal: & quod in ignem, fit ignis: sed quædam citius & quædam tardius, secundum potentiam actiuarum & resistentiam passiuarum. Estque locus in Arabia qui colorat omnia corpora in eo existentia suo colore. Panis propè Toratem in lapidem conuersus est, remanserat tamen illi suus color. Sunt talia mira quia ratio accidit, tamen cause eorum manifestæ sunt. Sæpe tamen etiam lapides fiunt ex igne cum extinguitur: quia sæpe contingit corpora terrea & lapidea cadere cum coruscationibus: quia ignis fit frigidus & siccus ex sua extinctione. Et in Persia cadunt etiam cum coruscatione corpora ærea & similia sagittis hamatis, & non possunt liquefieri, sed per ignem euaporari in summum cogente humiditate, donec residuum sit cinis. Cecidit quoque apud Lurgeam frustum ferri ponderis centum Marcarum, quod præ duritia, qua ferè erat infrangibile, missa tamen est eius pars Regi Torati, qui præcepit enses inde fieri. erat autem infrangibile & infabricabile. Dicunt tamen Arabes quòd enses Alemanici qui optimi sunt, de isto ferro fiant. Cum autem ceciderit massa illa, resiliuit aliquotiens à terra, vt pila erat: quia composita erat ex minutis frustis cohærentibus ad inuicem ad quantitatem granorum magni milij. Similiter huic rei conueniat apud terrestres. Sic ergo fiunt lapides, quorum si-

quidem generatio vel erit subito per magnum calorem accedentem luto vinctuoso, aut paulatim per multum temporis.

De causa montium. CAP. II.

Montes quoque quandoque fiunt ex causa essentiali, quandoque ex causa accidentali. Ex essentiali causa, vt ex vehemēti motu terræ eleuatur terra & fit mons. Accidentali, vt ex ventis, vel aquę ductu accidit cauitio profunda, & fit paulatim, donec fiat vasta profunditas: Exit igitur iuxta eam eminentia magna & hæc est præcipua causa montium. Sunt etiam quædam terræ molles, quædam duræ. Molles ergo aquæ ductibus ventisque tolluntur, duræ remanent & fit eminentia. Sicut ergo fit generatio montium, sic generatio lapidum, quia aquæ ductus adduxit illis lutum viscosum continuè, quod per longitudinem temporis desiccatur, & fit lapis, & non est longè quin sit vis mineralis conuertens aquas in lapides. Et ideo in multis lapidibus inueniuntur quædam partes animalium aquaticorum & aliorum. Montes quasi per multa tempora facti sunt, vt prædiximus, si non sunt decrecentes. Substantiæ autem luteæ quæ reperiuntur in eminentijs non sunt de illa materia lapidea, sed est de ea quæ diminuitur de montibus, vel terrestris, vel alia substantia quam adducunt aquæ cum lutis & herbis, quæ admiscuntur cum luto montis, vel fortè antiquum lutum maris, vt est vnus substantiæ: quia pars eius fit lapis, & pars eius non, sed mollitur & dissoluitur aliqua qualitate vincente. Maris est recessus & accessus, quædam loca cauat, quædam extollit, & quandoque totam terram cooperuit, & inde quædam mollia abradit, quædam dimisit dura, & ipsa in quibusdam locis congesta. Mollia quoq; ab eo congesta cum abscinderet, desiccata sunt, & in montes conuersa.

De quatuor speciebus corporum mineralium. CAP. III.

Corpora mineralia in quatuor species diuiduntur, scilicet in lapides, & in liquefactiua, sulphurea, & sales. Et horum quædam sunt raræ substantiæ & debilis compositionis, & quædam fortis substantiæ, & quædam ductibilia, & quædam non. Et horum quæ debilis substantiæ

stantiæ sunt, quædam sunt sales, vt quæ liqueſunt ex humido breuiter, vt alumen, calcamentum, & ſal armoniacum: & quædam ſunt vinctuofa nec liqueſcunt ſolo humore facile, vt ſulphur, aut pigmentum. Sed argentum viuum eſt de parte ſecunda, quamuis ſit clementum ductilium, vel ſimile aliquibus ductilib. Sunt autem ductilia omnia liquabilia, & vt multum non ductilia nec liquabilia, ſed non mollificantur niſi cum magna violentia. Et materia ductiliū eſt ſubſtantia aquea mixta cum ſubſtantia terrea mixtura forti, & nō poteſt vnum ab altero ſeparari, & congelatur ſubſtantia illius aquea cum frigore poſt actionē caloris in ipſum, quod eſt ephreſis. Et erit exemplum à vino quod nondum gelauit propter ſuam vinctuoſitatem: & ideo non eſt ductile. Lapidea verò de ſubſtantijs mineralibus materialiter ſunt aquea, ſed non gelantur ſola aqua, ſed etiam cum ſiccitate, quæ alterat aqueitatem ad terreitatem: & non eſt in eis humor nimis vinctuoſus, & ideo non ducuntur, & quia coagulatio eorum eſt ex ſiccitate, non ſoluitur de facili vt multum, niſi per ingenia naturalia ſoluentia. Alumen autem & ſal armoniacū ſunt de genere ſalis: quia pars ignis in ſale armoniacō maior eſt quàm terra. Vnde & totum ſublimatur, & ipſum eſt aqua cui admifcetur fumus calidus nimiū ſubtilis, & multæ igneitatſ coagulatum ex ſiccitate. Aqueiras verò ſulphureorum mixta eſt cum terra forti commixtione cum feruentia caloris, donec facta ſunt vinctuofa, & poſtea coagulata ſunt ex frigore. Atramenta verò compoſita ſunt ex ſale & ſulphure & lapidibus, & eſt in eis mineralis aliquorum corporum liquabiliſſum, quæ ex eis fiunt, vt calcamentum, & alachar generantur ex maioribus granis atramenti, & non ſoluitur niſi ſaliedo eius cū eo, quod eſt in illo ſulphureo, & poſtea coagulatur, & illud iam accipit vim mineralē ex corporibus aliquib. Quod ergo accipit vim ferreā erit rubrum aut crocēū, vt alachar. Quod verò vim æteā acciperit, erit viride. Vnde poſſibile iſta duo fieri artificialiter. Argentū viuū eſt vt aqua quæ miſcetur cū terra nimiū ſubtili ſulphurea mixtione forti, donec in plana ſuperficie non quieſcat, & hoc eſt ex magna ſiccitate q̄ in-

est illi, & ideo non adhæret tangenti. Estq; albedo eius ex claritate illius aquæ, & ex albedine terræ subtilis quæ est in eo. Proprium eius est, quòd ex vapore sulphuris coaguletur, & fortè hoc modo gelatur per plumbum, vel ex vapore sulphuris faciliè. Videtur autem quòd argentum viuum, & quæ sunt similia, sit elementum omnium liquabilium: vel quia omnia liquabilia cum liquantur, conuertuntur ad ipsum, tamen non liquantur priusquam calefiant, & cum liquata fuerint, apparent rubea. Sed plumbum proculdubiò cum liquatur, est argentum viuum, sed non liquatur nisi calefiat, & cum liquefactum fuerit, conuertitur ad colorem conuenientem omnibus liquabilibus, scilicet igneum ruborem: & ideo miscetur argentum viuum cum istis corporibus: quia est de substantia eorum. Sed ista corpora differunt in compositione sua ab illo, eo modo quo differt argentum viuum ad sibi similia, & permixtiones quæ permiscuntur cum eis donec congelantur. Et si fuerit argentum viuum purum, coagulabit id vis sulphuris albi non vrentis, & id est res optima quam possunt reperire illi, qui operantur Alchimiam, vel conuertunt illud in argentum. Quòd si fuerit scilicet sulphur mundum optimum cum rubore clarum, & fuerit in eo vis igneicatis simplicis non vrentis, erit res optima quam possunt reperire Alchimistæ, vt ex ea faciant aurum. Hæc enim ipsum conuertunt. Et si fuerit argentum viuum bonæ substantiæ, & sulphur non purum, quòd scilicet sit in eo vis adurens, conuertet ipsum in æs. Argentum autem viuum si fuerit malum & non purum terreum, & si sulphureum non mundum, fit ex eo ferrum. Stannum verò videtur argentum viuum bonum habere: sulphur verò malum, & hæc non bene trita, sed tanquam per parua composita, & ideo non fit tale. Plumbi verò grossi argentum viuum malum est, ponderosum, & lutecum, & sulphur eius malum est, mali vaporis, & foetidi, & debilis: vnde non bene gelatur. Et artifices faciunt gelationem ferè similem artificialiter, quamuis artificialia non sunt eodem modo, quo & naturalia, nec tam certa habent similia: & ideo creditur quòd compositio naturalis fiat hoc modo, vel vicina huic. Sed ars debilior est

lior est quam natura, nec sequitur eam, licet multum laboret. Sciant verò artifices Alchimix, species rerum transmutari non posse: sed similia illis facere possunt, & pingere rubeum citrino, vt videatur aurum, & album pingere colore quo volunt, donec sit multum simile auro vel æri. Post quoque plumbi immunditias abstergere, ipsum tamen semper erit plumbum, quameis videatur argentum. Sed tunc optimè erunt in eo qualitates aliæ, vt errent homines, vt qui accipiunt salem, & salem armoniacum. Cæterum quòd differentia specifica tollatur ingenio, nò credo possibile, & non est quòd complexio vna in aliam conuertatur: quia ista sensibilia non sunt differentia, qua permutatur species, sed sunt accidentia, & proprietates. Differentiæ autem eorum non sunt cognite, quia cum differentia sit ignota, quomodo potest sciri vtrum tollatur necne, vel quomodo tolli possit? Sed expoliatio accidentium, vt vaporis & coloris, ponderis, vel saltem diminutio, non est impossibile: quia contra hæc non stat ratio, sed proportio istarum substantiarum non erit eadem in omnib. Hæc igitur in illam permutari non poterit, nisi forte in primam materiam reducatur, & sic in aliud quam prius permutantur: hoc autem per solam liquefactionem non fit, sed accidunt ei res extraneæ.

Mineralium Auicennæ finis.

*CVIVSDAM EPISTOLAE,
qua Alexandri Macedonum Regis nomine
circumfertur, interpretatio, abditam Philo-
sophici Lapidis compositionem sapienti-
bus acutissimè declarans.*



ALEXANDER in Epistola de arte Solis tractans ad imaginem & similitudinem mundi, breuiter dicit, quòd habeas fundari in ista demonstratione: ostendit enim quòd ars deriuata est ex creatione hominis, cui omnia insunt. Nam quemadmodum minor mundus

ex quatuor virtutibus diuersis compositus est, ita & ars ista ex naturis mulieris: quarū quasdam breuiter narra-
 mus, demōstramus, & ponimus, eò quòd maior mun-
 dus creatus est ex quatuor virtutibus naturalibus di-
 uersis & compositis: quarum prima est appetitiua, se-
 cunda digestiua, tertia attractiua seu retentiua: quarta
 verò expulsiua quæ mundificatiua est: & est quinta es-
 sentia sine aliena vita, quæ alias quatuor quas tibi nar-
 rauit ac descripsi, gignit & vnit: quarum dispositionem
 exposui, & est in hac arte sicut clauis ad arcam, quam si
 absq; ea aperias, tota dissoluitur. Est enim sicut nexus
 eius latera continēs, quia totum rei huius magisterium
 ab istis virtutib. cautè scire conuenit in hac arte. Ista ars
 non perficitur nisi ex studentib. per vigiliam & per eius
 temperatiā. Quoniā sicut prius narraui, eius actionis
 initium ex quatuor virtutib. peragentibus, scil. appetiti-
 ua, retentiua, digestiua, & expulsiua, quæ mundificati-
 ua est. Quinta est scil. anima ex lumine clarissima. Nunc
 autem has dispositiones specierum narremus, atque
 eius potentiam exponamus. Narremus igitur quid eo-
 rum est calidum, quid frigidum, quid masculinū, quid
 foemininum & per eorum calorum diuersitatem & ge-
 neris differentiam non erremus nec deuiemus: eò quòd
 si sit differentia inter calidum & frigidum, & masculi-
 num & foemininum, opus nequaquam tibi perficietur,
 nisi in via dirigatur. Et scias quòd nullus nascitur absq;
 mare & foemina, & nullum germen creatur sine calore
 & humore, & frigiditate & siccitate. Virtus appetitiua
 masculina est calida & sicca: & est ignis continens. Vir-
 tus retentiua foeminina est frigida & sicca, & est terra.
 Virtus digestiua seu alteratiua est masculina calida &
 humida & est aer. Virtus expulsiua foeminina est frigida
 & humida, & est aqua mundificatiua. Quinta essentia
 verò est vita, quæ est ppria, nec est calida, nec humida:
 nec frigida, nec sicca: nec masculina, nec foeminina: ta-
 men si per istarum virtutem ad siccum vertatur opposi-
 tum eius corrumpitur. Ne igitur eam in aliquo fluuiali
 loco requirens ab operatione erres, eius tibi ostendam
 locum. Si igitur vis aquam vitæ frigiditate dissoluere,
 magis ipsam coagulas. Si verò vis aquam frigidam fa-
 cere,

cere, magis ipsam calefacis, nisi quamlibet naturā virtutis ad propositum eius quod operaris, emēdes, opus corrumpis. Sciendum quoq; est, quòd virtus appetitiua, quæ est calida & sicca, ignis confirmat. Retentiuā frigida & sicca calorem in corporibus congregat, & mollificando colorib. mergit, & est terra. Digestiuā masculina mundificatiua, & quæ corpus mundificat, quia naturam cum rubigine excellit, deinde naturam accidentaliter imprimit, & est calida & humida, & est aër. Expulsiua quæ mūdificatiua est, fœminina est, omnem fugat immunditiam dum in eam transfunditur, transfertur in seipsam, & nunquam postea diuidi possunt veluti venenum in corpore funditur, postmodum non separatur. Calida agit virtus hæc in corporibus, & eadem sic disponitur natura, suaque eorum congregat vnum: est autem frigidum & humidum, & est aqua. Et quinta essentia quæ totum dirigit opus & complet, & est anima corpori coniuncta, quā coniunctionem quidam malè in opere operati sunt, & errauerunt inutilia pro vtilibus sumentes. Quidam etiam tanquam directo tramite prout iussimus operantes diminuerūt, & secundum eorum opinionem egerūt, & ideo deuastatum est totum opus, saxumque factum est: imò significo tibi quòd si diligis opus tuum perficere, incipe prout iussi. Restat nunc vt speciebus nomina imponamus, nec à memoria recedendum est, quòd ea quæ operaris, non lucidæ naturæ fore debent, ex quibus minor mundus creatus est, quæ suis proprietatibus tibi nuncupabo. Scias quod Sulphur est ignis & terra. Magnesiæ, & aër fodinæ, & aqua est Argentum viuum, quod in corpore mergitur. Quinta essentia spiritus est, qui omnia viuificat & alterat, & omne germen germinat, & omne lumen accendit, & omnes fructus floret. Tali quidem gubernatione necesse est hoc opus dirigere: & scias, vt dictum est, naturas congruè coaptare, & masculinum fœminæ, & calidum frigido, & humidum sicco: deinde aquam, spiritum, & lumen nutrire, quoniam ex diuersis naturis fundatum est opus. ex eius melancholia cōponitur corpus, & erit quantitas eius ex igne epatis: vitio cholera rubea suboritur, quo facto oportet ea, quæ ad

facta & operam spirituales veniunt, digeri, à quibus
 iungitur aer qui est sanguis fluens in omnibus venis
 corporis, & superueniens donec in rubeum vertatur
 colorem: Aqua verò est flegma quæ in pectore confi-
 stit & apparet in figura aureis instrumentis, & sic dein-
 cept illud quod tibi iam dixi virtute prædictorum om-
 ne corpus efficitur perfectum. Stude itaque naturas i-
 stas omnes prudenter regere, & vas quoque cum suo
 simili vel eius contrario in deuo cum tinchar pone, &
 opus tuum dirigitur prout gratiam meam tibi tribui,
 cum species tibi descripsi, quæ gradatim regi oportet,
 donec corpora spiritus fiant: & tunc artis sapientia o-
 peratur vt natura alteretur, & in aliam conuertatur na-
 turam, & natura per naturam apparet. post ipsius verò
 naturæ accidentia necesse habes iungere duas naturas,
 donec ab eis naturam claram, & lucidam extrahas, quæ
 cum ascendit in altissima, tenetur, lucefcit & coapta-
 tur. Et scias quòd in hac arte nihil Philosophicè lo-
 quor, & est in liquefaciendi solutione super omnia cau-
 tela adhibenda, quòd ne ascendendo modum excedas,
 quoniam in liquefaciendi consistit arcanum totum om-
 nium naturarum alteratio: & scias hoc, quomodo
 à natura in naturam mutatur, donec substantia non fu-
 giens nec alterans, sed fixa & constans fiat, ex quibus
 introitus coaptat nigros, quoniam pars discernitur. Et
 mox natura per naturam apparet. Rarum itaque rerum
 fixarum naturam liquefactione coaptat, & aqua quæ
 à Sapientibus, aqua sapientiæ est appellata, deinde ar-
 cana quæ sunt temperata humida: quia nisi naturas at-
 tenues, aquamque illas facias, non colorare poterunt:
 sic ergo corpus aquatione humefacies. Et scias quòd
 albedo est in coagulatione, & quòd species spiritus, &
 in se inuicem emendant. Dico etiam tibi fili, qui emen-
 dari desideras, quòd non ponas in ea species crudas &
 inordinatas, sed putrefactas & coaptatas, ascendentes
 & descendentes. Ego sine dubio comperi quædam vn-
 guenta eleuata, lucida, illuminata, & inueni in eis arca-
 na abscondita, quæ si vtique bene reges, natura eorum
 quæ habes occulta, manifestè apparuit tibi & appare-
 bit: id est, terra alba per argentum lucidum & notum.

Et scias

Et scias quòd corpora quædã solutione indigent, quædã eleuatione vt tingant, & lucida & illuminata fiant in quibus omnia corpora dissoluantur. Scias etiam quòd secundùm naturã arcana sunt in eis abscondita: quod si regantur natura abscondita, tibi apparebunt quæ Hermeti Philosopho apparuerunt, & est terra alba prope argentum. Confice ergo corpora quæ illa se sanant, cùm terra alba est, vt fixa permaneant, & superpone ne ignis eam sua flamma comburat, sed quemadmodũ ceram liquefactã liquefac ea. Et esto memor quod istud vocatur aqua intrans iterũ. Igitur in artibus tuis in quibus studes martellos duos fore credas, quorum vnus Soli, alter Lunæ debetur. postea sequuntur duo ordines quos regendos dubiũ nostro capiti satis congruè figurat. Ecce numeravi, arcanum cœleste patefeci, scientiam difficilem atq; absconditam illuminavi, perfectãq; scientiam regendi modũ certificaui. Iuro itaq; quòd nihil celavi, nec alterã nec vllam speciem aliena descriptione descripsi, nec genera alienis locis imposui. Igitur si meas literas legeris & intellexeris, venies ad propositum tuum & Deo gratias ages. Si verò cui compositio debilis & complexio breuis extiterit ad suum propositum non veniet, ignorantia suæ partẽ mihi non imponat, nec dicat me errasse, sed seipsum qui ad suum propositum non perueniet.

*Interpretationis Epistola Alexandri
Regis finis.*

AVTHORIS IGNOTI, PHI-
*losophici lapidis secreta metaphoricè
describentis, opusculum.*

EXEMPLVM scientiæ nostræ senex supra mortẽ, in eo sunt naturæ cõiunctæ cum cõplemento: terra, aqua, ignis eius & aër. Et omnia hæc in Saturno. Cum eo aperiuntur portæ scientiarũ, sicut dicit Hermes, & præcedentes sui primi. Accipe lapidem suspensum supra mare, vt senex cera alba: super fontem, vt puer hypoquistidos. Nomẽ

cuius victor: Cum eo perime viua, & viuifica perempta, & ei sunt mors & vita, & istud & illud ex Oriente, & Occidente. cum hoc habebis scientiã in qua pigritauerunt Arabes. Veritatem dixi tibi per eum qui fecit oriri lapidis paradisi authorem lumen vitæ. In eo sunt duo opposita simul, scilicet ignis & aqua: & istud viuificat illud, & illud perimit istud; & hoc & hoc in Leone coniuncta simul, per eum qui est mors & vita veritatẽ dixi, non mentior. Gumen nostrum coagulat lac nostrum, & lac nostrũ dissoluit Gumen nostrũ. Et post apparebit rubedo Orientalis, & rubedo sanguinis. hic lapis mundus sine fœtore inuenitur in locis altissimis, cum quo magnificauerũt se Philosophi super omnes alios, & vaticinati sunt futura. Veritatẽ dixi per potestatem cœlorũ, cui non sum mentitus scienter. Homo noster antiquus, est draco noster, iste comedit caput suum cũ cauda sua, & caput & cauda est anima & spiritus, & anima & spiritus sunt creati de luto, & hoc & hoc ex Oriente & Occidente, per expellentem nocumenta non mentior, quia quod dixi, vidi in ciuitate. Dealba coruũ tuum si vis dealbare ipsum, cum Nilo Aegypti albescit primò. tunc cum Persia in secretis, & cum hoc & hoc apparebit rubedo vt papauer in cremo. per viuificantẽ Deum omnia non mentior. Aqua nostra abluit iordes, mundabis omnem nigredinem & obscuritatem eius, tunc subridebit dicens: quis mundauit me? qui vidit illud, subridebit locutus, & veritatem dixi, nõ mentior. Terra in oculis sunt tres Oriens & Occidens, & super eos Saturnus albus ortus est, & anima horum trium est ignis: veritatẽ dixi per familiã Mahometi. Manifestabo quod occultauerunt primi non cum inuidia. Terra nostra vertit æs tuũ in Argentum primò, & vltimò in Aurũ inueteratur, & habebis scientiam, in qua pigritauerunt Arabes. Denigras cum Aegypto nostro, & non cum Persia, & cum Persia siccas, quia est domus siccitatis, & cum Aegypto humectas, quia est domus humiditatis. & hoc & hoc albedo & rubedo sine mensuratione, vt rubedo in moris, vel vt sanguis dominarum. Lapis scientiæ nostræ senex primò, & vltimò puer, quia albedo eius in initio & rubedo in vltimo cũ dominio. Hic est
Lapis

Lapis cum quo titubauerunt omnes qui abierunt, & mortui sunt plurimi eorū cum dolore & tristitia, quoniam declinauerunt ad viam dæmonū, & reliquerunt viam prudentiæ. Coopertorium equi pallium nostrum album, & equus noster Leo fortis, sub pallio cooperatus, & super illud & illud Griffus noster naturā gemmatam retinens. hic lapis triangulus est in esse, quadrangulus in qualitate. veritatē dixi per operatorem, dealbens & rubefaciens omnia, non sunt singularia in occulto, sed sunt mixta Oriens & Occidens simul iuncta ab anima omniū. Hic coniungit & disiungit, & reiungit quando vult, lupus noster in Oriente inuenitur, & canis in Occidente: iste momordit illū, & iste momordit istū, & fiunt rabidi ambo, & interficiunt se a dinuicem, donec fiat ex eis toxicū & tyriaca. Camelus noster albus septimus est in numero apud Philosophos magnos Sol cū Luna Iupiter: Mars & Venus noster in Mercurio nostro & Saturnus septimus eorū, in quo omnes sunt coniuncti simul: hic est spata, gladius, cultellus, & incisoriu super ædificiū, & inimicus ad manū, & vas cū adiutorio vini. Episcopus noster vt color venarum, vel violarū, & anima citrina vt citrinitas, & narges vel hypoquistidos. Tunc lapidē in fluuio currenti per mortē omnium non mentior, exemplum nostrum cum albo naturæ. Ignis & lux in claritatis essentia: & ignis & lux est scintilla nostra: & titio noster candens, & cum hoc & hoc inuenies scientiam. Veritatem dixi per vnientem omnia. Scala nostra est turris nostra de terra viscosa, & terra viscosa est lutum nostrum, & cerotum nostrum ex cera & sepo confectum: & hic & hic nauis nostra in mari nostro plena gigantum. Aperui quod occultauerunt priores. Non sum inuidus quemadmodū ipsi fuerunt: per illuminantem cuncta non mentior. Terra corā oculis posita Oriens & Occidens, & hic & hic narcissus cū lilio nostro: & hic & hic cū senē nostro, & senex noster & vter noster est corpus nostrū: & corp⁹ nostrum est Lapis noster quæsitus à multis: inuentus à paucis. Et istud exposui ex pietate, & detexi cunctis per Deum gentium.

Authoris ignoti finis.

MERLINI ALLEGORIA PRO-
fundissimum Philosophici Lapidis
arcanum perfectè con-
tinens.

REX quidam alios cupiens superare poten-
tes, se contra eos præparauit ad bellum.
Cumq; vellet equum ascendere, præcepit
cuidã ex militibus suis, vt daret ei ad potã-
dum de aqua, quam plurimum diligebat. Qui respon-
dens ei dixit: Domine, quæ aqua est illa quam quæri-
tis? Et Rex ait: Aqua illa quam quæro aqua est à me
plurimum affectata, & ipsa diligit me præ cæteris. Et
ille perpendens, statim iuit, & eam detulit ei. Rex autẽ
accipiens eã, bibit & rebibit, donec omnia membra sua
repleta sunt, & omnes venæ eius inflatæ, & tunc fuit
valde discoloratus. Hoc facto, dixerunt ei milites eius.
Domine, ecce equũ, ascende si placet. Qui respondens
dixit: Sciatis me ascendere non posse. Dixerunt milites,
quare non potes? Respondit, quia sentio me grauatũ,
& doleo caput: & vt mihi videtur omnia membra mea
ab inuicem diuiduntur. lubeo igitur vobis, quòd po-
natis me in cameram vnã lucidã & ea constituatur
in loco calido & sicco, continuè temperato per diem
& noctem, & ita sudabo, & aqua quam bibi desiccabi-
tur in me, & ita liberabor. Fecerunt ergo sicut Rex præ-
ceperat eis. Completo verò tempore, aperuerunt came-
ram, & inuenerunt eum quasi mortuum. Parentes verò
statim cucurrerunt ad medicos Aegyptiacos & Alexã-
drinos præ cæteris honorandos, & adduxerunt ad eũ,
narrantes eis secundum quod Regi acciderat. Qui
quidem viso eo, dixerunt, ipsum posse procul dubio li-
berari. Et illi: Quis vestrũ erit magister? Responde-
runt Alexandrini, nos si placet vobis. Dixerunt Aegy-
ptij, non placet nobis, imò nos volumus esse magistri.
Antiquiores enim vobis sumus, licet iuniores videa-
mur. Alexandrini verò consenserunt. Tunc dicti magi-
stri acceperunt Regem, & dilaniauerunt eum in partes
minimas,

minimas, terentes eas, & miscuerunt cū medicinis suis humectantibus aliquantulum, & ita posuerunt ipsum aptatum in camera sua, in loco calido temperato, sicut prius, per diem & noctem. Hoc facto extraxerunt eum quasi semimortuum & adhuc habentem aliquantulum vitæ. Quem videntes parentes eius, exclamauerunt dicentes: Heu Rex mortuus est. Quibus Medici dixerunt, non est mortuus. Nolite clamare, dormit enim, & iā incepit terminare. Acceperunt itaq; ipsum iterum & abluerunt eum aqua dulci, donec sapor medicinarum recessit: & miserunt eum iterum de eadem medicina noua, & posuerunt eum in loco suo sicut prius. Et quando extraxerunt eum penitus, mortuum inuenerunt. Tunc parentes eius fortiter clamantes dixerunt: Heu Rex mortuus est. Quibus Medici respondentes dixerunt: Interfecimus eum ideo, vt melior & fortior fiat in hoc Mundo post resurrectionem in die iudicij, quàm fuisset prius. Quod quidem parentes eius audientes, crediderunt eos esse truffatores, & statim abstulerunt eis medicinas suas, & expulerunt de regno. Hoc facto, loquebantur adinuicem, considerantes quid deberent agere de hoc corpore venenato & mortuo. Et conueniunt vt sepelirent ipsum, ne putreficeret, ac eius foetor nocuum inferret. Alexandrini verò Medici hoc audientes, iuerunt ad eos, & dixerunt: Nolite ipsum sepelire, quoniam (si placet vobis) restituemus eum saniores, pulchriores, & potentiores quàm prius. Tūc illi subridere cœperunt, dicentes: Vultis ne truffare nos, sicut & alij? Sciatis quòd nisi feceritis quod promittitis, manus nostras euadere non poteritis. Medici autem ad hoc se obligantes, acceperunt Regem mortuum, sicut alij dimiserunt, terentes eum, bene abluerunt, quousq; nihil de medicinis aliorū remansit, & deficcauerunt eū. Deinde acceperunt partem vnā Salis armoniaci, & duas de nitro Alexandrino, & miscuerunt eum puluere mortui, & impastauerunt eum parum olei lini, & posuerunt eum in camera vna, facta ad modū cruciboli inferius perforati, & sub foramen posuerunt aliud vas mundum ad modum cruciboli factum, & dimiserunt eum ibi per vnā horam. Deinde cooperue-

runt cum cum igne, insufflantes donec fuit penitus liquefactum, in aliud crucibolum descendens inferius perforamen. Tunc Rexita de morte ad vitam resurgens, magna voce clamauit, & dixit: Vbi sunt inimici? Sciant quod omnes interficiam, nisi mihi obediētes adueniant sine mora. Omnes igitur audientes, venerūt coram eo, dixerunt: Domine ecce parati sumus vestris in omnib. obedire mandatis. Itaq; ab illa hora ut antea: Reges omnes & potentes aliarum regionum honorauerunt & timuerunt eum. Et quando volebant videre de mirabilibus eius, ponebant in crucibulo vnciam vnam Mercurij bene loti, & proijciebant desuper tanquam vnum granum milij de vngulis, vel de capillis, aut de sanguine suo, & sufflabant leuiter cum carbonibus, dimittebant eum in frigidari cum eis, & inueniebant lapidem qualē ego scio. De quo lapide proijciebant parum super Saturnum purgatum, & statim mutabatur forma eius sicut scio. De quo postea ponebant partem vnam super decem Veneris, & erat totum vnus coloris & bonitatis. Item aliter: Accipiebant dictum lapidem tritum, & miscebant eum sale, & Sole sicut prius, & liquefaciebant eum, & proijciebant dictos sales solutos in sero caprino, & tunc fiebat optimum ad omnia. Custodi frater hunc tractatum, & serua bene, quia truffa est optima inter stultos, & non truffa inter sapientes. Hæc enim est via Regum trium dierum, quoniam parum laboris sustinentes, magnum lucrum desiderant obtinere. Laudes Creatori maximo referamus, qui fidelibus suis grauitur inspirauit, accidentia pro velle in substantijs transmutare, & ut quod in potentia rebus latitat, ad actum reduci valeat sapienter.

Allegoria Merlini finis.

RACHAL.

RACHAIDIBI, VERADIANI,
Rhodiani, & Kanidis Philosophorum Regis
Persarum: De materia Philosophici La-
pidis, acutissimè colloquentium
Fragmentum.

DIXIT Rachaidibi filius Zetheibidæ Philo-
sophus Regis Persarū & Principis Roma-
norum. Sperma lapidis est frigidum & hu-
midum in manifesto, & in occulto calidū
& siccum. Dicit ergo, fac frigidum & humidum in oc-
culto, & calidū & siccum pone in manifesto: & ita oc-
cultabitur frigiditas & humiditas sua, quòd nō minue-
retur vnquā: nam si minueretur, minueretur etiā lapis.
Quando ergo occultatur frigiditas & humiditas, fac
occultādo, vt sic cōponas illud calidū & siccum, quod
in occulto erat & in manifesto: & ita de spiritu fiat cor-
pus in duob. gradibus, & fiet globus & sanguis & ca-
ro. Dicit Rhodianus: Sperma est album & liquidū. Li-
quor hic de primò globū facit in loco vbi debet quinqs
diebus: & recipit carnem & sanguinem, & membra &
imaginem, & imaginatiuam à Deo altissimo: & venit
ad ortū, & luccet & oritur in tempore suo. Qui sunt duo
gradus & septem: Et modò dicimus de secundo sper-
mate. Dicit Veradian. de secundo spermate, quod est
lapis solus, nec est alius ei similis in hoc Mundo, qui se
ipsum imprægnat, & in se ipso cōcipit, & seipsum par-
turit, & in hoc intelligitur de vno lapide, & dicitur sper-
ma album & liquidum, postea rubeum. Dicit autē Rho-
dianus, quòd sperma istud quidam lapis est fugitiuus à
caliditate & siccitate, & aëreum & volatile, & est frigi-
dum & humidum, & calidum & siccum. Et postquam
hoc viuum moritur à rubea morte, mortuum iam est
compar caliditati & siccitati, & sic nō fugit ab eo quòd
est calidum, & nō fugit ignem, nec fumum emittit, nec
sonū facit, & funditur vt cæra, & est sicut oleum, & est
siccum, quæ siccitas tingit tinctura rubea & alba, & i-
ta de spiritu factum est corpus: deinde hoc corpus ver-

tendum est in spiritum, & postea fiet aqua clara sine omni turbulentia ab inferiori parte vsq; ad superiorem, & omnes particulae suae sunt diuersae in aqua, vt nō impediatur tinctura quae est penetratiua & subiunctiua ad retinenda & contingenda omnia corpora metallorum: & ista tinctura semper in eis permanet: & cum hac tinctura viuificantur omnes mortui vt semper viuant, & hoc est fermentum primum elementatum, & est ad Lunam, & hoc est lumen omnium luminum, & est flos & fructus omnium luminum, quod illuminat omnia, & est tinctura vera & viua, rubea & alba, ac oleum tincturarum rectificatiuum. Da ergo ei secundum fermentum fermentatum ab omni elemento elementato aequaliter, quod est aurū, da ei quartam partem, quod tamen prius calcinatū sit, & in aquam solutum. Hæc est enim aqua elementata aequaliter ab omnib; elementis. Da etiam ei secundum fermentum, cūm secundū dico, assero secundū retinaculū, & in eo est tinctura sulphurea, & dicitur oleum retinaculorū, hoc est, vitriolum viridissimum & purgatissimum, lucidissimum quod versum sit in aquam. Da etiam ei aquam Safferanicam de endacuto factā, vt aquam viridis æris, quae est venenum Mercurij, & da Mercurio de aqua laborata in suum spiritum, quam extraxisti de corpore suo, & ita mortificasti eum, & ista laborata scilicet aqua argenti viui, ita vt versum sit argentum viuum in aquam, quod impetuosum ignē non fugiat, vt substantiā nō faciat, sed semper per vim maneat, & de vno quoque istorum da ei tantū quantum ipsum est & da etiam ei sal armoniacum, qui est spiritus preciosus, & est resolutiuus & coagulatiuus, & versum in aquā, prius tamen sublimatum quinquæ vel septem vicibus, & sit duplum primi fermenti. Da ergo ei aquā siccam & calidam & iugem cum forti clarificatione, & subtili imbibitione scilicet guttā ad guttam, & si dares ei minus de istis bibimentis, confunderetur. Et hoc fac ad Solem calidum vel ad cinerem lentī caloris, vel hæc omnia si possunt fieri: & omnes istae aquae prius misceantur per 21. dies in loco mundissimo & calido, & bulliant simul & faciant vnā substantiā. Deinde congeletur in lapidem: & iterum vertatur in aquam.

aquam. Et inter hæc omnia magnam efficaciam habet Anatron, siue sal nitrum, & sal gemma, & alkali. Postquã ergo congelata sunt versa in aquã imbibãtur hæc. Sed cum rubeo quod patitur longam & magnam sitim, donec fiant duplũ sui, & atinkar in his habet magnam efficaciam. Et super hæc omnia supernateat vicia vna de hac aqua, & aqua salis armoniaci viui, vt melius soluantur particule fugitiui. Secundũ in rubẽ colorẽ, vel lalneum, vel viridem, aut cœlestinum. Sed viridis color omnibus nitet. mitte compositionem in rotumba, vt soluatur aqua clara à fundo vsq; in superficiẽ sicut est mel colatum, doinde cõgeletur in loco congelationum in lapidem viridem, quandoq; in rubeam, quandoque lalneum, quandoque cœlestinum, & iterum soluatur & congeletur bis vel ter, & est duplicatio, triplicatio, quadruplicatio, & sublimatio, & acutior omnibus. Dixerunt Philosophi Regis Persarum: Accipiamus frigidũ & humidũ, & aquosum mundetur ab omnibus superfluitatibus & à plumbo, & decoctione pura & multa desiccetur ab humido in sole decoctione & humidis pannis: & est pulchrius capitulum. His qui cupiunt scire mirum super omne mirum de humido aquoso frigido & adusto, dixit Kanide, quod in vno solo igne sine aquæ tẽperacione factæ sunt omnes distillationes, & sublimationes, & calcinationes, & rubificationes & mortes ipsius Mercurij, & tunc facta est amicitia inter ipsum & ignem, & currit vt oleum in vno ictu: quia oleum est ingressiuum, penetratiuũ & aggregatiuũ, permixtiuũ, coagulatiuũ, perseueratiuũ (vincit enim omnem rem subtilem & omnem rem solidam penetrat) coniunctiuũ, permansiũ, depuratiuũ: & dicitur oleum viuum, color viuus & rectificatiuus, & omnes mortuos resurgere facit. Et est fermentũ super omne fermentum, & semetipsum imprægnat, & seipsum parit. Vnde omnes qui querunt hanc scientiã, scire oportet omnia quomodo est, & quomodo nõ est, & quomodo fieri potest: & si fallunt, quomodo emẽdare possunt: & post omnia scire oportet ea quę circa opus sunt necessaria, & probationes claras & manifestas. Et hæc est prima omniũ probationum, sci-

licet, vt quando iam est finis & terminus secundus, ponatur de ipso aliquantulū super ferrum candens, si fluat sicut cera, & non faciat fumum, nec strepitum, sed currat per omnia, & tingat laminam ferream, vel æream, vel argenteā & figat se cum illis, & non timeat ignem, nec per ignē minuatur, nec à metallis separetur vnquā, tunc perfectum est: & hæc est verā probatio super omnes probationes. Si autem hæc signa non fecerit, reduc ad ignē donec ita fuerit: & hæc probationes omnes fieri debent inter primam & secundā solutionem & congelationem. Et post hoc sciendum est de eis quæ coniunguntur cum mortuo, & istæ cōiunctiones & color Saffranicus ferri euidenti, & color vitrioli, & flos æris, quod est venenū Mercurij, & calx salis, & aqua Mercurij laborata vt nō fugiat ab igne, & est aqua viua & permanens, & est spiritus rectificatiuus & sal antiquus armoniacus, & hæc omnia sint quælibet per se soluta in aquam. Et post hæc omnia misce & ad ignem lentum congelet, & factum est ita corpus viuum. Et hoc corpus postea resolutum est in aquam, & sic fit commixtio.

Omnes Philosophi Persæ congregati fuerunt in vno loco in montaneis partibus & erat locus secretus odoriferus, & inter illos multi multis modis dixerunt: ex tincturis quæ tingunt metalla, & mutant in Solem altū & preciosum: & ille modus tincturæ qui est preciosior in superficie omnium tincturarum, hic est qui manifestatus est inter eos per diuinam gratiam, scilicet quod duæ particule comprehendant totum opus Alchimie, & prima particula sufficit in pondus mollities. Secunda multiplicat primam in alijs mille millibus ponderum in Solem preciosum per gratiam Dei. Hoc autem ita fit, vt cum artificiosa canna ferrea projiciatur hæc Alchimia super duram aquam & liquidam in igne, & est quædam aqua alba, & alia subalba & mollis, & citò diffunditur ab igne, & currit, & filia est rubea & dura, & oleum tincturarum, de quo nos dicimus sic est, & penetrat omnes istas aquas, subintrando facit vnā amicitiam cum illis, & vnitatem citrinatam, ab igne non separatur nec minuitur in æternum. Præterea reminiscimini quod superius dictū est, scilicet quod primus

terminus mortificat frigiditatē & humiditatē inter tot, & quod terminos rubificat, secundus terminus cōplet mortem primi mortui, & augmentat rubedinem, & facit massam sciliginosam. & pineatam sicut fructus pini lucidā. fulgentem vt folia auri: & spargit se, & tingit sicut debet ad citrinitatem. hæc est rectificatio Mercurij quod est oleū fixum subtiliatuū, quod rectificat omnia metalla corrupta. & ducit ea ad sanitatē, & ad naturam meliorē, & hoc mortuum, ita probatur mortuū: posthæc datur ei fermentū fermentatum æqualiter ab omnibus naturis: de quo dicemus, quod est primū fermentum: id est, secundum à primo, & primū retinaculum. Postea datur secundum à secundo, scilicet retinaculum viridis in ampulla soluti: post hæc flos eris, quod est venenum & aqua saffranica, & aqua salis armoniaci. & aqua antiqua, quæ aqua est solutina omniū corporum & omniū spirituum, & est cōgelatiua eorundē. Recordemur siquidem instrumentorum in quibus debent fieri omnes decoctiones operū Alchimie, & istius quæ est prima, & est naturalis, quæ demonstrat omnes operationes Alchimie, quæ sunt septem, & hæc est illa quæ demonstrat omnes distillationes & sublimationes, & omnes calcinationes & resolutiones & congelationes, & mortificationes secundum modum artis ignis. In arte quidem Alchimie est vna ars, quæ laborat quinque ignibus. Quorum primus est albus: Secundus faldus: Tertius viridis: Quartus rubicundus sicut rubinus: Quintus verò complet totum opus athandi septē diebus & noctibus: & ita videtur inspirasse à principio septem dierum donec congeletur in fundo, & videtur quasi nigrum, rubicundum propter plenitudinem illius rubicundi coloris: & ista est firmissima operatio Alchimie repugnans contra ignem & contra omnes examinationes, & hoc est opus illius coloris qui extrahitur de phaulet vel endanicū, interius est totus Mercurius, est crusta phaulet: & de isto Mercurio potest fieri perfectū opus Alchimie: & dico quod omnia metalla interi⁹ sunt Sol & Luna secundū omnes qui nouerunt hanc artē, & de hoc phaulet potest fieri Saffranū, qui est color phaulet ad tingendū in Solem.

TRACTATUS
AVICENNAE.

ISTVM LIBRVM DIVIDAM
in octo capitula vel partes.

IN primo capitulo dicam de Mercurio & eius natura,
necnon de sulphure quod in se continet.

In secundo dicam de natura corporum perfectorum, &
eorum sulphure.

In tertio dicam de coniunctione corporis & spiritus, &
lapidis dissolutionem primam materiam.

In quarto dicam de extractione aquae ex terra.

In quinto dicam de fundatione seu etiam fusione super
terram suam.

In sexto dicam de modo sublimationis terrae.

In septimo dicam de lapidis multiplicatione & fixatione.

In octavo & ultimo capitulo dicam de modo proyici
endi medicinam, & tingendi quodlibet metallum in So
lem & Lunam.

CAPVT I.



ARGENVTVM viuum est frigidum & humi-
dum, & Deus ex eo vel cum eo creauit om-
nia minera: & ipsum est aëreum & ignis fu-
gitium, sed dum in igne aliquantulū ste-
terit, facit mira opera aliena.

Et ipsum est solummodo spiritus viuus, & in Mundo
non est tale, quale ipsum est, quod possit talia operari,
qualia per ipsum operantur. Et ipsum intrat quodlibet
corpus, penetrat, leuat, & excedit. Ipsum est fermen-
tum corporum quibus admiscetur, & tunc erit totum
Elixir ad albedinem & rubedinem. Ipsum est aqua per-
ennis, aqua vitæ & lac virginis, fons & lumen de quo
bibens non moritur. Cùm viuum fuerit, habet quædam
opera; cùm mortuum fuerit, habet alia opera; & cùm
solutum fuerit, habet opera maxima.

Ipsum

Ipsum est serpens luxurians, se ipsum imprægnans, in die vno parturiens, suo veneno cuncta interficit, ab igne fugit. Sapientes autem faciunt ipsum spectare ignem, & tunc facit opera & mutationes: quia sicut mutatur mutat, & sicut tingitur tingit, & sicut coagulatur coagulat: igitur inter omnia mineralia argenti viui præferenda est generatio. In omnibus enim mineris iauenitur, & cum omnibus symbolum habet. Est autem ex terrestri & mediocri, & aqueo, vel oleo viuo subtilibus mediocriter, & spiritu multo subtili, ex aqua terrestri ponderositatem habens & motum deorsum, luciditatem, & fluiditatem, & colorem argenteum. Exit enim de terra, & in terram resilit, & nutatim se defendit, & iterum se continuat humido ex caliditate, & spiritu extincto figitur, & omnibus mineralibus cõmiscetur, & cui insidet firmiter adhærebit, vnde & mineraliũ mater dicitur. Argentum verò viuum densam manifestè videtur habere substantiam, vt monoceros, propter grauedinem sui ponderis immensi: quoniã aurum præponderat, dum in sui natura fuerit, & est fortissimæ compositionis, & naturæ vniformis: quoniã non separatur ab inuicem: in partes autem nullatenus se diuidi permittit. Quia aut cum tota sua substantia ex igne recedit, aut cum ea in igne permanet.

In eo necessario est causa perfectionis, quoniam ipsum solum ad perfectionis modum sufficit in vno quoq; gradu, videlicet cum ignitione, propter bonam sui adhærentiam, & fortitudinem suæ mixtionis. Sed cum partes ipsius inspissantur per ignem, vltius nõ permittit se corrumpi, nec per ingressione[m] furiosæ flammæ vltius se paritur eleuari: quoniam rarefactionem sui non suffert propter indensitatem & adustionis carentiam, quæ fit per sulphureitatem quam non habet.

Argentum verò viuum in suis operibus manifestè ac perfectissimè ab adustione est saluatiuum, & fusionis effectiuum cum figitur. Etenim est tinctura rubedinis vberrimæ refectionis, fulgidi splendoris, & non recedit à commixto donec est. Est enim amicabile, & metallum placabile, ac medium cõiungendi tincturas, quoniam cõmiscetur cum ipsis per minima, & in fun-

do naturaliter adhæret eis: quia est de natura ipsorum. Verumtamen Luna commiscetur cum illo facilius: quoniam per suam naturam habet ipsum in sua natura participare. Attamen non submergitur in eo aliquod metallorum nisi Sol. Et sic maximum habes secretum, quoniam Mercurius in se recipit quæ sunt suæ naturæ. Aliena verò respuit, eò quòd natura sua plus gaudet cum natura propria quàm extranea. Ex hoc enim manifestum est, maioris esse perfectionis in illis, quæ plus sunt Mercurium continentia, & quæ minoris: minus, quoniam symbolum tenet in natura cum mineralibus. Et dedit DEVS ipsi substantiã, & substantiæ proprietatem, quam nullo modo in alijs rebus naturarũ contingit possidere: quoniam ipsum solum est quod ignem superat, & ab eo non superatur, sed in eo amicabiliter gaudens quiescit. Ipsum solum cum sit metallicum, continet totum in se, quo indigemus ad nostram magisterium. Igitur manifestum est, quòd argentũ viuum continet in se sulphur suum bonum, quo coagulatur aurũ & argentum, secundum diuersum digestionis modum.

*De natura corporum perfectiorum: id est, Solis
& Lune, & eorum sulphure.*

CAP. II.

Aurum est corpus perfectissimum, dominus lapidũ, Rex & caput omnium aliorũ, quod nec terra corrumpit, nec res cõburentes comburunt, nec in igne minuitur, sed in eo melioratur: quia in eo humiditate quadã humectatur, nec etiam aqua alteratur. Complexio eius est temperata, & natura directa in caliditate, frigiditate, humiditate & siccitate: nec in eo aliquid superfluum nec diminutum inuenitur. Est enim creatum ex subtilissima & clarissima argenti viui substantia, & ex substantia pauca sulphuris puri & mundi, rubedinis fixæ, & clarè tingens ipsam substantiam argenti viui.

Aurum tenetur esse corpus & fermentum Elixiris albi & rubei. Neque melioratur, neque perficitur seu completur nisi cum eo, & non alio: quemadmodum pasta non alio quàm suo potest fermentari fermento. Aurum est corpus durans per secula seculorũ manens.

Et ideo

Et ideo Philosophi prætulerunt ipsum, & magnificerunt: dixerunt enim quod aurum sic se habet in corporibus, quemadmodum Sol in stellis. Sol enim in suo lumine & splendore omnia vegetabilia germinat, & omnes fructus perficit. Ideo dicit Hermes: Nunquam fit tinctura vera absque rubeo lapide.

Aurum primum gradum nobilitatis tenet inter omnia corpora: quia ipsum est temperatissimum propter mixtionem, depurationem sulphuris & Mercurij. Et multum habet de virtute sulphuris, & parum de eius substantia, & e converso multum habet de substantia Mercurij, & de virtute eius parum. Propter quod ratione Mercurij est ponderosum, & ratione virtutis sulphureæ multum est rubeum. Et propter fortissimam compactiorem sulphuris & Mercurij in sua calce, non est ita humidum in tactu & vinctuosum sicut cætera corpora: ideo non facit lineaturas nigras sicut alia metalla, quando protrahitur super pergamenum. Sed si admisceretur sibi argentum aut aliud metallum, tunc facit lineaturas nigras: quia vinctuositas corporis sibi admixti tendit ad superficiem, & facit ipsum albescere & humescere: & quia partes multum profundantur ad centrum, ideo est ponderosum magis quam propter argentum viuum suum.

Plumbum verò ponderosum est magis propter suum argentum viuum, quam propter consolidationem partium sibi debiliter adhaerentium, & ideo minus inter omnia corpora est sonorosum.

Aurum verò propter fortem & tenacem coherentiam partium suarum inter omnia acutioris soni est. Aurum quoque non adurit ab igne sibi proportionato. Vehementissimus enim ignis consumit omnia sub lunari globo existentia. Non adurit etiam ab his rebus quæ cætera corpora adurunt, sicut à sulphure, & arsenico. Et purgare solent ipsum artifices ad summum splendorem, per lateres & salem.

Argentum habet de substantia sulphuris multum, & de virtute eius parum, & de substantia Mercurij parum, & de virtute eius multum, ideo est album: quia color sequitur multitudinem virtutis, virtus verò in vapore locata est.

Materia eius vicinior est materiæ auri quàm aliquod aliud metallum, ideo faciliter vertitur in aurum. non indiget alio labore, nisi transmutando colorem, & dando pondus. Litargirium argenti præ omnibus rebus valet ad tincturam albam: quia materia eius propinqua est.

Argentum est corpus perfectum, minus tamē quàm aurum, & est minoris ponderis auro, & est de partibus Lunæ: in humido loco corrumpitur, & eius sapor est acidus: in igne minuitur, & sulphuribus comburitur. Auri interiora sunt exteriora argenti, & eius natura est frigida & sicca, & recipit tincturam. Amplius autem aurum est corpus perfectum & masculinum, sine superfluitate aut diminutione, quòd si in terra solummodo liquefactione perficeretur, commixta esset Elixir ad rubeum.

Argentum verò corpus perfectum est fœmineum. Quod si perfecta fusione perficeretur, esset tinctura ad album vel Elixir, quod non est, quia sunt solummodo redacta in natura ad corpora perfecta. Et si ista perfecta cum imperfectis corporibus commiscerentur, non ideo imperfecta perfecta existerent: sed potius eorum perfectio cum imperfectis diminueretur. Sed si facta fuerit plusquam perfecta in duplo, vel quadruplo, vel centuplo, vel millecuplo, in tantum perficiuntur imperfecta cum ipsis, quia natura simpliciter semper operatur, & perfectio in eis simplex est inseparabilis, nisi fortè duceretur in fugam cum volatili: quia summa volatilis superat summam fixi corporis. Et cum corpus perfectum ex argento viuo mundissimo, & ex tali sulphure rubeo habere possumus ad Elixir rubeum, & argentū similiter ad Elixir album: ideo eligeremus ea ad Elixir nostrum, pro materia nostra, quia hæc duo corpora similiter sunt perfecta, digesta, & decocta qualitate naturali, fortiter, sine aliqua mundatione ingeniosa. Quare utique cum igne nostro artificiali in ipsis operari valeamus. Et quamvis natura aliquid perficit, tamē non nisi simpliciter operatur super illud quod habet. Est enim corporibus duplex sulphureitas, quædam

dam est ex argenti vini substantia, in eis inclusa in principio sue mixtionis, quam dicimus supereminētem. Alterum verò sulphur extraneum suæ naturæ, quam dicimus correspondentem.

Et est notandum diligentissimè, quod istorum duorum corporum coniunctio est necessaria in hac arte, ad album & ad rubeum. Et sunt duæ rationes, quarum vna est: Cùm aurum sit nobilius inter metalla, & magis compactum, perfectum & fixum, tamen si dissoluatur, & in partes minimas separetur, fit spirituale & euolans, sicut Mercurius. & hoc ratione suæ caliditatis: & tunc habet tincturam sine numero, & ista tinctura vocatur sperma masculinum calidum. Si verò argentum soluatur in aquam tepidam, nihilominus manet fixum sicut prius, & nullam aut paucam habet tincturam: est tamen promptum ad ipsam tincturam recipiendam in temperamento calidi & frigidi: & vocatur sperma foemineum, frigidum & siccum: est ergo conueniens eorum coniunctio. Est & alia ratio, quia cùm aurum & argentum quodlibet istorum per se est difficilis fusionis & liquefactionis, tamen si coniungantur, faciliter fluunt & liquefiunt, vt sciunt aurifabri, facientes consolidaturas ad aurum. Vnde si in lapide nostro esset solummodo alterum istorum duorum, nunquam per aliquod magisterium de facili flueret medicina, neque tincturam daret. Et si daret tincturam, non tingeret nisi in quantum esset, eò quòd non esset receptaculum tincturæ. Hoc totum non intelligas de Luna vulgari, sed de Luna Philosophica, vnde & Lunaria dicitur. Ergo consulo vt non opereris nisi cum Mercurio, Sole & Luna. Quoniam totum beneficium artis huius in illis tribus consistit.

*De coniunctione corporis & spiritus, & lapidis
dissolutione in primam materiam.*

CAP. III.

Certum est omnem rem esse ex eo in quod resoluitur. Nam gelu conuertitur in aquam calore mediante. Clarum est ergo illud prius fuisse aquam quàm gla-

ciem. Omnia verò metalla ex Mercurio sunt generata, ideo ipsa in ipsum resoluuntur.

Primum ergo regimen lapidis est ipsum dissolvere sicut grossum argentum viuum, vt in suam primam reducatur materiam: hoc autem totum fit per argentum viuum, eò quòd ipsum habet posse Solem & Lunam in eorum naturam & materiam primam redigere. Sed cum argentum viuum habet in se fœculentiam & adustionem absque inflammatione, & aqueitatis substantiam: necesse est ergo eius superflua demere, & absentia adimplere, si completam medicinam ex illo volueris facere. Terram autem fœculentam omnino oportet sublimatione demere, & absentia adimplere, ne liuidum in proiectione creet colorem, & aqueitatē ipsius simili modo delere, ne & totam materiam in proiectione faciat fugitiuam.

De cuius proprietate est, substantiam medicinæ saluare, non aduri, sed figere, & ab adustione defendere. Ideo contingit ex illo creari Saturnum, Iouem, Venerem, ferrum, &c. quod ex impuritate necesse est accidere.

Est notandum, quòd duplex est materia prima. Quædam est propinqua quædam verò remota: Materia propinqua est argentum viuum; remota, est aqua: quia argentum viuum prius fuit aqua, & postea argentum viuum. Verum ergo principium nostri operis est dissolutio lapidis, quia corpora soluta ad naturam spiritus sunt redacta, quia magis fixa. Nam solutio corporis est cum coagulatione spiritus. Patiens ergo sis, coque, terre, & incera, & non tædeat te hoc multoties reiterare: quia quæ imbibuntur, per aquam mollificantur. Quanto magis teris, tantò magis mollificas, & partes grossas subtilias, donec satis existat. Et hæ partes diuiduntur, cum spiritus impastantur, & omnia quæ impastantur ex toto dissoluuntur: & impastatio fit cum nimia contritione, inceratione, & affatione. Nam per cõtritionem, affationem & ignem, diuiduntur partes ligatæ & viscosæ, quæ sunt in corporibus. Corpora verò soluta & ad naturam spiritus redacta, nunquam separantur, sicut nec aqua permixta aquæ. Quippe natura lætatur cum

sponsus

sponsus & sponsa copulantur. Quia intētio operis nostri non est, nisi quòd eligatur purissima Mercurij substantia ex ipsis corporibus, quoniam Elixir constat solummodo ex ipsis.

Primus autem modus Solutionis & naturæ est putrefacere. Sed tamen multæ sunt species putrefactionis & corruptionis. Primum ergo principium naturale est materia sensitua materialis, prout superius dixi.

Secundum, calor mouens ipsam materiam & putrefactionem. Signa verò putrefactionis est color niger, odor foetidus, & materia in tactu subtilis & discontinua, ac si esset primus Mercurius. Quia calor agens in humido primo generat nigredinem, quæ nigredo est caput corui, hoc est principium operis.

Item nota, quòd ingressio, submersio, connexio, cōiunctio, complexio, compositio & mixtio idem significant in hac arte. Nihil enim submergitur, coniungitur, connectitur, quin & misceatur. Quia commixtio est commiscibilem per minima: id est, per indiuisibilia sibi iuncta vno. Scias etiam firmiter, quòd tora fortitudo huius magisterij nō est nisi in putrefactione. Si enim putridum non fuerit, solui nec fundi poterit: & si solutum non fuerit, ad nihilum deueniet.

Item scias, quòd in vnoquoque opere sunt tres dimensiones, scilicet latitudo, altitudo & profunditas: & hoc manifestè apparet de corpore, quod visui nostro subiacet. Verbi gratia: Lapis noster in prima sui creatione est albus, & ita apparet in facie: quare dicimus ipsum frigidum & humidum, quia ita est. Vnde studemus, quare lapis noster aquaticus, quia frigidus & humidus est, naturalis dispositio dicitur corpus manifestū seu altum. Latitudo autem est ista dispositio media, per quam itur ad profundam dispositionem. Quæ verò media est inter profunditatem & altitudinem, tanquam inter contenta, seu contraria, est impossibilis transitus per ea, nisi altera qualitas destruat, quoniam frigida & humida est eius dispositio alta: destruat ergo altera qualitas, videlicet humiditas per putrefactionem, tūc inspissatur, & eius humiditas conuertitur in siccitatem, & sic fit transitus ab alta ad mediam dispositionē, quæ

est frigiditas & siccitas: & dicitur latitudo, quia tenet à frigido & humido frigiditatem: à secco & calido siccitatem: ergo media. Postquam verò per calorem existentem, frigiditas quæ remansit in corpore transmutatur in caliditatem, quæ sunt extranea: contraria est dispositio profunda quia caliditas est occultum corporis, quòd optimè apparet per Aristotelem, &c.

De extractione aquæ ex terra.

CAP. IV.

Postquam materia fuerit putrefacta, ad faciendum corpus & spiritum, quod tamen impossibile est fieri nisi in aëre, hoc est, per sublimationem.

Scias ergo quòd lapis noster diuiditur in duas partes principales, videlicet in partem superiorem quæ ascendit, & in partem inferiorem quæ remanet in fundo fixa. Et tamen istæ duæ partes concordant in virtute.

Et ideo Philosophus dicit: quòd illud quod est inferius, est sicut illud quod est superius. Et ista diuisio est necessaria, ad perpetranda miracula rei vnius, scilicet lapidis, quæ pars inferior est terra, quæ dicitur nutritrix & fermentum: & pars superior est anima, quæ totum lapidem viuificat, & reuiuiscere facit.

Vnde facta separatione celebrata, coniunctione lapidis multa miracula perpetrantur. Est notandum, quãuis apud aliquos lapis noster nõ diuidatur in quatuor partes, videlicet in quatuor elementa in prima operatione, sicut superius dictum est: quatuor partes principales, videlicet vna quæ ascendit superius non fixa: alia quæ remanet inferius, quæ dicitur fixa: & terra vel fermentum, quæ totum lapidem nutrit & fermentat, vt dictum est. De illa verò parte non fixa, oportet habere in bona quantitate, & dare lapidi, qui est mundissimus, absque sorde totus, donec totum lapidem virtute spiritus non fixi superius differat sublimando. Et hoc est quod dicit Philosophus: Ascendit de terra in cælum. Postea ipsum lapidem sic exaltatum oportet reiterare super marmor, cum elemento ab ipso lapide in prima operatione extracto. Elementum illud dicitur aqua lapidis. Et debet toties assari, donec subtilitate lapis iterato descen-

to descendat in terram, & sic recipit superiorem vim sublimando & inferiorem descendendo, vt corporeum fiat spirituale sublimando, & cum est spirituale, fiat iterato corporeum descendendo. Et sic habes gloriam claritatis huius Mundi, & fugit à te omnis obscuritas & omnis inopia & ægritudo: quia sic compositus, curat omnem ægritudinem. Et hic lapis totius fortitudinis, quia nulla est comparatio huius lapidis ad alias fortitudines. Nam vincit visibiliter, omnem rem solidam perforabit, penetrabit & deuincendo conuertit.

Philosophi dixerunt, quòd sola aqua per seipsam omnia facit, omnia soluit, omnia congelat, omnia diruit sine alicuius adminiculo. In ipsa solent apparere colores amœni. Permutatio corporis in aquam est tinctura cuiuslibet corporis. Insuper est differentia inter tincturam aquæ & tincturam olei. Nam tinctura aquæ abluit & mundat, & tinctura olei tingit & colorat.

De fundatione seu etiam fusione super terram suam. CAP. V.

Funde igitur aquam super terram suam, & permisce conterendo, statim paulatim imbibendo, hebdomadam decoquendo, & postea leniter calcinando, quousque terra bibat de sua aqua quintam sui partem. Scias quòd terram oportet nutriri, primò modicè aqua sua, & postea maiori, sicut est videre de infantis educatione. Ideirco multoties contere terram, & paulatim imbibere eam de octo in octo diebus: decoque, & postea mediocriter calcina in igne, ne tædeat te opus multoties reiterare: quia terra fructum non gerit absque frequenti irrigatione. Vnde cum aridum sit, vt multum sitiens bibit suum humidum & aqueum: & trituration non est bona, donec terra & aqua fiat vnum & idem corpus. Ergo non suspendas manum tuam à trituratione & assatione, donec terra sit sicca & alba, quæ albedo generatur ex tali frequenti & sicca trituratione & assatione. Cauetas tamen ne imbibas terram nisi paulatim, & cum longa contritione post siccationem terre. Vnde in hoc est pondus vbiq; notandum, ne scilicet nimia siccitas vel superflua humiditas opus corrumpant. Et

in tantum decoque affando, quantum dissolutio exposcit imbibendo.

Nota: Omni vice post calcinationem terræ superfunde aquam terræ temperatæ, videlicet non multum nec parum. Quia si multum, fit pelagus cõturbationis: Si parum, comburetur in fauillam, quia suauius & non festinanter, de octo in octo diebus, terram irrigando, decoquendo & calcinando, donec biberit aquam suã. Continua igitur opus multis vicibus, quia nisi per longum non videbis tincturam, neque perfectè perficies, donec opus sit perfectum.

Studeas ergo cum in opere fueris omnia signa quæ in qualibet decoctione apparent, in mente recordare, & eorum causas inuestigare. Tres quippe sunt colores principales, niger, albus & citrinus. Cum ergo egreditur nigra, perfecta est, sed nondum completa.

Qualibet ergo vice vigora ignem in calcinatione, quousque terra egrediatur alba ex ignis fortitudine. Nam sicut calor agens in humido generat nigredinem, ita agens in sicco generat albedinem. Idcirco cum terra nõ fuerit alba, tere eam cum aqua sua, & iterato eam calcina, quia azothi & ignis terram abluunt, & obscuritatem eius penitus ab eo eripiunt. Nam præparatio est cum aqua semper, & qualis sit aptitudo aquæ, talis & erit limpitudo terræ. Et quanto magis fuerit ablutio, tanto magis erit & alba terra.

Vnde quidam Philosophus ait: Cum inueneris ipsum nigrum, scias hoc initium operis esse. Post verò putrefactionem rubescit non rubedine vera: etiam citrinescit: De quo quidam Philosophorum ait:

Sæpius rubescit, & sæpius citrinescit, sæpius liquefit, & sæpius etiam coagulatur ante verã albedinem. Vnde alius dicit:

Seipsum dissoluit, seipsum coagulat, seipsum rubore decorat. Ante albedinem etiam fit viridis. Apparet etiam ante albedinẽ color pauonis. Vnde quidã sic ait:

Scias quòd omnes colores Mundi qui excogitari possunt, apparent ante albedinem, & deinde albedo sequitur vera. Quidam ait:

Vtilitas eius expectanda est. Igitur tam diu decoquatur, do-

fimi, vel etiam per calorem ignis, & dicitur solutio.
3. Est destillatio scilicet per alembicum descensio.
4. Est inceratio, scilicet rei sicæ coniungens vnguentum
solutum, quo nostrum perficitur magisterium. est pater
mirabilium, & nubes nubium, & ipsum disputat cum
auro, & concludit ei dicens: Disceptabis ne mecum?
Ego sum dominus lapis expectans ignem. Respondit
Mercurius: Verum dicis, sed ego te genui, & extrahis
originem ex me, & vna pars ex me viuificat multas de
te: quia tu es avarus per comparisonem ad me. si quis
enim vixerit me, fratri vel sorori meæ viuet, & gaudet,
& ero sibi sufficiens, si viueret annos 100000. & ego
sum totus absconditus, sapientum & muto omnia
corpora in Lunam cum arsenico, & postea in Solem
cum sulphure, & in me latet scientia. sublima ergo i-
psum & erit fixus, ac tinget decem partes Veneris. Item
nota, spiritus corpora ingredi non possunt nisi purga-
ta, & non ingrediuntur, nisi aqua ducantur. Ideo dicit
Dantius: Præparate corpora & soluite ea ac ex illa aqua
imbibite spiritus ablutos: tunc ipsi spiritus submer-
guntur in corporibus, & corpora in spiritibus: & sic fi-
gentur spiritus fixissima fixatione. vnde Rasis: Conuer-
te corpora in aquam, & illam aquam coniungite aëri:
id est, spiritui, scilicet Mercurio, & ex illis duobus ite-
rum fac aquam, & ipsam terram, & factum est totum.
Galenus dicit: Præparate corpora & purgate à nigre-
dine, in qua est corruptio, donec fiat album & rubeum,
tunc soluite ambo in aquam, scilicet spiritus & corpus,
& coagulate, & sic projicite super corpus ablutum.
Quando corpora & spiritus soluuntur, tunc fit solutio
vniuersalis, quæ facit & quatuor elementa, & reddit in
vnam substantiam firmam & fixam: quando verò non
soluuntur ambo, tunc fit mixtio vicina, & particularis,
quam adhuc separare potest ignis. Nota quando ani-
ma coniungitur corpori, corpus citò consumitur, &
mutatur in aliam substantiam, & post primam eius o-
perationem fit nigrum. In secūda verò magis lucidum.
In tertia verò iterum magis clarum, donec ad quindecim
solutiones & coagulationes perficiatur, & in qua-
libet coagulatione caue ne aliquid sentiat de sale, sed

Turba dicit: Fiat mutatio complexionum, videlicet à frigida & humida in calidam & siccam, seu à flegmatica in colericam secundum medicos. Calore Solis & leui decoctione coagulantur spiritus. Intenso verò & nimio calore destruitur opus, vt ait Bonellus. Quoniam si incenderis ignem fortem ante incrementum tabei, fit quod nihil nobis prodest. Nam omnes Philosophi & veri, ignem leu em afferunt fieri, & testantur propter rationes ante dictas. Inquiunt enim, quòd nos oportet suauiter regere ignem, donec sulphur nostrum fiat incremabile. Vnde de semine: Semina non oportet metere, donec tempus messis aduenerit. Philosophi hunc lapidem nostrum vocauerunt Salamandram, quia sicut Salamandra solo igne nutritur & viuít: id est, perficitur, ita & noster lapis.

De modo sublimationis terræ.

CAP. VI.

Quidam magnus Philosophus, inquit: In fecibus est quod quæris. Recipiantur ergo feces, cum de alembico extrahuntur, & terantur fortiter, & imbibantur cum aqua sua, & in lento igne vel Sole exsiccantur, & hoc multoties fiat. Nam ex tali præparatione habilitatur fumus ille ad sublimandum. Vnde dicit Geber: Ex multiplici ergo reiteratione imbibitionis & assationis, maior pars eius aqueitatis deletur. Residuum verò per sublimationem.

Accipiantur ergo feces prædictæ, & aptentur ad sublimandum, administrando eis primò ignem lentum proportionabiliter maiorem, quousq; fumus ille mundus & albus ascendat, & si primò non fiat, reiteretur toties super easdem feces imbibitio, donec ita fiant, & ultimò sine fecibus quæ adhærent, tunc vna pars fixa contingit ex illis. Secundum verò eius diuersam operationem, diuersitas medicinæ creatur, aliquando Saturnus, aut Iupiter, &c.

Nullus autem debet sublimare terram ad opera sophistica, sed solummodo ad Elixir nostrum. Et non misceas illud quod remanet deorsum, cum illo, quod ascendit sursum, sed pone vnumquodque ad partem:
quoniam

quoniam illud quod in fundo remanet, reiterabis ad sublimandum per Mercurium incorruptum, donec totum ascendat. Et considera bene quod nunquam debes procedere ad fusionem modo prædicto, videlicet ad lapidem Philosophicum, nisi ipsum prius sublimes, cum non fiat unio corporis & spiritus, nisi per sublimationem.

Primò est materia sublimanda, est & figenda: cum præcesserit unio conueniens, fixio sequatur. Fixam autem materiam non facias volatilem, & materiæ fixæ partem vniam, & Mercurij præparati partes duas simul bene incorpora, postea sublima, sublimatum collige, & semper illud quod in fundo remanet iterato, cum nouo Mercurio contere, per modum prædictum, quousque totum fuerit sublimatum. Nam secundum Philosophum, vis sulphuris albi non vrentis congelat Mercurium. Et illud est res optima nostri magisterij, per quam fit elixir ad argētum. Et si fuerit sulphur optimum cum rubore clarum, & fuerit in eo vis argenteitatis sulphuris non vrentis, erit res ex qua fit elixir ad aurum. Et vt tradunt Philotophi, fiat primò sulphur ad album ad argentum, & postea ad rubeum ad aurum: quia non fit aurum, nisi prius fuerit argentum. Quippe nulla res potest venire à primo ad tertium, nisi per secundum, quia non est transitus ab extremo ad extremum, nisi per medium. Ergo non potest fieri ex nigro perfectè citrinum, nisi prius fuerit album, eò quod citrinum ex minimo rubeo & albo purissimo est compositum. Nec potest fieri de citrino album, nisi prius fuerit nigrum.

Sic aurum non potest fieri argentum, nisi prius fuerit corruptum & nigrum. Quia melius non potest fieri deterius, nisi per corruptionem sui: quoniam corruptio vnus est generatio alterius. Idcirco qui vult aurum conuertere in argentum, sic agat per corruptionem, ac argentum in aurum: quia sulphur eorum non vrens, per maiorem ignis digestionem potest fieri sulphur rubeum, quia citrinatio nihil aliud est quàm completa digestio. Nigredo nil quàm ablutio. Calor namq; agēs in humido, primò efficit nigredinem. Et calor in sicco causat albedinem, nec non in albo citrinitatem & ni-

miam rubedinem. Fit enim sulphur album & rubeum ex vna metallorum materia, ad plenum depurata, modo tamen diuersitate decocta & digesta. Idcirco in argento viuo est sulphur album, sicut in auro sulphur rubeum. Et omnino non est sulphur tale super terram, nec album, nec rubeum, nisi quod in istis corporibus existit. Et ideo præparanda sunt corpora subtiliter, vt sulphur eorum, & argentum viuum ex ipsis habere possimus, ex quo aurum & argentum efficiebatur sub terra. Quia nisi aurum & argentum viderem, dicerem proculdubio Alchimiã non esse veram. Ipsa enim sunt corpora lucentia, quibus insunt radij tingentes, qui tingunt cætera corpora in albedinem & rubedinem, secundum quod fuerint præparata. Alembicus verò & cucurbita debent coniungi, ita quod Mercurius non possit exire, quia non sublimatur nisi virtute aëris: & ideo si locum apertum inuenerit, euolat in fumo, & perit magisterium. Quoniam totius operis intentio non est aliud, nisi vt sumatur lapis in capitulo notus. Scias quod hic est lapis quem sciunt Philosophi, qui habet virtutes super omnes virtutes lapidum, quem pone in vase Philosophico, ad sublimandum, & cum eo sublimetur lapis, donec in vltima sublimatione purificetur.

Et iste est primus ordo, quæ prima operatio appellatur, quæ fit vt purissima & subtilissima substantia eliciatur.

Secunda est solutio, vt materia soluat in aquam.

Tertia putrefactio, quoniam Morienes dicit: Nunquam fuit aliquid animatum, ad natiuitatem adductum, nec aliquid crescat, nisi per putrefactionem & mutationem: ita oportet fieri putrefactionem, quia corruptio vnius est alterius generatio.

Quarta est ablutio: oportet enim quod illa res putrefacta & sordida abluatur, & mundaetur à corruptente impuritate. Et bene dixerunt: quia quam diu manet aqua super terram, tantò magis terra abluatur, & ceratur, ita quod ablutio & ceratio idem sunt.

Quinta est coagulatio: oportet enim quod aqua suauius coquendo in Sole nostro in terram mutetur,
& per-

& perfectè coaguletur & desiccetur, & in puluerem vertatur.

Sexta est calcinatio: Vnde scias, quòd res calcinata est magis apta, quàm non calcinata, & est simpliciter fixio. Vnde fuerunt multi Philosophi, qui calcinationem dixerunt fixationem, & bene dixerunt: quia omnes isti modi sunt in sublimatione. Pro certo enim si quis perfectè sublimat, hic totum opus perpetrat.

Et scias quòd hoc totum perficitur in vno furno, & in vno vase. Et has septem dispositiones quilibet intelligens potest perficere. Igitur non sis negligens in sublimatione. Qualis enim fuerit mundatio, talis erit & perfectio.

*Modò volo tibi narrare quid sit
Sublimatio.*

Sublimatio est eleuatio partium subtilissimarum à partibus fixis. Partes non fixæ eleuantur per fumum: id est, per ventum: quia sicut diximus, oportet custodire ne fugiant, imò cum partibus fixis fixantur, & remanent, & velociorem fusionem præstant. Intelligas veram sublimationem esse quando facimus separationem partium, quæ superius eleuantur ab ijs, quæ inferius remanent: Imò volumus quòd simul suo proprio conueniant, quia in lapide nostro prius primam purificationem quæ per solutionem perficitur, non inuenimus aliquod diminutum vel superfluum.

Propter hoc dixit Geber: Cum eo sublimetur lapis, donec vltimò deueniat in sublimationis puritatem. Dixit enim cum eo: hoc est, sine alio adiuncto, vel alia extranea re, propter hoc decepti sunt omnes laborantes, qui sublimant cum fecibus & nesciunt quid faciunt: vel quis sit lapis Philosophicus, & nihil proficiunt: quia sublimationem Philosophicam ignorant.

Geber dicit: Est enim lapis Philosophorum vna medicina, in qua totum magisterium consistit, cui non admiscetur extraneum, neque diminuitur, nisi quod superfluum est in operatione amoueat, & est prima purificatio, quæ per sublimationem perficitur. Iam sufficienter demonstraui, quando velis facere nostram sub-

limationem, quod in nostro lapide nil addas vel diminuas, imò totam substantiam in vase rato ponas, prout diximus in prima dispositione, firmiter claudendo: & pone ipsum in furnum, & coapta cum cineribus subtus & inferius, ita quòd duæ partes valis sint discoopertæ tam diu quousque materia dissoluatur, & postea administra ignem lentum, donec maior pars in puluerem vertatur, quod fit in 30. diebus: & quando factæ sunt operationes quas diximus, facta est sublimatio, solutio, distillatio, descensio, putrefactio, ablutio, ceratio, coagulatio, vel fixio. Et scias quòd Philosophi posuerunt multa talia & diuersa nomina operationum & laborum, quæ tamen in rei veritate non sunt nisi vnum & idem, & vnica operatione omnia simul & semel, & eodem tempore & labore perpetrantur: & hoc ideo fecerunt vt esset indignis scientia obscura. Item Philosophus dicit: Vt enim terra cum aqua imbuatur & teritur, & per temperatum nostri Solis calorem desiccatur, & in terram vertitur tota materia, qui saltem perfectè scit facere nostram operationem. Vnde dixit Hermes pater Philosophorum: Vis eius integra est si versa fuerit in terram: id est, aqua vertatur in terram.

De multiplicatione & fixatione lapidis.

C A P. VII.

Sequitur de copulatione pulueris, vt fructum ferant, & fructus eorum in æternum permaneat, & docebo pulueres sublimatos figere, vt igne permanere possint, & corporibus adunari & commisceri.

Est autem fixio rei fugientis conueniens ad ignem aptatio. Causa verò eius inuentionis est, vt omnis tinctura omnisq; alteratio præparetur, & in alteram mutetur naturam. Figitur autem sic: Recipe illud quod est sublimatum, & diuide illud per cucurbitas seu vrnalia, prout quantitas materiæ requirit, & signum fixationis eius est, quando materia non plus ascendit in alembicū. Vel poteris ignem vigorare excellenter, & tunc statim apparet. Vel pone de corpore super laminam ferream, si manet fixum, non reitera.

Deinde recipe vrnalia prædicta æqualiter, & ponendo

nendo super furnum reuerberationis & administra primò ignem lentum cinericum, per plures dies, donec per talem ignem non videris plus ascendere, tunc modicè fortifica ignem, quem continua per sex aut decem horas, & cum nihil videris ascendere seu eleuari, circumdabis igne fortissimo, quem continua, donec materia sit fixa.

Et est sciendum, quòd spiritus & anima non vniuntur vero modo nisi calore: quia tunc omnes colores qui in Mundo excogitari possunt, apparent, & tunc firmatur & perficitur opus in vno colore, scilicet albedine, & ibi conueniunt omnes colores. Dealbatio enim est operis initium, & totius corporis firmamētum. Nec deinde in diuersos colores variatur, præterquam in rubeum, in quo est vltimus finis.

Citrinatio verò est, quæ fit inter album & rubeum, & non dicitur color perfectus. In decoctione verò post albedinem non poteris errare. Nam ignis regimen paulatim augmentatur: post albedinem ad citrinitatem peruenitur, & deinde ad rubeum vt prædixi. Et scitote quòd argentum viuum est ignis, corpora comburens, mortificans, & constringens vno regimine. Et quantò magis teruntur corpora & miscentur, tantò magis habilitantur & attenuantur. Alius Philosophus dicit: quòd ignis incensus superabundans facit exhalare humidum, sed frigidum ignis facit perire opus.

Nota, regimen ignis sic secundum naturam & exemplo quatuor temporum regatur. In primo tempore, scilicet Hyeme, terra concipit. In secundo scilicet Vere, producit herbas & flores. In tertio scilicet Aestate, maturantur fructus. In Autumno verò: id est, quarto tempore colliguntur fructus. Vnde in opere nostro à simili in prima operatione Mercurius mortificatur, & totum opus vertitur in puluerem, & terra concipit vt in aliam vertatur naturam, vnde in ista decoctione fit nigra. In secunda ascendit naturam suam dealbando. In tertia iam fructus apparent: quia tunc apparet rubedo, quæ est in fine operis. In quarta maturantur fructus, & ex eis colliguntur. Hæc de fixatione sufficiunt.

*De modo proijciendi medicinam, & tingendi
quodlibet metallum in Solem & Lunam.*

CAP. VIII.

De promisso finem compleui huc vsque, magisterium magnum, ad Elixir excellentissimum album & rubrum faciendum. Hic finaliter dicam de modo proijciendi, qui est complementum operis, & lætitia desiderata & expectata. Album verò Elixir dealbat vsque ad infinitum, & quodcunque metallum deducit ad albedinem perfectam. Sed sciendum est, quòd vnum metallum leuius altero ad Elixir deducitur. Propinqua enim perfectius quàm remota. Et cum inuenimus metallum perfectum & multum propinquum, & vitium imperfectionis excusatur in ipso propinquo per multum remota: quæ verò metalla multum remota seu propinqua sunt, in multis libris satis claret.

Et quia Elixir album vel rubrum multum spirituale sit, ultra naturam tamen operatur, non est mirum quod illud commiscibile est corporis, super quo proijcitur, solummodo liquefacit illud.

Graue etiam est super mille millia proijcere, & illa in continenti penetrare. Quare vobis vnum secretum magnum tradam. Commiscenda est vna pars cum mille partibus corporis viciniore, & hoc totum claudere in vno vase firmiter & apto: & ponendum est illud in furnum fusionis per tres dies, donec inseparabiliter fuerit totum coniunctum.

Et illud est opus trium dierum. tunc ad infinitum proijcienda est vna pars illius corporis coniuncti super mille partes cuiuscunque corporis. Propinquiora tamen sunt viciniore semper. Et illud est opus vnus diei seu horæ vel minutæ.

Est & alius modus proijciendi. Recipe partes centum Mercurij cum sale & aceto abluti, & pone in crucibulo super ignem: cum autem fumare incipit, proijce partem vnã super has centum partes Mercurij & fit totum medicina. Deinde pone partem vnã istius medicinae super alias partes centum Mercurij, ad ignem feruentem:

uentem: & est adhuc medicina, & sic consequenter. In
ultima projectione transmutat vna pars medicinæ vlti-
mò congelatæ, centum partes Mercurij in verum au-
rum vel argentum, secundùm quod Elixir præparatum
fuerit. Item alius modus proijciendi: Pone partem v-
nam medicinæ prædictæ super sexaginta partes Mercu-
rij abluti, & pone in vas vitreum, & claude vas optimè
ne respiret, & pone ad cineres calidos per tres dies, & si
tua medicina retinuerit Mercurium, scias medicinam
tuam esse perfectam: tunc omnes istæ sexaginta partes
sunt medicina quemadmodum prima. Et per istum mo-
dum poteris probare excellentiam Elixiris, quod sem-
per sic est augmentandum. Aliquando vna pars medi-
cinæ conuertit 50. vel 100. vel 200. vel etiam 1000. vel vs-
que ad infinitum partes. Et semper illud totum est me-
dicina quod de Mercurio retinetur, & perfectè coagu-
latur. Modus autem operis est iste, vt proijcias partem
vnã medicinæ prædictæ super partes 100. auri fusi, &
facit ipsum frangibile, & totum erit medicina, cuius v-
na pars proiecta super 100. cuiuslibet metalli fusi con-
uertit ipsum in aurum optimum. Et si proieceris super
Lunam, simili modo conuertit omnia corpora in Lu-
nam. per eundem modum poteris conuertere Solem in
Lunam, in Venerem, Saturnum, Iouem & Martem.

Si autem medicina vel Elixir prædictum non haberet
ingressum. Recipe de lapide in prima operatione ex-
tracto, & Mercurij prædicti ana, & simul misce & incor-
pora, in lapide terendo, & deinde balneo distillando,
vt melius coniungatur, postea desicca. Et si vis poteris
recipere aquam per alembicum, & hoc toties reiterare
imbibendo, incorporando, desiccando, quousq; præ-
dicta medicina cum prædicto Mercurio præparato in-
corporetur: quo factò pone totum in vrinale habens
fundum rotundum, & supposito cooperatorio reuer-
berationis, dabis ignem candelæ & cineris per gradus
suos, vt suprà monstratum est. Et quãdo tibi videbitur,
adde paulatim de Mercurio prædicto, quousque mate-
ria prædicta figatur, & efficiatur fusibilis plus quã cera.
Et sic habebis Elixir, seu lapidem verum Philosopho-
rum completum, qui conuertit Mercurium, & omne

corpus imperfectum in Solem & Lunam, quo melior haberi non potest.

Epilogatio totius.

Dico ergo totius Operis summa non est aliud, nisi ut sumatur lapis in capitulis librorum notus, & cum operis instantia assiduetur super ipsum opus sublimationis primi gradus, ut à corruptente mundetur impuritate. Deinde cum ipso soluto subtilietur ipsius addimentum album vel rubeum, donec in ultimo sublimationis modo volatile fiat.

Adhuc verò cum fixationis modis figatur, donec in ignis asperitate totum quiescat. Deinde verò fixam partem cum non fixa parte reservata per modum solutionis & sublimationis volatilem facias, & volatile fixum, & fixum solutum: ac iterato volatile, & volatile fixum, quousque fluat, & alteret in complemento solifico & lunifico certo. Et hoc modo operatur arcanum preciosissimum super omne Mundi preciosum, omniumque Philosophorum thesaurus incomparabilis.

I N C I P I T S E M I T A
S E M I T A E.

Et est tractatulus brevis & compendiosus simul, & utilis intelligenti, in quo principaliter pro parte prodit lapidem vegetabilem ab alijs penitus absconditum subtiliter intuenti.



EVERENDE pater, pias aures inclina, & intellige quod Mercurius est sperma omnium metallorum decoctum, & imperfectum in ventre terræ calore sulphureo, & secundum varietatem sulphuream ipsius, metalla in terra generantur diuersa. Et sic ipsorum primordialis materia

materia est vna, & naturaliter sola actione maiori vel minori, adurente vel non adurente diuersimodè operatur, & in hoc omnes Philosophi concordant. Et hoc demonstrabo taliter: Quia certum est, quòd omnis res de eo & ex eo est in quod resoluitur, & est verum exemplum & consimile. Si glacies commutatur in aquã mediante calore, ergo, prius fuit aqua: sed omnia metalla conuertuntur in Mercurium, ergo iste Mercurius est prima materia eorum. Modum autem conuertendi infrà docebo. Illo habito, soluitur opinio eorum, qui dicunt species metallorum conuerti non posse: & hoc verum est, vt ipsi dicunt, nisi in materiam primam reducantur. Reductio autem ipsorum est facilis in primam materiam, vt ostendam: & transmutatio est facilis & possibilis. Nam omne crescens vel nascens multiplicatur in sua specie, vt homines, arbores, grana & huiusmodi. Nam ex vno grano mille generantur. Ergo possibile est augeri res vq; in infinitum. Ex prædictis apparet subtiliter intuenti, Philosophos in suis libris dixisse obscura, sed vera. Dixerunt enim quòd lapis noster est ex corpore & anima & spiritu, & verum dicunt. Nam corpus imperfectum comparauerunt corpori, propter hoc quòd est infirmum, & aquam spiritum dixerunt, & verè spiritus est: quia corpori imperfecto & per se mortuo vitam tribuit, quam prius non habebat, & in meliorem formam producit. Fermentum animam dixerunt, quòd sicut infrà dicetur corpori imperfecto similiter vitam tribuit, & in sui naturam eleuat & conuertit. Philosophus dicit: Conuerte naturas, & quòd quæris inuenies; & hoc est verum: Nam in nostro magisterio primò facimus de grosso gracile: id est, de corpore spiritum, & postmodum de humido siccum: id est, de aqua terram & sic naturas conuertimus, & facimus superius inferius, quòd fit quando spiritus efficitur corpus, & econuersò corpus fit spiritus. Item lapis noster, vt dicunt Philosophi, fit ex vna re, & in vno vase, & verū dicunt. Nam totum magisterium fit cum aqua nostra, & ex ea. Nam ipsa corpora soluit, vt dictum est, non tamen ea solutione prout credunt ignari, scilicet quòd conuertatur in aquam nubis. Et ipsa eadem calcinat, &

in terrā reducit. Ipsa eadē corpora in cinerem transformat, & ea incinerat, & dealbat, & mundificat iuxta verbum Morienis, qui ait: Quod azoth & ignis Latonem mundificant: id est, abluunt, & eius obscuritatem penitus ab eo eripiunt. Laton enim est corpus immundum, azoth argentum viuum. Et corpora diuersa coniungit, præparata modo prædicto, coniunctione tali, quod nec ignis nec actus potest ea separare ab igneitate combustionis: & eorum vnum irruendo in aliud mutatio subtiliat corpora, non subtiliatione vulgari, vt idiotę siue in experti credentes, sic quod sublimare sit superius ascendere. Et ideo accipiunt corpora calcinata, & admiscunt spiritibus sublimatis, scilicet Mercurio, arsenico & sulphure, &c. & faciunt per ignem fortem sublimare: id est, corpora ascendere cum spiritibus, & dicunt quod corpora tunc sunt sublimata. Et sunt delusi: quia adhuc inueniunt corpora immunda cum spiritibus plus quam fuissent prius. Ideo nostrum sublimare non est sursum ascendere: sed sublimare Philosophorum est de re vilissima & corrupta (à terra) alteram facere magis puram: cum dicimus, ille est sublimatus in Episcopum: id est, in digniori statu exaltatus seu positus. Sic etiam dicimus corpora in aliam: id est, meliorem naturam conuersam, seu exaltatam: vnde sublimare idem est quod subtiliare, quod totum facit aqua nostra. Et sic intelligenda est sublimatio Philosophica, in qua multi sunt decepti. Aqua etiam nostra mortificat, illuminat, mundificat, & viuificat, & apparere facit colores nigros primo in mortificatione corporis, dum in terram conuertitur, & postmodum apparent multi colores, & varij ante dealbationem, quorum omnium finis albedo. In cõmixtione verò aquæ & corporis fermenti: id est, præparatione corporis infiniti colores apparent. Et sic apparet quod nostrum magisterium est ex vno, & cum vno fit, & est ex quatuor, & ex tribus vnum.

Vnde scias, pater, quod Philosophi multiplicauerunt nomina mixti lapidis, & hoc vt absconderent eum. Et dixerunt lapidem mixtum corporeum & spirituale, & non sunt mentiti, prout sapiens intelligere potest. Nam ibi est corpus & spiritus, & corpus tantum est spiritua-

situale in solutione, & spiritus factus est, & corporale est in coniunctione spiritus cum corpore. [Et fermentū quidam vocant, quidam vocant ipsum æs.

Morienes dicit: Quia sciētia nostri ingenij: id est, magisterij assimilatur ordini in creatione hominis. Nam primò fit coitus, secūdò cōceptio, tertio imprægnatio, quartū est ortus, quintū est nutrimentum vel nutritio.

Hæc verba faciam te intelligere: quoniam sperma nostrum quod est argentum viuum, cum terræ coniungitur, scilicet corpori imperfecto quæ terra mater dicitur: quia terra est mater omnium elementorū: tunc coitus dicitur. Cumque terra aliquantulum secum retinet argentum viuum, tunc dicitur conceptio, & cum masculus agit in fœminā: id est, argentū viuum in terram. Et hoc est quod Philosophi dixerunt, quod magisterium nostrū nō est nisi masculus & fœmina, & ipsorum coniunctio. Adueniente ergo aqua: id est, argento viuo in terra crescit & augmentatur: quia terra dealbatur, & tunc imprægnatio vocatur. Deinde fermentum coagulatur: id est, coniungitur cum corpore imperfecto præparato, vt dictum est, quousque fiat vnum colore & aspectu, & tunc dicitur ortus: quia tunc natus est lapis noster qui vocatur Rex à Philosophis, vt dicitur in Turba Philosophorum: Honorate regem nostrum ab igne venientem, diademate aureo coronatum, & inclinate ei vsque ad perfectam perfectionis ætatem: scilicet ipsum alimentando quousque ad perfectam perueniat ætatem, cuius pater est Sol, mater verò Luna, Luna pro corpore imperfecto accipiat, Sol verò pro corpore perfecto.

Quintò & vltimò sequitur alimentum, quia quantò magis nutritur, tantò magis augmentatur. Nutritur autem lacte suo: id est, spermate, ex quo fuit ab initio. Imbibitur autem argentum viuū, sæpe & sæpius, quousque duas partes bibat vel quod sufficiat.

Sequitur nunc practica.

Descendamus nunc ad practicam sicut prius dixi. Debent autem corpora ad primam materiam deduci, ad hoc, vt fiat transmutatio.

Et ultimò ostendam tibi præmissorum rationē: Rogo ergo te, fili, vt practicam meam non vilipendas, quia in ea latet totum magisterium nostrum, sicut fide occulta vidi. Accipe precij libram vnā, & sit limatura munda, & misce cum quatuor libris aquæ nostræ mundatæ, terendo, & incorporando cum sale modico & aceto, quousq; totum fiat amalgama. Precio autē optimè amalgamato pone ipsum in multam quantitatem aquæ vitæ: id est, Mercurij: & pone totum in vrnali supra ignem cineris nostri: id est, purgati cineris: & fac interius lentissimum ignem per diem naturalem, tunc permittite infrigidari, & quando inuenies infrigidatum, cola aquam trans cum omnibus quæ in ea sunt per pannum lineum, donec pertranseat per pannum illud, quod de corpore fuerit resolutum: pars verò quæ non poterit exire, ponatur ad partem.

Deinde recipe illud quod remansit in panno, & iterum cum noua aqua benedicta reponas ad ignem cum vase prædicto per diem naturalem, postea cola vt prius. Et sic toties reitera, donec totum corpus in aquam conuertatur: id est, in primam materiam, quæ est aqua nostra. Quo facto, totam illam aquam pone in vase vitreo, & decoque super ignem lentum, quousque videas in superficie eius nigredinem apparere: quam remoue subtiliter quotidie colligendo, donec totum corpus soluatur in terram meram, & toties quoties melius potes, & iterum coquendo & nigredinem tollendo quousq; nil appareat nigredinis, & aqua: id est, argentum viuum appareat clara, tunc habes aquam & terram.

Deinde accipe totam terram istam: id est, nigredinē quam collegisti, & pone ipsam in vase vitreo, & superfunde de aqua prædicta benedicta, donec nihil emineat, & natet super eam, & coque eā tamdiu leui igne per decem dies, tere, & iterum impone aquam, & coque: sic deinceps: id est, terram sic coagulata & cum aqua inspissatam sine appositione alterius aquæ decoquens forti igne, vt supra, quousque terra fiat alba & clara. Qua mundificata & dealbata, vt dictum est, aqua vitæ quæ cum dicta terra coagulata mediante calore leui inspissata fuerit, decoque forti igne in cucurbita
forti

forti alembico superposito, donec quicquid aquæ ibi fuerit, descendat per alembicum, & terra remaneat calcinata. Tunc accipe de fermento quocunq; quartâ sui partē, puta, si libra fuerit corporis imperfecti scilicet precij, accipias ex fermento scilicet Sole vel Luna libras tres. Et illud fermentum sit solutum, & terra factum, sicut corpus imperfectum, & eodem modo & ordine præparatum insimul coniunge, & imbibe cum aqua benedicta prædicta: id est, cum aqua quæ ascendit alembicum, & coque per tres dies aut plures: tunc iterum aqua sua imbibe, & coque vt prius, & hoc toties reitera quousque hæc duo corpora vnum remaneant: id est, in vnum reducantur. Quod perpendes, color non variatur in eis. Deinde super eas fundendo aquam prædictâ per se paulatim, quousque dum bibat quantum possit bibere, semper dando eis nouam aquam. Nam in ista coniunctione corporum spiritus miscetur cum eis, & fit vnum cum eis, & conuertitur in naturam ipsorum, corporibus prædictis mundatis: Et sic germen conuertitur cum corporibus prædictis moderatis vel mundatis, quod antè nō poterant propter eorum immunditiâ & grossitiem: & in eis crescit & suū augmentat, vt in ea multiplicetur multitudine magna.

Recapitulatio omnium prædictorum.

Nunc reuertat, pater reuerende, ad prius dicta singulariter applicando super perfectiones Philosophorum antiquorum, & verba eorum obscura importabilia & abscondita. Si verò iudices, verba Philosophorum intelliges, & ita vera verba protulisse affirmes.

Primum verbum nostri magisterij siue operis est argenti viui reductio (corporis) id est, cupri, vel alij metalli, in argentum viuum reductio. Et istud est quod Philosophi vocant Solutionem, quæ est fundamentum artis, vt dicit Franciscus: Nisi corpora solueritis, inuanum laboratis. De qua solutione loquitur Parmenides in Turba. Quam solutionē audientes ignati putant aquam nubis esse. Si autem nostros libros legissent, & intellexissent, scirent utiq; aquâ esse permanentem, absque suo corpore, cum quo coniuncta, facta est vnum

permanens. Non est ergo solutio Philosophorum aqua nubis, sed corporum in aquam liquidam conuersio, ex quo primo procreata fuerunt, scilicet in argentum viuum: Sicut glacies conuertitur in aquam, ex qua prius fuit. Ecce per Dei gratiam iam habes primum elementum, quod est aqua, & ipsius scilicet corporis in primam materiam reductio. Secundū verbum: Quod fit terra: & hoc est quod Philosophi dixerunt: Egressio terræ aqua concurret. Sic habes secundum elementum quod est terra.

Tertium verbum est terræ mundificatio, de qua dicit Morienes: Hæc aqua cum terra putrefit & mundificatur, &c. Philosophus: Iunge siccum humido. Siccum namque est terra, humidum verò aqua. Ecce iam habes aquam per se, & terram per se, & terram dealbatam cum aqua.

Quartum verbum est: Quod aqua possit euaporare, sublimatione siue ascensione efficitur ipsa terra aërea, quæ prius erat inspissata cum terra & coagulata, & sic habes terram, aquam & aërem. Hoc est quod Philosophus dixit in libro Turbæ: Ipsum dealbate, & cito igne sublimate, quousque ex eo exeat spiritus: id est, argentum viuum, quod in eo inuenies, qui dicitur auis Hermetis, & pullus Hermogenis, & remanet terra calcinata in fundo quæ est vis ignea: id est, igneæ naturæ. Et sic habes quatuor elementa: hoc est, terra ignis, & illa terra calcinata quæ est puluis, de quo dicit Morienes. Cinerem qui in fundo est, nō vilipendas, quia est in inferiori loco, & est terra corporis, quia est sperma tuum: in eo enim est diadema ordinis.

Postmodum cum prædicta terra fermentum pone, quod scilicet fermentum Philosophi animam vocant. Et hoc ideo, quia sicut corpus humanum sine anima nil valet, imò est sicut terra mortua: sic & corpus imundum absque eius fermento: id est, eius anima nil valet.

Nam fermentum corpus imperfectum præparat, & ad naturam suam conuertit, vt dictum est. Et non est fermentum nisi Sol & Luna, tantum istis appropriatis planetis conspirans in naturali similitudine. Et hoc est quod

quod Morienes dicit: Nisi corpus immundum munda-
ueris ac dealbaueris, & in eo animam mittas, nil in ma-
gisterio direxisti. Et tunc spiritus coniungitur, & gau-
det cum eis, & figitur. Quia alteratur aqua, & omnia
grossa subtilia fiunt.

Et hoc est quod dicit Aftanus in Turba, spiritus non
coniungitur corporibus, donec à suis immundicijs
perfectè fuerint denudata. Et in hac coniunctione ma-
xima apparent miracula, quia omnes colores qui in
Mundo excogitari possunt, apparent, & corpus imper-
fectum colore fermenti, firmo mediante fermento co-
loratur, vt dicit Barsen. O pie pater, augeat Deus in te
spiritum intellectus, vt quod dicturus sum mente per-
pendas. Elementa enim non generantur nisi ex proprio
Spermate: sperma autem est argentum viuum. Sicut
patet in generatione hominis, quia non est alicuius rei
commixtio, nisi per sperma, & in vegetabilibus nisi se-
men, quantum ad generationem & augmentationem
ipsorum. Alij subtilius intuentes sublimant Mercuriū,
& figunt, & coniungunt cum corporibus, & tamen ni-
hil inueniunt. Causa erroris est: Nam semen non po-
test permutari, nec prout est vel fuit, nec proficit nisi
proiiciatur in matricem mulieris. Sic Mechardus Phi-
losophus dicit: Nisi proiiciatur lapis in matricem mu-
lieris, vt ipsum nutriat, non proficit. O mi pater sic ha-
bes ad votum descriptionem lapidis Philosophorum
Laus Deo.

*Explicit tractatulus Arnoldi de noua Villa Papa
Benedicto vndecimo transmissus.*

1 5 3 3.



CLANGOR BVCCINAE

TRACTATVS MIRABILIS, SIMVL

& attentissimus; ex quadam vetustissima

scriptura excerptus.

DE LAPIDE PHILOSOPHORVM

*satis fideliter, simul & physicaliter omni-**bus Philosophis edisserens.*

N nomine Domini, Amen. Buccinae clangor de lapide benedicto Philosophico: Qui operationis & virtutis genere mirabiliter intonat: De quo varias Philosophi posuerunt sententias & scripturas. Vnde de prima essentia Philosophus primus Thales Milesius dicit: Antiquissimum entium Deus, ingenitam, æternum: Vnde & Pythagoras dicit: Dico Deū ante omnia fuisse cum eo nihil fuit cūm fuit. Et intellige, quòd Deus cūm solus fuisset in principio, creauit vnā substantiā, quā primam materiam nominamus. Et ex illa substantia alias quatuor res creauit, ignem, aërem aquā & terram. Ex quibus iam creatis omnia creauit, tam sublimium quā inferiorum. Et sic ante omnia alia præter materiam primam, quatuor creauit elementa, ex quibus postea quod voluit, creauit, diuersas scilicet naturas. Vnde Deus suo verbo creauit, quibus dixit: Estote, & facta sunt, scilicet quatuor elementa, & aliā. Ex ijs ergo quatuor elementis omnia sunt creata tanquā ex radice, cœlum, throni, Angeli, stellæ, Sol, Luna, mare, ac omnia quæ in mari sunt, quæ varia sunt, & non similia. quorum naturas Deus diuersas fecit sicut creationes, eò quòd ex diuersis creatæ sunt elementis. Nam si ex vno create essent elemento, conuenientes haberent naturas. Sed quia hæc diuersa elementa cūm cōmiscentur, suas amittunt naturas, eò quòd calidum frigido commixtum, nec calidum, nec frigidum fit: humidum verò sicco mixtum, nec humidum fit nec siccum. Ideo creaturæ inde exeuntes naturas habent diuersas. Quarum crea-

creaturarum quasdam ex vno creauit elemento. & sunt
 Angeli, quos ex solo igne creauit, & ex duobus Ele-
 mentis, scilicet ex igne & aëre, creata sunt illa tria, scili-
 cet Sol, Luna, & stelle. Ideo sunt Angeli, Soli, Lunę &
 stellis lucidiores, eò quòd vno singulari quod est
 quartum rarius, creati sunt. Sol verò, Luna & stelle exi-
 gnis & aëris cõposito sunt creati: anime aut (vt dicunt
 Philosophi) quę hodie & pòst, quotidie corporibus in-
 funduntur, de nouo in vtero matris non creantur à no-
 uo, sed sunt creatę ex solo igne ex primordiali princi-
 pio vniuersorũ, & fouentur in mente & potentia Crea-
 toris vsq; ad præfinitũ tempus, quando infundi debēt
 corpori nouo, tanquam materię præiacenti, & hoc per
 medium, quod est spiritus, infunduntur corpori. Et à
 corpore non recedunt, nisi spiritus prius recesserit &
 euanuerit: quò recesso & euanito, recedit & anima, li-
 cet theologi dicant, quòd anima corpori infunditur, &
 infundendo creatur. Et Deus delectatur in hoc, quòd
 quotidie nouas creat animas, & hoc ex prima materia.
 Iterum creauit Deus cœlum ex aqua & aëre. Cœlum
 quoque ex duobus est compositum, ex altero rariorũ
 scilicet ex aëre, & ex altero densiorum, scilicet aqua. Et
 ex tribus scilicet elementis creauit Deus volatilia, bru-
 ta animalia, ac vegetabilia. Vnde volatilia ex igne &
 aëre & aqua creata sunt, eò quòd volatilia, & omnia
 spiritum habentia in vegetabilibus ex aëre, aqua & ter-
 ra creata sunt, vegetabilius tamen nihil ignis materia
 est. In vegetabilibus ignis elementum in aëris calore
 absconditus solum inest. Ignis autem spissus non inest
 nisi spiritum & animam habentibus. Ex quatuor au-
 tem elementis pater noster Adam & filij eius, ex igne,
 aëre, aqua, simul & terra creati sunt. Et omne quod ex
 vna creauit Deus essentia non moritur, nisi in die iudi-
 cij. Mortis enim diffinitio est compositi disiunctio: In-
 compositi autē nulla est disiunctio, vnde non est mor-
 tis & anime à corpore separatio. Ex duobus autem vel
 tribus vel quatuor compositis, vnumquodque compo-
 situm separari necesse est; quod est mortis. Et scito
 quod nullum compositum igne carens, comedit nec
 bibit, nec dormit. Et qualiter cum Angeli ex igne sunt

creati, cur nō comedunt? cū dicitur ignem esse, quod comedit. Respondetur, quod ignis simplex non comedit, verū spissus ignis. Non enim sunt Angeli ex spisso igne, verū ex tenuissimo tenuissimi ignis & simplici. Igitur ex tenuissimo creati igne non dormiunt, nec comedunt, nec bibunt.

Nota quod quatuor sunt qualitates primæ, scilicet caliditas, siccitas, frigiditas, & humiditas: & dicuntur primæ qualitates: quia ex ipsis omnia componuntur elementa, & omnia elementantur, & omnia cōplexionantur. Et elemēta sunt de simplicib. qualitativis. Ideo posse habent convertere & mutare materiā de qualitate in qualitatem, aliquando in siccum, aliquando in humidum, aliquando in calidū, & aliquando in frigidum, secundū quod diuisio naturæ est cōfortata per cōplexionem suorum elementorum, vel etiam debilitata. Et qualitates sunt sicut materia elementorū, in quas ipsa ponunt suas formas. Sunt & in eis retentæ, sicut eius natura demonstrat in omni generatione. Item, vñ solum elementum non potest corrumpi neq; generari in seipso, quia non est ibi sufficiens natura, quare oportet esse plura. Item, illa natura est vna subtilis substantia, in quam qualitates elementorum intrant. Ideo illæ qualitates elementorum de illo magis ad se trahunt in quo plus abundant. Et sic qualitates sunt sicut materia elementorū, in quas ipsa ponunt suas formas, & in eis sunt retentæ, sicut eius natura demonstrat in omni generatione: & in subtili substantia condensantur in omni generatione, & in subtili substantia condensant se qualitates elementorum. Et si ista natura non fuisset de subtili substantia essentiali elementorū, tunc illa impura essentialitas elementorum non potuisset esse & dominari in substantia. Et etiam si quodlibet elementum seorsum secundū suam naturam esset minerale, tunc illa substantia non posset eam penetrare, nec ingressum habere, neque colorare. Ergo propter istam proprietatem illud conuenit, quod ignis prædominetur in substantia prædicta elementorum, secundū suam manerem. Hæc Raymundus.

Item, corpora sub concavitate orbis Lunæ à Creatore con-

re con-

se cōdita participiant quatuor elementis, quatuor humoribus naturalibus, scilicet: cholera, sanguis, phlegma, & melancholia. Quatuor complexionibus: caliditas, frigiditas, humiditas, & siccitas. Quatuor coloribus principalibus, album, nigrum, citrinum, rubeum. Quatuor saporibus: insipidus, acidus, dulcis & amarus. Quatuor odoribus: bonus, foetidus, acutus, & remissus. Duobus sexibus: masculinus & foemininus, secundum eorum tres dimensiones, scilicet: altitudinis, longitudinis & profunditatis.

Altitudo communis, est eius manifestum: Profundum, est eius occultum: & latitudo horum mediū participat. Ergo omnia corpora secundum has tres dimensiones prædictas omnibus modis habent considerari. Idcirco corpus si in sua altitudine est terreum, in eo est quid frigidum, siccum & melancholicum, amarum, acidum, foetidum, nigrum, & foeminum. Et per consequens in suo profundo est aerum, calidum, humidum, sanguineum, citrinum, dulce, odoriferum, masculinum. Et si in vno latere est aquaticū, sequitur quod sit frigidum & humidum, album, insipidum, redolens, foetidum, foemininum. Et per consequens in alio latere erit igneum, calidum, siccum, rubeum, amarum, acutum, & masculinum. Et hæc sunt ligamina quibus corpora omnia ad inuicē coniunguntur, quod in corporibus liquefactis clarissimè deprehenditur, scilicet auro, argento, plumbo, stanno, ferro, & sandarico. Quoniam de proprietate cuiuslibet elementi est, habere in se contrarietatem, & agere in suum contrarium.

Et nota quod quatuor sunt elementa, scilicet ignis, aer, aqua, & terra: Quia quodlibet eorum est compositum ex duabus primis qualitatibus, & nō ex pluribus, sicut ignis ex caliditate & siccitate, aer ex calido & humido, aqua ex frigido & humido, terra ex frigido & sicco. Item caliditas in igne est eius qualitas essentialis, & siccitas eius qualitas accidentalis. In aere humiditas est eius qualitas essentialis, caliditas verò accidentalis. In aqua humiditas est eius principale vel essentialis, sed frigiditas est eius accidentale. In terra siccitas est eius principale principium vel essentialis, & frigiditas

accidentale. Item ignis est calidus propriè & siccus à proprietate. Nam caliditas maior est in re, à qualitatibus quàm à proprietate. Ita intellige de alijs qualitatibus elementorum. Item, de principio elementorū quatuor dicit Mycretis. Scito quòd terra prius fuerat aqua, deinde in lapidem versa & petrosa facta est: aqua verò prius fuerat aër, deinde liquefactus est, & inspissatus & in aquam versus est. aëris autem principium ignis erat, quia ex igne spisso. Ignis verò principio caret, suo creatore excepto. Et nosce, quod terra corpus aquæ est, de terra autem fit homo. Ignis autem tribus non desistit elementis, quo & tria persistunt. Et de elementorum eorum gradibus dicimus. Quia ignis prout est in mixtione, est calidus in quarto gradu, & siccus in tertio. Et quia caliditas sibi inest in primo, patet, quia nil calidius eo: & quod siccum secundariò inest ei, patet quòd si esset in eo tanta siccitas, quanta caliditas, quam citò calefaceret, tam citò desiccaret, quod non cōtingit. Et aqua frigida est in quarto gradu, & humida in tertio, quia etsi tendit in contrariū, vt possit caleferi, cum non potest cōgelari in siccū, sua manente frigiditate, & ita magis est frigida, quàm humida. Nota, scripsi sicut reperi, sed mihi videtur contrariū. Aer primò est humidus in quarto gradu, secundariò calidus in medio tertij: quia humiditas obtundit caliditatem. Terra primò est sicca in quarto, secundariò frigida in medio tertij. Et ita fit circulatio omniū elementorum. Ignis caliditatē infundit aeri. Aer humiditatem suam per caliditatem rarefactam infundit aquæ. Aqua frigiditatem suam immittit terre per calorē aeris eam desiccando. Et terra desiccata siccitatem suam frigefactam, humefactam, & calefactā infundit aeri. Itaque recuperat ignis caliditatē suam remissam præ qualitatibus aliorum elementorū. Aer similiter humiditatē, aqua frigiditatē, terra siccitatē suā. Et sic secundum istam mixtionem fit mixtio elementorum. Est ergo ignis in aqua, quia est in aere existente in terra. Et aqua est in igne, quia est in terra existente in igne: & terra est in aere, quia est in igne existente in aere. Et ita est eorū mixtio terminabilis ad quācunq; proportionem. Item dicit Raymundus, in principio in
theorica

theorica Testamenti: Quia primordiale principium vniuersorum est vna natura, quam Deus creauit ex nihilo, in vna pura substantia, quã quintam essentiam vocamus, in qua tota natura comprehenditur. De ista substantia diuisa in tres partes, secundum suam essentiam de puriori, creauit Deus angelos & cœlum empyreum, per istam claritatem & per veritatem participant puræ animæ cum angelis in natura, per quam participationem est inter illã perfecta vnio in glorificatione. Et de secunda creauit Deus cœlum: id est, firmamentũ, planetas, scilicet Solem & Lunam, & omnes stellas. Et de tertia parte quæ erat minus pura, creauit Deus istum Mundum. Et istud habes intelligere, non sicut ibi traditur, sed sicut totum fuit creatum insimul, ad voluntatem Creatoris superioris sine aliqua successione operatoris, & sine materia præcedente, quæ respiciat successione generis: quia non esset creatio nec opus diuinum, quæ respicit ad creatorẽ dominũ entitatis, ducta sumentificaliter pro creatione de nihilo in vera entitate substantiali. quamobrem hoc quod dixi & iam dicam, velis intelligere cum spiritu sumentifico & non grosso, nec vulgari: quia hic loquimur ad respectum naturæ opus, cui habes assimilari in nostro magisterio. Et ideo tibi dicimus cum sermone exempli, vt nos intelligas bene, sicut iam dictũ est. Quia supremus Creator diuisit istam partem minus puram in quinque partes. Ex vna parte puriori creauit Deus quintam essentiam, substantiam elementorum, quæ participat cum re cœlesti. Et istam diuisit in quatuor partes: Prima purior datur igni, quem creauit Deus ex secunda parte de natura elementorum. Secunda istius pura attribuitur aëri, qui creatus est ex tertia parte minus pura naturæ elementorum, & tertia minus pura datur aquæ, quod est elementum creatum de quarta parte minus pura de natura elementorum. Et quarta minus pura datur elemento terrestri, quod fuit creatum de quinta parte minus pura totius naturæ elementorũ. Et quantò natura est minus perfecta, tantò magis appetit perfectionem sui, & perficitur vnũ cum altero propter concordantiã suarum proprietatum cum suo quinto instrumento,

quod est participans cum causa coelesti. Item, tamen est appetitus perfectionis naturæ, scilicet generationis in corruptionem, & corruptionis in generationē: quia eius instinctus aut appetitus non venit immediate à Creatore naturæ: quod si veniret, res fieret à Creatore & nō à creatura, vnde esset perfecta sine destructione: & ideo cum venit instinctus à natura, ipsa non potest facere illam rem perfectam, nisi perficiatur per scientiā diuinam intellectualem, sicut humana, que rectificatur per intelligentiam diuinam. Sic per magistrum operis nostri. propter hoc potest intelligere naturam elementorum primorum, post diuisionem tertiæ substantiæ primordialiter creatam. Non intelligas quod eorū substantia sit simplex elementum quintum, sed substantia tertia vel quarta, aut secunda, aut prima elementata à parte quinta, quam nos vocamus primordiale, & substantiam simplicem, per quam dicæ substantiæ quatuor elementales elementata sunt, qualibet secundum suam naturam, sicut superius declaratum est. Ista quatuor elementa sic creata, restant vt pura & clara, ratione eorum claræ partis naturæ, à qua erunt creata vsque ad tempus prædictū quod exiuit à natura: aut adhuc vsq; ad Anathuel prius prædictum, sed ex post, mortui sunt homines & animalia, & nascencia terre delibata, cum destructione generationis, ducta à corruptione in generationem, & ex post, à generatione in corruptionem. Itaque corpus impurum resolutum manet hōc, quod cōtagiauit & corripit elementa, propter quā corruptionē omnis res visibilis est paruæ durationis: quoniā natura nō potest facere rem ita perfectam ratione suæ materiæ grossæ & corruptæ, sicut faciebat in suo principio. Imò dum magis continuat sua operatione, plus deuasatur supra naturam, imperfectione participando cum magna corruptione propter materiā quam quotidie inuenerit minus puram elementorum: quia quod ponit nunc ad imitandum ipsam, tunc ponebat ad componendum partes firmiores ligamenti. Et per istam potes intelligere omne propheticum quod cōsumetur in fine Mundi, quando IESVS CHRIS TVS venerit iudicare seculum per ignem, venientem
de cœ-

de cœlo, qui ardebit totum illud quod non erit de veritate quatuor elementorum, & totum ab impuro & malo confundetur in abyſſo, & quod ignis inueniet compositum de virtute pura, & ipse supra spheram requiescet visibiliter in sempiternum. Et malum impium cadet supra damnatos, & omnis pura super beatos. Quamobrem potest elucidari tuæ cōsiderationi, quod in fine quodlibet ibit in suum proprium locum, à quo primum venerat: Et intellige adhuc quod ista propria terra, quam calcamus, non est verum elementum, imò est elementata à suo vero quinto elemento. Nec recedit quinta substātia elementalis à corpore elementato de quo terra est formata. Sicut corpus sine anima, & putrefactio assimilata in vnum, vel materia sine forma cōposita, ab antedicta infecta est, per reciproca actionē ad elementa de vno in aliud. Sed in centro tenet est virgo & elementum verum, quod ignis nō poterit ardere in die tremendo, & sic de alijs elementis tu cum elucidatione clarè debes intelligere, & cōiungere principalem substantiam, materialem, simplicem, quæ cum diuisione formet formata in vnum contrarium. Cum diuisione tibi locuti sumus, non separata substantia ipsorum, quæ est essentia quinta, & subtrahes omne principale elementum compositum. Et, vt dixi, terra quæ nos calcamus, non est purum elementum, sed elementata conuenienti elementato. Quia in suo centro reperitur quod est virgo & verum elementum. Sic & de alijs elementis debes intelligere. Et quicquid non erit de veritate pura elementorū, ardebit, & totaliter annihilabitur in die iudicij. Et tunc elementa manebunt clara & pura, in terra resplendente sicut cryſtallū. Et talem faciet supremus Creator cum igne cœli, quousque magnus mundus reuertatur ad primā causam, scilicet omnia elementa in suam puram essentiam, quæ post modum non timebit ignem cœli, quia tunc motus supernæ naturæ morabitur in illo sine omni corruptione.

Et scias quod tria sunt principia omnium rerum, scilicet artificiale, & est Deus conditor omnium rerum. Secundum principium quod dicitur exemplare, manat ab ipso, quod dicitur sua sapientia. Tertium succedens

principium, quod dicitur materia creata per ipsum, cum ipsa sapientia quæ procedit ab ipso & est primordialiale elementum, quod nos vocamus Yle, quod declarabimus tibi si bene nos intellexeris, quod etiam non est necesse quod præsumas ipsum pquire in sua specie simplici, pro incipiēdo nostrā operationem. quamuis quod sine quinta essentia non poteris ad finem deducere: Sed debes ipsum quærere in specie composita. quia sicut dixi: cum omnia elementa sint creata à dicta substantia, ab illa viuificantur ad creandum & corrumpendum, quoniam necessariū est sicut apparet per naturam. Quod cum omnis res stans sub globo Lunæ, sit creata & formata à dicta materia quod Yle vocatur, vt de illa influatur in omni re elementalī, & plus in vna quàm in alia sicut inuenimus per naturam, & quod ibi spatiatur & est suum solatium: quapropter sis securus quod nulla res Mundi potest sine ipsa creari nec generari: quia ipsa colligat corpus elementare in opere naturæ. Et ideo nos eam vocamus naturam, & primordialiale cuiuslibet elementi, quoniam de ipsius simplici substantia elementa quæ sunt materia naturæ, fuerant purè creata cū diuina separatione, videlicet, aqua, aër, ignis, quæ sunt corpora elementata per dictum primordialiale simpliciter elementū, quod est in ipsis, & ab ipso intellectu procedit.

Chronica Methaurea dicit: Quia species elementorum in solis terminis inuenitur, & in dicto principio, quod principium est primordialiale rerum. Idcirco si talem materiam petis intelligere, scias ipsum esse purum subiectum & vnionē formarum, in quo retinetur quælibet forma cum possibilitate: quoniam fluxus & labilitas infinitas continet motiones, secundum diuersitatem formarum extremarum & mediarum, quam in ipsam recipit, per aliquam similitudinem cœlestinarum receptionum, formarum extremarum & mediarum, quæ nascitur à natura cœlesti, quæ fuit de sua natura. Et per alias, comparando eam venam directione suæ possibilitatis. Et p̄ alios vocatur possibilitas: quia nullam formam habet in se actualiter, sed oportet formā tribuat cū possibilitate, sicut modo videndo videtur tenebræ,

nebræ, tali modo intelligatur ista materia nil de ipsa intelligendo. Et propterea tibi scribitur forma Mundi qualis est. Et illo modo elementa sunt ordinata in Mundo, à quibus quælibet res generatur modo quo apparet, per calidum succedens. Hæc Raymundus Lullius. Item de igne: id est, de calido formali dicit Eximidius in Turba Philosophorum. Omnium rerum: id est, creaturarum initium esse naturam quandam, & eam esse perpetuam & primam, omnia coquentem, & ad formam debitam & speciem perducentem. Quare dicit perpetuam & primam? Fortè aliquis intelligeret de prima essentia, scilicet de creatione, sed non est verum. Sed dicit perpetuam: id est, spiritualem & primam: id est, digniorem omnium creaturarum existentium in elementis: quia aliter esset falsum. Omnia digerens & coquens, informans calidum naturale, quo omnia ad specificam formam & figuram deducuntur.

*De Luna Philosophica Enigmata
diuersa.*

Item, Ptolemæus in Almagesto dicit: Quia Sol non calefacit terram, neque eius virtutem terræ imprimit nisi mediante Luna, quæ inter alia sydera magis Solis lumen & caliditatem est receptiua, tanquam medium inter Solem & terram. Quare vt dicunt Philosophi, duo sunt impedimenta, quod vnum virtutem suam alteri non imprimit, scilicet distantia remota & medium interueniens. Et sic est ibi inter Solem & terram, quia Sol longe à terra distat, & quia ibi Luna mediat. Sic quoque in arte nostra Alchymistica, Sol tincturam solam non perficit nisi mediante Luna, quia remotè distat, cum ad ipsam subtilitatem nondum vt tingat peruenit. & etiam propter ipsa media scilicet densitatem & grossitiem. Quare necessariò requiritur ibi Luna, vt ipsum Solem subtiliet, rarum & volatilem faciat, & eius impuritatem segreget. Cum ipsa magis suo lumine eget, & natura alijs planetis: id est, metallis. Ergo dicit Hermes & Aristoteles de Plantis: Sol pater eius est, Luna mater existit. Ergo Luna mater & ager in quo solare seminarique debet semen, & sic non indigemus alio ex

quo lapis noster & alchimia nostra fiat, quàm Solis & Lunæ. Vnde in epistola Solis ad Lunam in anno solari quando incipit in tenuitate Luna cum Sole coniungi, & ab eo illuminari, primò ait Sol: In sorore mea Luna crescit gradus sapientiæ vestræ, & non cum aliquo alio ex seruis meis. Ego enim sum sicut semen seminatum in terram bonam, mundam & puram, quod nascens crescit, & germinat, & multiplicat, & adfert lucrum suo seminanti.

Et dicit ultra Sol Lunæ: Dabo tibi pulchritudinem meam, lumen scilicet solare, cum per minima coniuncti fuerimus. Deinde dicit Soli Luna: O Sol, tu mei indiges sicut gallus indiget gallina, & ego Luna indigeo operatione tua. O Sol cum sis perfectus moribus pater luminum, dominus excelsus, & magnus, calidus & siccus. Et ego Luna, crescens frigida & humida, quando copulati fuerimus in æquitate itatus & mäsione, in qua non sit aliud nisi leue, habens secum graue, in qua mansione vacabimus commanendo, & erimus simul sicut vir & mulier vacantes eius generoso partui. Tunc accipiam à te naturam adulando: id est, animam, & fiam propinquitate tua tenuis, & exultabimus tunc pariter exultatione spirituali: id est, ad modum spirituum sublimatorum, quando ascenderimus ordinem seniorum superiorum, & lucerna lucis scilicet solaris infundetur lucernæ meæ: id est, lunari: ex te scilicet Sol, & ex me scilicet Luna, fiet infusio lucis lumini: id est, commixtio luminarium, scilicet vinum cum aqua: & ego scilicet Luna, prohibebo fluxum tuum, priusquam tu Sol indutus fueris nigredine mea colore atramenti, post solutionem & coagulationem meam, cum intrauerimus domum amoris, tunc coagulabitur corpus meum, & ego in natiuitate mea ero Sol oriens, & conuertetur corpus meum in decorem solarem. Ad hæc respondit Sol Lunæ: O Luna si feceris hæc quæ dixisti, & non ueroris mihi in nocumentum, reuertetur corpus meum nouum, & postea nouam dabo tibi penetrationis virtutem: id est, tincturæ, per quam potens eris in prælio ignis liquefactionis, & purgationis, ex quo ibis sine diminutione, & tenebris, sicut Sol, & non impugnaberis
de cætero

de cætero sicut æs, plumbum, cùm non sis rebellis. Beatus qui intelligit in eloquio meo, &c. Virtus sulphuris Mercurij est quasi semen paternum, & Luna mater: id est, propria substantia Mercurij, scilicet, aqueum subtile, mixtum terreo subtili, est quasi menstruum, & hoc est argentum viuum, quod Mercurius à Philosophis nominatur. Cùm autem Mercurius: id est, argentum viuum sit radix in arte Alchemiæ, quoniam ex eo, per eum, & in eo sunt omnia metalla, vt dicunt Philosophi. Versus:

Est in Mercurio quicquid quærunt sapientes.

Nam sub vmbra sua viget hæc substãtia quinta: Propter hoc: quia sua media substantia est incombustibilis, vt dicit Geber: Quia omnis res huius artis est de eo, & cum eo: quia omnis tinctura à suo simili procedit, scilicet à Mercurio. Dicunt Philosophantes: Huius autem famosæ scientiæ radicalia principia, super quæ ipsa fundatur, sunt ista scilicet: Quædam materia vel substantia propria argenti viui & sulphuris fumosa & subtilissima, ex natura prædictorum scil. argenti viui & sulphuris per nostrum artificium generata, limpidissima & clara, tanquam lachryma, in qua later & habitat spiritus quintæ essentiæ. Non autem est substantia ista ipsum sulphur, nec ipsum argentum viuum, prout sunt in natura sua in mineris suis, sed est quædam pars istorum scilicet duorum, quæ non sunt argentum viuum, neque sulphur, vt dicit Geber. Quæ substantia prædicta, fumosa & volatilis in propria substantia existens, in aliam quam argenti viui & sulphuris naturam fixam & firmam, quæ est ignem patiens & ipsam non fugiens, sed in eo perseverans, figitur & mutatur. Vel quæ prius per decoctionem temperatam & continuam per magisterium huius scientiæ cum alijs ad hæc conuenientibus, congelatur in lapidem fluentem, figentem, tingentem, & in igne perseverantem. Nota quod principia huius rei sunt duo, scil. materia & agens. Materia autem est argentum viuum & sulphur, seu arsenicum, quod idem est. Notandum quod Philosophi dicunt, quod istud argentum viuum & sulphur super quod fundat natura suam actionem

& operationem, est argentum viuum & sulphur deductum seu productum ad aliquam naturam aqueam, subtilissimam, clarissimam, albissimam & amoenissimam, quam Philosophi vocant argentum viuum, & ad quandam terream materiam subtilissimam, quam vocant sulphur, per artificium, quod Philosophi mirabiliter occultauerunt. Est autem istud argentum viuum & istud sulphur vna res, & de vna re exit. Quia vna res sit, patet, quod Philosophi nominant dictum argentum viuum sulphur, & dictum sulphur argentum viuum. Vnde Geber: Est lapis vnus, medicina vna, in quo totum magisterium consistit. Secundum est agens, vnde agens mouens ipsam materiam ad corruptionem est calor, qui est instrumentum mouens ad corruptionem. Et non est aliud agens in Mundo. Omne corpus passibile reducitur ad sui primam materiam, per operationes suæ naturæ contrarias, quod prima materia est argentum viuum, cum ipsum sit oleum omnium liquabile & ductibile. Materia autem prima metallorum est vapor vntuosus, vtriusque naturam in se habentes, scilicet Mercurij & sulphuris. Item, humidum vntuosum est materia nostri argenti viui Philosophici: & substantia suæ vntuositatis est propria materia essentialis sulphuris. Vbi aperte poteris cognoscere, quod tu non potes fixare vnum sine alio, sicut materia sine aliqua forma: quare stat sulphur sicut calor complexionabilis in substantia argenti viui, & stat ibi sicut virtus spermatis masculi quod stat in semine mulieris, vel sicut alia virtus generatiua. Hæc dicit Raymundus.

Et nil est Mundi quod non sit naturaliter compositum à substantia quatuor elementorum, testimonio cuiuslibet boni naturalis. & secundum suas experientias non est substantialiter aliud nisi ex sulphure & argento viuo puris & mundis, incombustibilibus. in primo puncto suæ creationis, & istud est principium, vel genus vel materia prima, & substantia media in quam natura infigit omnes suos colores, in figurando diuersas substantias. Isti colores veniunt per proprietatem naturæ quintæ sulphuris & argenti viui, per instinctum suæ
natu-

naturæ. Ex quibus patet, quòd in omni loco noster lapis reperitur ratione suarum proprietatũ, & per istam experientiam cognoscimus clarè, hanc primam materiam omnium rerum vniuersalium esse, quæ per corruptionem & generationem formantur secundum suam compositionem, & sicut in omni re de tali materia capiunt omnia Mundi suam formam substantialem, spiritualem & accidentalem. Igitur in omni loco reperitur, & in omnibus rebus, quia, vt dicit Raymundus: In omnibus rebus post vltimam suam depurationem reperitur prima materia omnium rerũ in qualibet illarum, in forma Mercurij: quæ materia dicitur genus generatiũ, ens reale, terminus materialis naturæ, in quo natura capit sua principia materialia in actu generationis, quia est primum subiectum in natura. Tunc enim species in aliam formam quàm prius erant, permutantur, sed non quidem species, sed indiuidua specierum: quoniam ipsa indiuidua actionibus sensilibus sunt obiecta, eò quòd inter se sunt corruptibilia. Species verò cum sint vniuersales, actionibus sensibilib. non sunt subiectæ, & ideo inter se non sunt corruptibiles. Species verò argenti quæ est argenteitas, non permutatur in speciem auri, quæ est aureitas, nec econtrà: quia species veræ permutari non possunt, sed indiuidua specierum bene in suam primam reducuntur materiam. Quia cum forma istius fuerit corrupta & in primam materiam resoluta, tunc etiã necessariò introducitur alia noua forma, quia corruptio vnius est generatio alterius: sed quia materia nullo modo ita potest destrui quin sub aliqua maneat forma, vnde destructa vna forma metallorum, immediatè introducitur alia, scilicet per transformationem Mercurij in sulphur, ad nostram operationem quam intendimus. Etiam omne indiuiduum multiplicat formam suæ speciei, & non alterius, vt dicit Aristoteles & Raymundus. Et ideo soluta prima corporis forma per elementationem conuersam in Mercurium, est in colore subnigro, in odore fœtido, & in tactu subtili, & discontinuata. In tali autem natura simplici insunt quatuor elementa composita, separabilia, & resolubilia in aquam Mercurij post putrefactionem. Hæc Raymundus.

Et cum dico aqua Mercurialis, nolo intelligere Mercurium nudum, sed Mercurium Philosophorum rubæ substantiæ extractum à minetis in se habentibus materiam de sulphure & Mercurio. Ideo Lilius dicit: Necessè est congregare sulphur quod denigrat corpus. Et tale sulphur dicimus aquam esse, quæ seipsam nigrefacit, albificat, & rubificat, & ipsam fixat. Ideo aqua Mercurialis est prima materia ab omnibus metallis, & cum ea soluuntur omnia metalla, quæ in alia non possunt solui aqua. Et si metalla non soluerentur in eorum primam materiam per istam aquam Mercurialem, non fieret id quod quæritur, ut dicit Aristoteles. Et hoc opus non est opus opificis, sed naturæ, ministrante opifice & adiuuante eam. Dicit Albertus: quia inter omnes artes Alchimia plus imitatur naturam, & hoc propter decoctionem eius & augmentum, quia decoquitur in aquis metallicis, igne, rubeis, maximè habetibus de forma, & minimè de materia. Nam aliæ artes imitantur naturam similitudinariè, Alchimia verò mera veritate. Ideo non est debiliior natura: quia ars siue artifex tantum sibi ministrat, ipsa verò naturaliter operatur, & perficitur, & ideo dicitur: Indiges quod in solutione luminarium primo labores, qui primus gradus est operationis ut fiant argentum viuum. Quia dicunt Philosophi: Nisi fiant corpora incorporea, & econuersò, nil operamini. Et non sic intelligas, quod corpus fiat simplex aqua elementalispura: quia ex tali nullum corpus metallicum procedit, cum simplex non alteretur, neq; etiam in foro naturæ persistat sed bene cõpositum: id est, grossum: quia vnum solum elementum elementatum, tardam corruptionem facit, & tardam generationem in semetipso. Et propter hoc simplicia elementa modicum profunt in arte ista: quia in ipsis nõ sunt essentiæ primæ elementorum, in quibus sunt virtutes quæ mutant, generat, & corrumpunt. Ideo simplicia elementa sunt extra generationem & corruptionem, & hoc propter causam, quia non attingunt naturalem humiditatem, quæ omnia facit nasci. Etiam si reuertetur in aquam, esset tunc siccum, per vim, non per naturam ad modum salium vel aluminum, & sic liquaretur ad ignem. Etiam
secun-

secundum rei veritatem, si corpus deberet reduci in primum elementum, secundum istos qui dicunt quod debet reduci in aquam, aqua non fuit primum elementum inter elementa, licet dicant & allegent illud Genes. i. vbi dicitur: Spiritus Domini ante caeli & terrae creationem ferebatur super aquas: non sequitur ergo quod in ipsa creatione elementorum ipsa aqua fuerit primum elementum, cum elementa aeris & ignis prius fuerunt, ut dictum est supra. licet bene in nostra operatione inter elementa visibilia quae a nobis videntur & tanguntur, ipsa aqua sit primum elementum, vnde in arte solum duo sunt elementa formalia quae videntur & tanguntur, scilicet aqua & terra, cum virtualiter sunt quatuor, scilicet aer in aqua & ignis in terra. Quia dicit Ralis: Omnia quae sub lunari globo inferius a summo condita sunt opifice, quatuor participant elementis, non tantum per visum, sed etiam per effectum. Nam elementum aqueum vocamus ipsius aquae humiditatem, aerem vocamus ipsius aeris naturam Ignem illam virtutem quam habet, qua comburit, calcinat, & corpora soluit. Terra est ipsum corpus spissum & grossum per se, & sic aqua & terra a nobis videntur & tanguntur, alia duo in his duobus intelliguntur. Ideo sequitur & oportet, ut in arte Alchimiae metalla primo reducantur in Mercurium: id est, in argentum viuum, vnde omnium metallorum materia & sperma. Vnde dicit Geber: Est Mercurius decoctus & inspissatus in ventre terrae calore sulphureo ipsum decoquente. Et secundum varietatem sulphuris & ipsius multiplicationem, diuersa metalla procreantur in terra: ipsorum enim prima materia est vna & eadem, ipsa tamen inter se differunt sola actione accidentali: id est, decoctione maiori vel minori, temperato vel intemperato, adurenti vel non adurenti. Sic concordantes asserunt omnes Philosophi. Quoniam vnumquodque illorum scilicet argentum viuum & sulphur conuertitur primo in terream substantiam, deinde ex his ambabus terreis substantijs resoluitur quidam fumus tenuissimus, subtilissimus & purissimus, propter calorem in visceribus terrae decoctus & digestus, conuertitur in naturam cuiusdam terrae, & sic fixationem quandam suscipit & in metallum conuertitur.

Nota, vltimus terminus naturæ recommendationis & transmutationis cocti & crudi, scilicet ad quam naturaliter tendit artista, est substantia sulphuris non vrentis, quod cum fuerit conuersum, est propinqua materia nostri realis elixiris & puri metalli, prima natura & proxima, alterata tamen per calorem sui corporis, scilicet cum illa alteratione per quam magis proprie & propinquius possit suam speciem & formam suscipere, cum voluntate concordantiæ naturæ mineralis. Et hæc humiditas nil aliud fuit quam argentum viuum, erectum à corpore liquefacto intus & foris. Cum hoc argento viuo qualitates sulphuris sunt commixtæ per digestionem. Et ideo est alteratum sicut natura requirit per suum calorem sui ipsius: per conuersionem suæ naturæ est conuersum & congelatum in sulphur, quia tu potes sentire per naturam quod nulla alia humiditas conuertitur magis proprie & promptè in substantiam sulphuris, quam, in quam qualitates sui et sulphuris sufficienter sunt introductæ per ingenium naturale, quod fit per artificium, quæ humiditas est argentum viuum in forma aquæ claræ, sicut lac in mammillis: & sulphur, sicut sperma in testiculis. Illud argentum viuum non habet aliquam contrarietatem quæ sibi à sua complexione veniat; quare necesse est, quod tale argentum viuum sit nimis temperatum respectu complexionis sui corporis. Quare ergo notifico, quod matetia huius non est argentum viuum commune; cum tota sua substantia, &c. Causa autem quare oporteat metallum ad naturam vaporis reducere, quia videmus omnia generari Mercurio viuo mediante, quo ipsum genitum fuit. Verbi gratia: Homo genitus fuit à patre mediante spermate, generat alium filium mediante spermate, & sic de alijs: ergo natura Mercurialis est quæ pascimur, & nutrimur, sine ipso namque non est vita animalium, nec plantarum: ipso enim semoto à re quacunque, statim sequitur corruptio & mors, cum sit fermentum vitæ & existentie rerum vniuersarum, vt dicit Philosophus. Item Raymundus dicit: Quod corpus quod est principale conuertens inconuertibile, primò conuertatur, vt prius illud conuertibile in sulphuris substan-

substantiam conuertatur, & congeletur. Quia nullum argentum viuum promptius conuertitur in substantiam sulphuris quam illud in quo sulphuris qualitates per dissolutionem sufficienter sunt introductæ: nec vllum sulphur promptius argentum viuum congelat quàm illud, in cuius substantia ipsum argētum viuum existit, naturæ & per artis ingenium iam conuersum: id est, aurum conuersum in primam materiam. Tunc enim natura naturam amplectitur propriam amicabilius, gaudet ea magis quam extranea, vt Philosophi omnes clamant, natura lætatur sola eius naturâ, natura solam eius naturam concipit. Et Hermes: nil conuenit rei nisi quod propinquius est illi in sua natura, & generat in illa re proles similes sibi. Hoc est: Si quæris medicinam metalla generantem, de metallis erit eius origo, cum species à suo genere tingatur, vt dicit Philosophus. Etiam in habentibus symbolum facilis est transitus, & nō sic intelligas quod reducantur metalla in aquam elementalem simplicem, quia ex simplici nihil fit, sed ex composito.

Sequitur Operis inceptio.

Huius artis quatuor sunt regimina siue gradus: Primus gradus regiminis fit calcinando: id est, corpus primo debet calcinari: Secundus soluendo, quia debet solui: Tertius distillando, quia debet distillari vel sublimari: Quartus igne leui congelando. Et in istis quatuor regiminibus & gradibus consistit recta & vera præparatio. Ideo corpus & spiritus Mercurij sunt necessaria ad perpetranda huius rei miracula, vt dicit Geber. Et ad hanc artem solum duo requiruntur, vt dicit Hermes: Fiducia in duabus rebus consistit, quibus & tertium adiungitur. Et dicit, tres facies: id est, tres species vidi in vno patre: id est, progenie. Quia dicit Mo-tienus, quia tres species ad totum magisterium sufficiunt, scilicet fumus albus: id est, vis quinta, scilicet aqua cœlestis, & leo viridis, & æs Hermetis, ex qua & cum qua præparant ipsum opus in principio, in medio & in fine.

Item, Eximidius in Turba Philosophorum: Per calo-

rem temperatum extrahitur à materia metallica quodam humidum vntuosum, subtile, terreo mixtum, & optimè purgatum, quod Elixir vocatur, quo metalla transmutantur. Ergo requiritur quòd calor extrinsecus: id est, ignis artificialis vel materialis sit calidus temperatè, ita quòd non excedat calorem intrinsecum, scilicet vt calor intrinsecus retineat secum suum humidum quod naturaliter secum trahit: quia si calor exterior excedit, tunc humidum vntuosum subtili terreo mixtum à forti igne euolat. nec in corpore perseverat. Oportet igitur quòd quicquid est superfluum, grossum & nocuum, per virtutem & decoctionem lentam paulatim purgetur, conseruetur, subtilietur. Item, quæ habet res Mundi: id est, omne corpus elementatum, habet in se calidum radicale seu formale, causa cuius persistit, & est eius fixum quo persistit, in quo multiplicatur eius semen. Et hoc est in Mercurio eius media substantia, in auro eius sulphur, quæ dirigunt materiam ad finem & formam, & speciè debitam. Et non est res ad eò frigida quin foueatur sub calido, scil. in ipso inclusa tanquam radice, vt dicit Philosophus. Item, Mercurij est terra sua propria tinctura, subtilis valde, in qua ignis tam Solis quam menstrui retinetur, & subtilis media substantia Mercurij, & onus & fundamentum magisterij. Et est materia ex qua nostra conficitur medicina, quæ ex argento viuo ducit originem, & ex illa debet creari immediatè: cui alienum noli aliquo modo introducere aliquid, nisi illud quod fuit ortum de eo in proprietate naturæ suæ: & in isto passu realiter ostenditur doctri-næ filio, quòd ista materia de qua componimus medicinã, non est argentum viuum in sua natura, cum iam mutatum est in sulphur: nec in tota sua substantia, cum iam extremæ partes, terre & aquæ fuerint separatæ ab illa media substantia. Imò est lapis benedictus, & spiritus participans duabus extremitatib. Veruntamen quamuis lapis scilicet sulphur factus sit de sui substantia media, vocatur simpliciter argentum viuum. Quia sulphur illuminat, & ab aditione conseruat, quòd est sibi proprium, velut perfectionis signum. Hæc Ray-mundus.

Et ex

Et ex vna libra Mercurij vix medium lotonem, hoc est, drachmas duas habebis, quod opus in se recipit, & in eo continet ad faciendum tincturam siue Elixir: Dicit Calid. Aqua: id est, Mercurius vel argentum viuum non plus ponderis adijcit vel dat corpori, nisi quantum de humiditate metallina secum habet vel in se habet, quia humiditas aquæ transit, & metallina manet. Et candida rubedo æris nostri transformat substantiam metallinam argenti viui in ruborem & tincturam auream mirabilem.

Semen paternum, & propria substantia Mercurij est mater eius, quia eius menstruum, quod debet deleri & deponi, & solum semen paternum debet seruari & recipi, quod est eius media substantia quæ perficit & ab vstione defendit.

Hoc semen Mercurij nõ potes extrahere à Mercurio neq; eius menstruum: id est, humidum superfluum ab eo deponi, nisi mediante coagulo, quod tale semen in Mercurio coagulet & retineat, ne in humido superfluo etiam recedat, vt coagulum lactis lac coagulat, & eius meliorem substantiam: id est, eius mediam substantiam ad se trahit & secum retinet. Et sic spiritus: id est, aqua, non coagulatur nisi mediante corpore, quod in ea sit dissolutum, cum corpora sint coagulum lactis huius: id est, Mercurij; & tale coagulum debet esse aut Sol, aut Luna, in ipso Mercurio soluti. Sed tamen solummodo Luna ad album, & Sol ad album & ad rubeum opus, quia Sol dicitur æs Hermetis, cum Philosophi loquuntur solum de ære ipsorum: id est, Sole, quoniam talia, vel tale sunt, vel est coagulum quod coagulat Mercurium: id est, aquam nostram. Quia dicit Constans in Turba: Nil aliud curate, quoniam duplex est argentum viuum, videlicet fixum in ære, & volatile fugiens: id est, Mercurius: retinetque vnum aliud quod est sui generis, & a fuga cohibet. Et hic maximum habetis arcanum. Item Raymundus dicit: Quia corpus in hac arte est ens metallicum, in quo virtus mineralis spiritus quiescit. Et metalla sunt id, ex quorum spiritu omnis lapis componitur. Spiritus autem dicitur mineralis virtus, in qua naturæ metallorum quiescunt. Et omnis

lapis componitur ex spiritu metallorum, & ille spiritus consideratione Alchymistarum dicitur Mercurius, quia dicitur prima & proxima natura considerata in hac arte, & prima metallorum materia, & habet reduci super terram adhuc, vt si aliquid de spiritu remansit cum terra, quòd dictus spiritus sublimetur per sublimationem ignis tertij gradus, & conuertetur in terram foliatam, quæ dicitur quinta essentia terræ metallorum, & ab aliquibus Philosophis argentum viuum, vel Mercurius, vel sulphur naturæ. Et terra tunc inferius manens vel puluis, dicitur fex & scoria, puluis damnatus quo non indiges, quia est puluis vituperatus, qui modica sufflatione euanescit: tamen argentum viuum exuberatum est terra corporis, cum menstruo simul transiens per alembicum: & sulphur naturæ est spiritus metallorum sublimatus, & conuersus in terram foliatam, quæ est prima & proxima materia metallorum. Prima materia dicitur etiam terra foliata. Est autem necessarium quòd spiritus exuberatus conuertatur in terram foliatam per sublimationem, vt separetur mundum ab immundo, subtile à spisso vel grosso terrestri, & vt spiritus viuificans trahatur sicut visus basilisci in animalibus, & sulphur in fusione metallorum. Item necesse est vt custodias spiritum quintæ essentiæ si aliquid vis facere, qui dependet à prima re, sicut forma formarum, quæ se posuit in quatuor naturis honorabilibus, & vocatur anima elementorum. Et propter hoc, quia omnis forma substantialis descendit immediatè à re propinqua quinta, volumus quòd vocetur mater omniũ aliarum formarum. Et non debes intelligere quòd ista forma vel spiritus sit calida vel frigida, vel humida vel sicca, nec masculus nec fœmina: sed bene debes intelligere, quæ ratione suæ magnæ perfectionis ipsa participat cū qualibet aliarum quatuor naturarum: quia sine illo non esset complexio in aliquo complexionato, sicut nos videmus manifestè & cognoscimus cum certa experiëntia in ligamēto, & coniunctione, & commixtione quatuor elementorum, quæ per suam contrariam qualitatem repugnant: quam repugnantiam dicta contraria elementa nō possunt concordare, quòd ipsa vnirentur in vnũ,
nisi

nisi esset hoc honorabile medium, quod vadit confusè per omnia elemēta, & participat cum qualibet suarum naturarū, & facit pacem inter inimicos. Hæc Raymundus. Virtus sulphuris Mercurij est quasi semen primum, vnaq; mater. Inde dicit pater eius est Sol: id est, sulphur, lunaq; mater existit: id est, propria substantia Mercurij, scil. aqueum subtile mixtum terreo subtili, est quasi fr̄struum: nutrix eius terra est, scil. terream subtile in quo habet humidum radicale. Et terra dicitur mater elemētorum, quia portat filium in ventre suo, hoc tantum est dicere: id est, quod oportet eum nutrire ex pura prima substantia & filius dicitur corp⁹ aut terra foliata: id est, spiritus & corpus mortuum, & opus quod spiritus in quo tota vis est, iungitur inseparabiliter suo subtili terreo magno & suavi ingenio: iunge humidum sicco, & lætabitur; quia humidum est spiritus & anima, siccum dicitur terra aut corpus mortuum. Ideo animas corporum ingredi non possunt nisi mediante spiritu. Et opus quod manifestemus occultum, scilicet calidum & siccum, & occultemus manifestum, scilicet frigidum & humidum. Item lapis est spiritus humidus aqueus, sed Mercurius noster: id est, tinctura, extrahitur ex incorruptibili grano, procreatum virtute diuina: & pro certo hic Mercurius non est vulgaris, non enim coagularetur ita citò. Item ante omnia erit proficuum, spiritum scilicet Mercurium, à suis superfluitatibus mundare, & ex eo substantiam elicere, in qua non est superfluum humiditatem aqueam inuenire, nec terream substantiam combustibilem opus insufficientem, sed tantummodo substantiam eius vinctuosam æream in qua latet spiritus quintæ essentia, cuius solius magistraliter est aurum corrumpere, & in sui primam materiam transformare: est autem maximum in arte secretum, & ab antiquis penitus celatum: ipsum enim aurum perfectissimè volatizat, & in spiritualitatem transmutat. Cuius operationis modus est, sicut scis, &c.

Item tinctura est compositio lapidis, ignis, & aëris, auri vel argenti. Vel sic: Est quoddam compositum ex igne & aëre auri vel argenti. Vel sic: Est corpus tingens ortum & compositum à duobus elemētis, scilicet

ignis & aëris, auri ad rubeum, & argenti ad album. Istæ diffinitiones sunt prout tinctura in hac arte consideratur, secundum quas poteris notare, quod omnis tinctura Alchymistica necessariò habet esse ex iam dictis metallis. Quia simile producit sibi simile in natura naturaliter & artificialiter. Nam aurum ita est principium omnibus artificiantibus. Qui ergo aliquid significare vult, non quærat lapidem vel plantam, sed ignem, qui est principium ignificationis. Igitur, fili, si aliquis voluit aurificare metaphoricè, non quærat sulphur, vel alumen, vel arsenicum, sed quærat aurum quod est principium aurificationis.

Tingere est tingendo tinctum in suam naturam transformare, & secum sine vlla separatione permanere, vt in natura figentis, tingentis & tincti.

Lapis est corpus compositum ex quinta metallorum essentia. Quæ aliàs dicitur argentum viuum, deductum de eorum potentia in actum per magisterium omnium principiorum huius artis.

Oleum est limositas omnium metallorum natans super menstruum post dissolutionem illorum. Est autem necessarium vt corpora in oleum conuertantur; quia si non conuertantur in seipsis solida remanebunt, & quod quærimus non fiet, & sequeretur priuatio omnium principiorum huius artis.

Menstruum est id, ratione cuius corpora metallorum naturali dissolutione dissoluuntur, & spiritus eorum de potentia ducuntur ad actum, & secundum illam diffinitionem demonstratur, quod dissolutio metallorum non debet fieri nisi cum prædicto principio; & si fieret aliter, nihil fieret in effectu.

Elixir autem Philosophorum componitur ex tribus, scilicet lapide lunari, solari, & Mercuriali.

In lunari existit sulphur album, in solari sulphur rubeum, & lapis Mercurij amplectitur vtranque naturam albam & rubeam, & hæc est fortitudo totius magisterij.

Item Rasis dicit, album & rubèu, ex vna radice procedunt, nullo alterius generis corpore interueniente pullulant: id est, ex Sole: ipso enim Sole absente, Mercurius

nus priuatur effectu, quia ex materia & forma fit tantummodo generatio vera. Et dicitur in Floribus secretorum: Fac matrimonium inter virum rubicundum, & uxorem suam candidam, & totum habebis magisterium. Et in speculo dicitur, lapis Philosophicus ex re vili confurgit in preciosissimum thesaurum. id est, ex spermate auri in matricem Mercurij proiectum per coitum: id est, per commixtionem primam. Ideo dicit Verax: Cum componitur scilicet Sol cum suo simili, scilicet Mercurio, erit gemma prægnans. Nam anima, spiritus, & tinctura, possunt tunc ab ipsis per ignem temperatum extrahi.

Item, natura huius lapidis albi siue rubei talis est, quod tenet medium inter metalla & argentum viuum. Nam viuum argentum nullo modo potest cum metallis vniri sine medio, sicut anima non potest vniri cum corpore sine spiritu, qui tenet medium inter animam & corpus, & sic tenet spiritus medium inter corpus & animam. Et propter hoc dicunt sapientes: Nostrium æs sicut homo habet spiritum, corpus, & animam: propter quod dixerunt tria, & hæc tria sunt vnum, & in vno sunt tria, spiritus, corpus, & anima sunt vnum, & omnia sunt ex vno. Et hæc præparatio est, quam vocant conuersionem & diuisionem, quia vertitur de re in rem, sicut conuertitur in matrice semen hominis in præparatione naturali de re in rem, donec formatur inde homo perfectus, ex quo fuit radix eius & principium. Nec mutatur ab hac nec exit à radice sua & diuisione de re ad rem sine ingressione alterius rei super ipsum: nisi sanguis menstruorum ex quo fuit semen: id est, ex sanguine ei simili, & in ipso facit incrementum eius. Et similiter ouum sine ingressione alterius rei super eo conuertitur de statu in statum, & diuiditur de re in rem, & fit demum pullus volans sicut aliud à quo habuit radicem & principium. Et similiter omnia terræ nascentia, putrescunt & mutantur, & ingreditur super ea corruptio, deinde germinant & augmentantur sicut augmenta ex quibus habuerunt radicem & principium.

Et propter hoc mineralia non nutriuntur vt exeant à radice, sed redit ad id vnumquodque quod fuit, nec con-

uertitur ex hoc aliud. Et qui aliud dicit, falsum dicit. Hæc est ergo cõuersio & diuisio quam volunt sapiētes.

Item sperma Philosophorum est aqua viua, terra autem est corpus imperfectum. Quæ terra meritò dicitur matrix; quia ipsa est mater omnium elemētorum. Ideo quando sperma Mercurij coniungitur cum terra corporis, dissoluitur in aquam spermatis, & fit aqua sine diuisione vna. Item totum beneficium huius artis est in Sole & Mercurio. Etenim ipsa in vnum coniuncta, lapidem Philosophorum constituunt, & tincturam habent infinitam: nam in corpore acquirit colorem sanguine rubicundiorē. Modicum quippe talis coloris in album: id est, in Lunam infusum, conuertit albi magnam quantitatem in citrinum colorem. Præparatio autem harum rerum à principio vsque ad finem est aqua fixa honorata: nam illa manifestat tincturam in proiectione, & ipsa est mediatrix inter contraria, & ipsa eadem est principium, medium & vltimum. Intelligens ista, apprehendit sapientiam. Et nota quòd illud quod non est bonum in corpore imperfecto, perficiatur per illud quod est bonum in corpore perfecto: quia corpus perfectum in sua grossitie permanens, minimè virtutem habere potest separandi terram sulphuream, à commixto imperfecto, & conuertendi ipsum commixtum imperfectum ad suam perfectam naturam. Necessè est ergo, quòd corpus perfectum subtilietur antequàm habeat talem virtutem. Est autem subtiliatum quando ad argenteitatem viuam est reductum. Et cum ipsa argenteitas viua corporis perfecti sit fixa, figit argenteitatem viuam non fixam ipsius corporis imperfecti. Sed argenteitas viua non fixa quæ est in corporibus imperfectis, cum sua fuga & velocitate abstrahit argenteitatem viuam fixam. à corporibus perfectis, & facit illam illicò penetrare, transformare, glorificare, & omnino perficere. Certum est enim quòd omnis res est de eo, & ex eo in quo resoluitur. Sed omnia metalla reducuntur ad argenteitatem viuam, ergo fuerūt argent. viu. Et sic soluitur oppositio illorum qui dicūt, species metallorum non posse transmutari, quòd verum est vt asserunt ipsi, nisi ad primam reducantur materiam. Tunc enim habetur pro-

tur proprium sperma metallorum, ex quo metalla artificialiter generantur. sicut enim fuerunt generata metallap naturā à proprio spermate metallorū, ita possunt generari ab eodē spermate per partem potissime. Quia argent. viu. corporū perfectorum est fixū, cū sit calore sulphureo in ventre terræ decoctum actione mediocri seu temperata. Sulphureitas verò fixa, & argenteitas viua fixa, in profundo substantiæ auri & argenti sunt substantia fixa. Et talis substantia subtilissima & purissima est, facillimæ, & tenuissimæ liquefactionis ad modum ceræ, & est fixa super ignis pugnam. Per dictum ergo sulphur, & per dictum argentū viuū coagulant argentum viuū, & ipsum in naturam solificam & lunificam conuertunt, & etiam conuertunt omnia corpora metallica & imperfecta, ad naturam perfectā, solificam & lunificam. Ergo ex prædictis operatur ars, vt ista scientia in paucis diebus vel horis, quod natura facit in mille annis.

Nota: Omne sal fixum ponitur pro corpore vel pro retinaculo. Et tale sal extrahitur à rebus calcinatis, & sal nostrum quod est tinctura extrahitur à calce metallorū per putrefactionem, vsque totum compositum exuat suam naturam, & induat alienam.

De tali sale dicit Senior: Primò fit cinis, postea sal, & de illo sale per diuersas operationes Mercurius Philosophorum. Dicit Raymundus: Ars semper indiget calce: id est, terra sua propria, in qua maxima virtus mineralis est imposita, ad indurandum Mercurium: qua ipsa semper fluit per media & extrema lapidis, ideo ea non obliuiscaris. Postmodum spiritus & anima debent reddi corpori, & sic corpus resuscitari, ac spiritus & anima in corpore mori, vt verificetur dictum Philosophi dicentis:

Qui mecum moritur, mecum oritur.

Quod sic intellige: Nam spiritus: id est, Mercurius est animæ locus: id est, Mercurij corporis, & ille spiritus est aqua sicca Philosophorum, scilicet media substantia Mercurij viui, qui scilicet spiritus extrahit hanc animam à corporibus perfectis. Ipsa aut animam est tinctu-

ra soluta in spiritu: id est, aqua Philosophorum. Nam sicut tinctura vulgi portatur in aqua sua ꝛ quæ tingit pannos, & aqua colorata currit in pannum, & tunc recedit aqua per exiccationem, & remanet tinctura in panno. Sic quoque aqua sapientum in qua est tinctura eorum reducunt super terram suam albam benedictam sitientem, & currit aqua Philosophorum in terram eorum, & extenditur corporaliter in illa, & terram tingit. Deinde recedit aqua spiritualis & remanet anima in corpore, quæ est tinctura: quia est fumus subtilis, inuisibilis, & non apparet effectus eius nisi in corpore. Nam totum magisterium nostrum fit cum aqua nostra. Et ex eo & de ea sunt omnia necessaria. Nam ipsa corpora soluit solutione vera Philosophica, vt conuertantur in aquam, ex qua ab initio fuerunt, vt dicit Socrates. Secretum cuiuslibet rei est vita, videlicet aqua, vt dicit Hermes. Aqua aëris inter cœlum & terram existens, est vita vniuscuiusque rei: ipsa enim aqua soluit corpus in spiritum, & de mortuo facit viuum, & facit matrimonium inter virum & mulierem. Etenim totum beneficium artis facit.

Et nota quòd argentum viuū seu spiritus est duplex: scilicet præparans & tingens.

Spiritus præparans, corpus dissoluit & mundificat à corrumpentibus causis, & extrahit secundum spiritum in corpore existentem & tingentem, & reducit ad seipsum corpora per dissolutionem, & eorum duritiem mollificat, corpora illuminat, tenebras & impuritatem eorum à partibus purissimis segregando & remouendo erigit, & exaltat corpora reducendo ea in naturam sublimem, inspirat & subtiliat dum solidum facit spirituale. Et hæc sunt beneficia & effectus spiritus seu argenti viui præparantis corpus extrahentis ab eo spiritum tingentem. Hic autem spiritus: id est, argentum viuum primò est grossus, immundus & fugitiuus propter sulphur quod in meatibus terræ sibi occurrit & immixtum est: sed operatione artis quæ fit per distillationem & sublimationem renouatur, mundatur, depuratur, decoquitur,

tur, inspissatur ac per sulphur album & rubeum coagulatur.

Et hic spiritus præparans est duplex. Primus est vapor siccus non viscosus acedinis multæ, subtilis valde, faciem ignis fugiens, de facili, vim magnam penetrandi habens, minera corpora resoluens. Et hic spiritus ex vocabulis in æquiocatione vocatur Mercurius, sed Mercurius spiritus est, ergo & ipse ultimo rationis vocabulo spiritus siccus appellatur: & de tali spiritu necessarium est vt in ampulla bene obturata secludatur, & hoc est de intentione Alberti. Ille enim spiritus generatur ex rebus ponticis, & ipse vocat ipsum humidum siccum igneum.

Alius spiritus præparans est in vapore humidus, non vntuosus, sed viscosus, acedinis maximæ, mediocriter subtilis, ignis asperationem de facili fugiens, & in eo euanesceus, vim soluendi corpora & spiritus possidens, aqua in seipso existens.

Hoc etiam vult Albertus, & quamplures alij, licet sub alijs rebus. Et talis spiritus etiam vocabulo æquioco vocatur Mercurius, & hoc ex comparatione & similitudinaria locutione. Nam Mercurius vt dicunt Philosophi, virtutem maximam habet alterandi & penetrandi corpora, in plano non quiescens, ignis examen non expectans, sic est de duobus spiritibus, & ratione istius ambo vocantur Mercurij. Ex istis recipe intellectum in dictis Philosophorum, & erit intelligentia leuis hic & alibi, & videbis Philosophos inter se non errare sicut putauerunt multi. Et sic notandum est, quod aliud est vntuosum, & aliud viscosum: nam ex humido viscoso generatur lapis, sed ex vntuosum generantur metalla.

Sed spiritus tingens est Mercurius Philosophicus cū suo sulphure rubeo vel albo, naturaliter sibi commixto, in ipsa minera, & terræ visceribus mediocriter præparato, artificis arbitrio relicto, vsq; ad consummationem perfectam. Aliud argentum viuum est tinctura permanens, quod à corporibus perfectis extrahitur per dissolutionem, distillationem, sublimationem, & sublimationem. Et tale argentum viuum, dicitur oleum

incombustibile, anima, & aër, & splendor corporum: quia corporibus metallicis mortuis & imperfectis vitam præstat immortalem, & ea illuminat. Extrahere ergo argentum viuum seu lapidem Philosophicum, tam à corporibus quàm à viuo argento, quoniam vnius sunt naturæ, & habebis Mercurium & sulphur de illa materia, super terram, de qua aurum & argentum generatū est in terra.

Item legitur in Turba, quod quicquid veritatis consistit in arte Alchymistica, est iniungere seu coniungere humidum sicco, & hoc ab omnibus Philosophis conceditur. Pro humido intellige spiritum liquidum, ab omni forde mundatū, & pro sicco intellige corpus perfectum, purum & calcinatum: & reuera istarum duarū partium operatio constat, vel est penitus in dissoluere & coagulare. Dissoluere est corpus in naturam spiritus conuertere, sed coagulare est spiritum econuersò efficere corporalem, & vt fixum fiat volatile & volatile fixum, & obtinebis totum magisterium. Nunc iterum de principio operis, scilicet præparationis Mercurij primi.

Nota, quod quando lapis noster factus est tunc eum tota sui substantia in vase nostro pone, & firmiter os vasis cum luto magisterij claude vt respirare nō possit, & rege in igne lento, donec maior pars in puluerem nigrum conuertatur, quod erit in viginti vno diebus. Et ibi factæ sunt istæ operationes, scilicet solutio, distillatio, diuisio, putrefactio, ablutio, ceratio, coagulatio seu fixio.

Item extractio tincturarum est primum opus, donec de corpore nil remaneat in corpore quod non ascendat cum spiritu humido, quo madificatur corpus, & in aquam vertitur claram. Primò tamen apparet nigredo, & in primo opere totum fit mundum. Secundum opus est soluere totum, scilicet corpus humidum, & fiet terra, scilicet lapis, & aqua, scilicet congelata in eo in colore picis liquidæ. Vnde necessaria est coniunctio eorum, scilicet corporis & spiritus, & quando videris in principio operis eius quasi grana rubea, & in coagulatione velut oculi piscium, & quasi piperata nigra, scias te iustā semitam ambulasse. Sin autem omnis operatio

peratio frustrabitur & cassetur, non quomodo spiritus in corpus vertitur. Dicit Assiduus Philosophus: Ignis coagulatur & fit aër: aër verò coagulatur & fit aqua: aqua verò coagulatur & fit terra. Ecce in vnam naturā inimici conuenerunt, qui cū impulsantur: id est, coagulantur, fiunt amica: cumq; rarefcunt, fiunt inimica, scilicet in separatione elementorū. Quod si hanc regulā conuertas, per contrariū vertis corpus in spiritū. Oportet te ergo totum extenuare in terra: id est, terram spirituarē: id est, tingentem facere, & totū peregisti.

Vnde dicit Plato: Scitote omnis turba, quod omnis spissitudo in terra quiescit. Spissum namque ignis in aërem cadit, & spissum ignis & aëris in aquam, & densum quod ex ignis aëris & aque spisso coadunatur, cadit in terram.

Gratianus quomodo corpus fit spiritus, dicit: Terrā resoluitur in aquam, aqua in aërem, & aër in ignem, & hæc est via qua corpus fit spiritus.

Item Hermes dicit: Coniunge masculum cum fœmina proprio humore, quia sine masculino & fœminâ nullus natus generatur. Item alius dicit: Quando Rex vidit aquā congelare seipsum, certus fuit, quod res fuit vera sicut assignat voluntas quæsitâ sulphuris cum Mercurio, nil aliud intelligas. Sequitur, tunc fiat in amplo vitro, & pone eum in putrefactionem inter cineres calidos, & cineres in quibus stat vitrum in quo senex sedet, debent transire vsq; altitudinem illius senis, scilicet ad altitudinem ventris ampullæ.

Sic dicit Rosarius, & mitte ibi stare per 40. dies vel vltius secundum quantitatem materiæ, donec peragatur. Hoc addunt omnes Philosophi in generali: quia omnis actio generalis vnum habet tempus in quo perficitur & terminatur, vt dicit Aristoteles.

Dicit Mandus & Attamius in Turba: Et pone eum in putrefactione per quadraginta dies: id est, per 40. hebdomadas, diem per hebdomadam, sicut in vulua sperma moratur, hoc est nouem mensibus vel circa, secundum quantitatem materiæ, tunc munda ab eius nigredine. Et dicit Rosarius: Caueas tibi præcipuè in eius mundificatione à priuatione virtutis suæ, ne vis

actiua suffocetur in aliquo. Nam omnium terræ nascentium semina non multiplicantur, neque crescunt si generatiua illorum per aliquem calorem tollatur extraneum, vt dicit Philosophus. Et munda per distillationem primo cum suauis igne: deinde modicè fortiori igne distilla Mercuriū. Quia Mercurius animā Solis vel Lunæ secundū quod ibi est Sol vel Luna, secum portat, & non distilla ita forti igne, quod terra: id est, elementū terræ etiā in distillatione transeat, scilicet sufficit quod solus Mercurius superfluous qui cum corpore non potest exsiccare: Et quod inferius in cucurbita remanet, est sal noster: id est, terra nostra, & est in colore nigra, draco caudam suā deuorans: nā draco est materia in fundo remanens post distillationem aquæ ab ea, & aqua illa dicitur cauda draconis, & draco est eius nigredo, & draco imbibitur aqua sua, & coagulatur, & sic deuorat caudam suam. Et cinerem qui est in fundo vasis ne vilipendas, quoniam est diadema cordis tui, & permanentium cinis, vt dicit Morienus: Et distilla sic calore, ne corpus reducatur in solidā massam, aut nimis sicetur & aduretur. Et distilla tali igne, quod quando gutta incipit cadere quod sexaginta octo, vt dicit Arnoldus, vel septuaginta (aliqui dicunt octoginta) momenta ante casum alterius guttæ numerabis, & si transcedat gutta, extrahe ignem vt dicit Rosarius.

Et si tardiū, auge modicum ignem, & non sequaris tuam imaginationem de fortificando igne in fine distillationis, sed cum suauis igne. Vnde verius sequens:

Sensibus equato gaudet natura secundo.

Et sic expecta distillationem cum patientia complementi.

Signum distillationis completæ est, quod medium Mercurij aut magis à terra per alembicum distillati, quam imposuisti, & quod terra remanet mollis & liquida: sicut dicit Arnoldus: Quam terram sic mollem & liquidam fac in vitro bono & longo collo & sigilla sigillo Hermetis, & pone in cineribus calidis.

Primò per octo dies lentè in cineribus calidis, alijs autem diebus sint cineres calidiores: & stet in tali calore ad

lore ad 25. dies naturales, vel ad triginta, vsq; terra exsicceatur, & remaneat arida in fundo vasis: pōst fac agitationem vasis cum manu fortiter & subito: quia materia id est, terra adhærebit lateribus vasis:

Quantò magis materia fuerit putrefacta, fortius adhærebit, vt dicit Rosarius. Et si ibi ignis occasu maioraretur aliquotiens, quòd materia esse: nimis ad inferiores partes vasis conculeata, tunc oporteret quòd fieret contritio prædicta in vitro cum pistillo vitreo. Et sic habes terram quæ priùs fuit. Quæ solum duo sunt in lapide nostro elementa formalia, scilicet aqua & terra, licet virtualiter in eo sunt omnia quatuor elementa. Et vbi dicitur lapis noster est ex quatuor elementis, hoc non est per intellectum literalem, quòd sit terra, nec quòd sit aqua, nec aër, nec ignis, sed solummodo est vna natura, quæ continet in se de natura & proprietate elementorum omnium.

Item totum magisterium est hoc, diuidere elementa à metallis, & ea purificare, & à metallis sulphur naturæ diuidere. Nam totus labor est in hoc & tota magisterij fatigatio in elementorum & sulphuris diuisione. Hæc Raymundus. Sed vbi dicitur, vt Hermes dicit: Quatuor oportet te extrahere elementa, hoc profectò nil aliud est, quàm ipsas seminarias virtutes: id est, qualitates actiuas, vel passiuas excitare, quia naturaliter exponentes quamplurimi in errores inciderunt infinitos. Et nos dicimus illam virtutem nostram spiritualem mineralem esse, quæ potest intendi & fortificari, vt pullulandi & germinandi virtus inferatur. Et volens elementa mineralia recipere, non accipias de primis nec de vltimis, sed de medijs, ad creandū lapidem: quia prima sunt multū simplicia, & vltima sunt multū grossa. Quando volueris comedere, capias panem & dimitte farinam: & quando volueris facere panem, accipe farinam, & dimitte triticum. Hoc est verbum nostrum, & doctrina Philosophica. Hæc Raymundus.

Item separatio elementorum est segregare eterogena quæ sunt accidentia. Et coniunctio elementorum est cumulare homogenia: hoc est, quæ sunt de natura humiditatis radicalis, vt Turba Philosophorū dicit. Item

Raymundus dicit: Habeas patientiam in dealbatione, quia hic iacit multa tarditas.

Item nigredo est in omni putrefactione, semper maior debet esse in opere Solis quam in opere Lunæ, ut dicit Rosarius: Quia Sol inter omnia alia corpora minoris est sulphuris quantitatis, maiorem autem quantitatem argenti viui continens, ex quo hæc nigredo procedit, ut dicit Geber.

Postea recipe terram nigram tritam, & imbibe ipsam cum Mercurio, ita quod solummodo materia: id est, terra cooperiatur. Aliqui volunt quod super eam natet per duos digitos aut tres. Primum tamen melius: quia dicit Philosophus, ne Yesir submergatur, & sigilla vitrum sigillo Hermetis, ut supra: Et hoc ideo, ut actiua à passiuis non recedant, donec ad decoctionem perueniant perfectam. Et pone in cineres calidos ad exsiccandum. Et hoc fac secundò, scilicet imbibendo, & exsiccando & tertio & quarto, donec terra ipsa satis alba est fixa albedine. Caue etiam diligenter ne misceas aquam Mercurialem impuram cum corpore mundo. Qualis enim erit liquiditas aquæ Mercurialis, talis erit & puritas corporis, per quam abluitur: & quanto magis corpus fuerit ablutum, tanto albius erit. Nam præparatione suæ perfectæ colorationis propter hoc fit cum aqua & igne. Idcirco si corpus non fuerit bene album, tere ipsum cum aqua, post iterato exsicca. Sic enim azoth: id est, aqua Mercurialis, & ignis, latonem: id est, terram nigram abluunt & mundificant, & eius obscuritatem auferunt, ut dicit Philosophus. Nam præparatio terræ semper est cum aqua; ideo qualis erit limpitudine aquæ, talis & erit limpitudo terræ. Et hoc fiat in dealbatione terræ, & eius ablutione.

Non ergo tædeat te prolixitatis, repetitionis, contritionis & affationis huiusmodi: Est enim actio naturalis, quæ suum habet motum & tempus determinatum, ita ut quædam in maiori spacio temporis, & quædam in minori terminentur. Dicit Methodius: Quia in 40. diebus & totidem noctibus completur totum beneficium & opus ad album, post veram purificationem lapidis. Quia in purificatione eius non potest esse tempus de-

pus determinatum, nisi secundum quod artifex bene laborat. Et in nonaginta diebus & totidem noctibus completur opus ad rubeum. Et isti sunt veri termini ad tantam perfectionem. Et in centum & quinquaginta diebus & noctibus, cum fermento ad perfectionem totam. Versus:

Coctio fit rerum ter quinquaginta dierum.

Dicit enim Pandolphus in Turba: Quia corpus in eius decoctione in quarta parte diminuitur. Et Astantius dicit, quod corporis quarta pars diminuitur apud eius decoctionem. Et in impositione imbibitionis terræ nigræ cū Mercurio debet præcaueri de fractione vitri, vt dicit Rosarius. Vnde debet notari, quod aqua sit calida, & etiam materia: id est, terra sit calida: & cum manu debet agitari vas & teneri in denuo calore, & iterum agitari subito: quia materia lateribus vasis adheret, donec materia & totum fiat sicut lutum turbidum. Et tunc vitrum debet sigillari, & poni inter cineres calidos ad exsicccandum vt supra, vsquequo fiat puluis siccus. Et est maxime cauendum, ne spiritus qui corpus exsiccat, à corpore exiccat, fiat volatilis: nam si volauerit à corpore, corpus perfectum esse non potest: Ideo etiam requiritur vas esse sigillatum sigillo Hermetis. Quia si vas in arte nostra non esset clausum ad inclusionem spiritus, tota vis exhalaret, sicut in generatione metalli. Quia si fumus ex quo metallum generatur in terra inueniret locum apertum, expiraret, & nullum generaret metallum.

Etiam ideo fit vt actiua à passiuis non recedant, donec ad decoctionem perueniant perfectam, vt supra ostensum est. Et tempus cuiuslibet imbibitionis ad exsicccandum est viginti quinque dies naturales, vel triginta. Sic dicit Arnoldus, licet Rosarius dicat: Si corporis imperfecti scilicet terræ fuerit libra duodecim vnciarum, fixatur cum imbibitionibus suis nonaginta diebus. Addunt Philosophi, donec peragetur, vt dictum est. Aliquando tamen fixatur in maiori vel minori tempore, secundum industriam operantis, & propter maiorem vel minorem quantitatem pigmentalium.

Intellige hæc de toto tempore imbibitionū albedinis & rubedinis. Et istam solutionem & coagulationē vel exiccationem terræ nigre quater reitera, & quarta vice solutione & coagulatione: id est, exiccatione istius terræ completa remanebit hæc terra fixa & lucida nigra in fractura, & proiecta super corpora, alterat in suo colore. Et quantumcunque hæc terra pluries soluta fuerit & congelata, erit penetrabilior & subtilior in natura sua. Dicit alius: Erit ergo ordo imbibitionis terræ, aquæ reseruata, vnionis, exiccationis & calcinationis quater reiterandus, & sic preciosam lapidis terram sufficienter abluisti & decoctionem administraisti. Et per hos gradus contritionis, aquæ imbibitionis, exiccationis & calcinationis, caput corui, terram nigram & foetidam sufficienter mundasti, & ad albedinem perduxisti, vi ignis & calcinationis, quæ apta est ad fermentationem suscipiendam, quæ fermentatio est ipsius lapidis animatio.

Dicit Socrates: quatuor decoctiones fieri successiue, & post debet viuificari per fermentum, & iterum coqui. Dicit enim: Iungite illum aquæ suæ & coquite, & hoc fieri debet donec liquefeat & dealbabitur: post iterum coquatur vsque deueniat ad rubedinem & suauem compositionem. Et postea iterum coquatur igne fortiori, & hæc vltima decoctio, in qua figitur & vertitur corpus in spiritum. Et ita sunt in summa septem decoctiones, scilicet quatuor ante viuificationem: id est, fermentationē, & postea tres, quæ designantur per septem assaturas, vt etiã dicit Philosophus. Aes nostrū corpus habet hydropticum, vt Naaman Syrus leprosum, propter quod querit lauerum regenerationis septies in Iordane, vt ab innatis passionibus & corruptionib. emendetur. Tunc habes sulphur & arsenicum nõ vrens, quo possunt vti Alchimistæ, & cū eo faciunt argentum perfectum. Gratianus dicit: Dealbate ergo Latonem: id est, æs cum Mercurio, quia Lato est ex Sole & Luna compositum corpus imperfectū citrinū: quod cū dealbaueris, & per diuturnā decoctionē ad pristinam citrinitatem perduxeris, habes iterum Latonem eodem modo ductibilem, & ad quantitatem tibi placitam

placitam: tunc intraſti per oſtium, & habes artis principium. Et tunc calcina, diſſolve, & cinera, & ita procede per mediũ, & ſi reſuſcitatu facis penetrabile, tũc ad finẽ perueniſti. Dicit enim Raſis, Morienus & Aſſidu^s: Quia terra cum ſit dealbata, candida, ſit fixa propter fixationem Lunæ, ſed non fixa fixatione Solis, & ideo tingit in Lunam. Et poſtea in opere eſt ſaltus Lunæ: id eſt, ſublimatio humiditatis lunaris & circulus Solis: Quia poſt extractionem ſpiritus ſolaris à corpore ſuo mortuo, ſit & animæ reſtitutio & corporis viuificatio.

Dicit Plato: Quia omni argẽto ineſt ſulphur album, ſicut omni auro ineſt ſulphur rubeum, & tale ſulphur non reperitur ſuper terram, vt dicit Auicenna, ſicut in iſtis duobus corporibus conſiſtit. Et ideo iſta corpora ſubtiliter præparamus, vt ſulphur & argẽtu vitium de illa materia habeamus ſuper terram, de qua aurum & argẽtu efficiebatur ſubtus terram.

*Via alia præctica. Aliqui ſic faciunt
cum terra.*

Cũ iam habes terram exſiccata, tunc fac in vitro, & pone ſuper ipſam de Mercurio ſextam vel ſeptimam eius partẽ, vt ſoluatur: quare prius pondero ipſam, & ſigilla vitru ſigillo Hermetis ne ſlos fugiat, & ſulphur lento calore in cineribus exſicca & congela, & iſta ſolutionem & congelationem quater reitera: quarta vice ſolutione & congelatione iſtius terræ noſtræ completa, remanebit hæc terra fixa & lucida, nigra in fractura, & proiecta ſuper corpora alterat in ſuo colore, ſed non Mercuriũ. Et quantumcunq; pluries hæc terra ſoluta fuerit & congelata, erit penetrabilior & ſubtilior in natura ſua, vt etiam ſuprà dictum eſt, etiã magis tendens ad albedinem, in iſtis quatuor ſolutionibus & congelationibus. Cũ verò completa erit decoctio iſta quæ dicitur prima, vertendum eſt ad alias tali modo.

Scias pondus totius congelati, ſicut ſciuiſti primo per diſcretionem tuam, & pone in vitro, & ſuperpone quartam partem Mercurij vt ſoluatur, & ſigilla vitrum vt ſuprà ſigillo Hermetis, & ſuper calore exicca & congela, & erit vna maſſa alterius coloris quàm prima, ni-

gra & clara aliquantulum. Continuat^r autem hęc dispositio dealbationis post eius aquę imbibitionem & exsiccationem & congelationem, donec fiat alba maffa, perfectę dealbationis, in igne perfeuerans, fundens, fluens, & Mercurium congelans, & perfectę retinens & transmutans quodeunq; corpus metallicum imperfectum, vnicum verum.

Et si velis Elixir tuum præparatum, secunda tertia & quarta vice volatizare vel imbibere, hoc debet fieri cū quarta parte elixiris Mercurij. Attamen si maius pondus de ipsa aqua posueris super ipsum corpus quàm quartam partem ipsius, dum tamen non submergitur, melius erit, corpus dealbabit, & erit subtilius, penetrabilius, & cum maiori pondere conuertit.

Item cū aliqua res est imbibita corruptione, non potest tolerare ignem, nec ignis in se potest pati corruptionem: quare necesse est, quòd lapis sit magistraliter extractus, mundatus, & separatus ab omnibus suis feculentijs corruptibilibus, antequàm tu præsumas fixare eum, quousq; sit purum elementum primę rei.

Et nota quòd subtilior est medicina, quę Mercurium conuertit quàm illa, quę conuertit corpora. Vnde sciendum, quòd maior labor est in dealbando propter pondera & commixtiones, quàm in rubificando: quia post dealbationem vsq; ad rubificationem nõ sequitur error. Et pro rubeo faciendo dicitur, quod debet fieri eodem modo & simili regimine in omnibus, sicut in dealbando ipsius fecisti, & non debet iterum ire vt incipiatur à principio, sed tantum vt multiplicetur: & pone tantum Mercurij per solutionem terrę & exiccationem, sicut in dealbando, nisi quod calor sit maior. & scias quantumcunque plus soluitur anima cum spiritu suo nõ fixo: id est, aqua sua, & coagulatur, tantò plus multiplicatur, & non solum in quantitate, seu cum hoc etiam in virtute & tincturę subtilitate, & in projectione magnum pondus conuertet & transmutabit.

De albatione terrę, dicit Hali: Accipe quod descendit ad fundum vasis, & ablu e ipsum in igne calido, vsq; quo auferatur eius nigredo, & recedat eius spissitudo
& fac

& fac enolare ab eo additiones humiditatum, donec deueniat calis nimis alba, in qua non erit macula. Tunc enim terra ad animam recipiendam est habilis & pura. Dealbatio enim est totius operis initium, & fundamentum: nam ex tunc errare non potes in decoctione, quia post dealbationem vterque fugiens, scilicet anima: id est, Mercurius corporis, & spiritus: id est, Mercurius viuus, in non fugientem terram vertunt, & faciunt eam spiritualem, mundam à terrestreitate, aëream & subtilem. Et sic spiritus & anima non vniuntur cum corpore vero modo, nisi in albo colore: quia tunc in ipsa dealbatione omnes colores, qui hodie in Mundo excogitari possunt, apparent, & tunc firmantur, & in vnū colorem scilicet albedinis conueniunt.

Et nota, quòd ista diuersitas colorum non apparet in lapide nostro nisi in coniunctione animæ cum corpore, vt dicit Morienus. In vna tantum vice, ignis in eo nouat diuersos colores. Anima est spiritus tingens, qui demum à corpore alterato superatus, eo gaudet, ipso incorrupto facto: & sic alter in alterum transit, & alter vim alterius recipit natura disponente.

Dicit Senior: Primum opus lunare est abluere, dealbare & putrefacere centum quinquaginta diebus. Et dealbatio totius, & fugatio tenebrarum ab eo. Et Flidius dicit: Scitote quòd totius operis initium est dealbatio, cui rubor succedit: deinde operis perfectio. post hanc autem per acetum, nutu Dei, tota fit perfectio, quod est soluere & coagulare. Et de ipsa terra dealbata, dicit Morienus: Quia nihil cū ea facias ipsa non existente fermentata. Et quia sine fermento nulla fit tinctura perfecta, vt dicunt Philosophi, sicut nec absq; pasta nō fermentata fit bonus panis, sic in nostro lapide, cū fermentum est sicut anima, quæ corpori imperfecto mortuo vitam tribuit, mediante spiritu: id est, Mercurio. Quia dicit Aristoteles: Nil completur nisi cū fermento subtiliato, vt spiritus, Versus: Ad bonam pastam vtaris aqua, nec non fermento: simili modo in lapide nostro. Hæc tria reperies dictis Philosophorū consimilia. Et nō est aliud fermentū quàm Sol tam ad album & rubcū, & Elixir, & Luna solum ad album Elixir, scilicet

aurum vel argentū Philosophorum, non aurū vel argē-
tum naturę: Vnde fermentū auri nil est nisi sulphur suū,
quod album in argentum conuertit, quia illud nunquā
figit, quod naturaliter fixum non est, nec fuit.

Item fermentum fit ex pura metallorum materia: id
est, sulphure naturę & vapore elementorum. Item fer-
mentum non est aliud nisi à Sole & Luna. Et ferment-
tum non est quousque dicta corpora conuertantur in
suam primam materiam seu naturā, quia expedit quòd
ex Sole & subtilissima terra fermentum debeat com-
poni. Quare si duo corpora perfecta nescis reducere in
suam naturam primam, non poteris habere aliquod
fermentorum. Hęc Raymundus.

Nota, fermentum album sic fit. Ciba vnā partem
Lunę purissimę minutim limatę vel subtiliter foliatę
cum duplo sui Mercurij bene mundissimę albi, teren-
do simul fortiter in mortario lapideo, donec Mercuri-
us ebibat ipsam limaturam, & fiat quasi butyrum, ita
quòd nil inueniatur de ipsa limatura: Deinde abluet hoc
fermentū fortiter cū aceto forti & sale communi, bene
pręparato, donec acetum inde exeat clarū & bene pu-
rum, & tunc abluet sal cum aqua dulci. & aquam ad i-
gnem exsiccet. Ab hinc verò superadde ei sulphuri albi
partem vnā, terendo in simul totum, donec redeat
quasi in corpus vnum: Deinde in cera ipsum cum vnā
parte aquę, & mitte ad sublimandum, &c. Sic co-
dem modo fit fermentum rubeum cū Sole purissimo,
vt suprā, licet Pandolphus dicat in Turba, quòd nul-
lum venenum tingens generatur absq; Sole & ymbra
eius, quod volunt & plures alij: Quia non fit aliud fer-
mentum tam ad albam quàm ad rubeam tincturam
quàm Sol. Dicit Aristoteles: Album & rubeum ex vnā
radice, nulla re alterius generis interueniente pullulat.

Item Rosarius & Petrus de Zalento dicunt: Fermen-
tum quod est medium coniungens, si ponitur in prin-
cipio vel in medio, opus perficitur citius, nec indiget
reiteratione: Non tamen dicunt hęc per abnegationē.
Arnoldus dicit: Cū autem prædictam medicinā vo-
lueris fermentare, tunc solue eam in dicto humido di-
stillato, sicut dictum est superius, donec sit aquatica vt
Mercuri-

Mercurius, tunc pone in vase super ignem in toto regimine, donec colores appareant, vt in primo regimine, donec habueris Elixir, vt prius fusibilem & tingentē: & tūc duplicatus est eiusdem elixiris effectus in fermentatione, quantitate, & projectione, &c. Quoniā in omni solutione & fixatione acquirit sibi decem in multiplicatione, ideo quantum plus soluitur, figitur, tingitur, & funditur medicina, tantum melius & fortius operatur.

Item de fermento nota. Ex perfecto nil fit, quia iam perfectum est prout ista materia seu artificium perficit. Habemus exemplum: Panis fermentatus & coctus, est perfectus in suo statu vel esse, & ad suum vltimum finem peruenit, nec eo plus poteris fermentare: Sic est in auro, Aurum purum deductum est per examen ignis in corpus firmum & fixum, & eo amplius fermentare est impossibile apud Philosophos, nisi habeatur prima materia metallorum, in qua resoluitur in primam materiam, & in elementa miscibilia. Recipiamus ergo illā materiam vnde erit aurum, & mediante artificio deducitur in verum fermentum Philosophorum, & mutemus hoc cum ingenio in materiam perfectam, vel in speciem corporum perfectorum, & tunc demum incipiamus operationem. Quare multi moderni laborantes etiam Philosophicē sunt decepti: quia opus dimitunt vbi est incipiendum.

Nota, aqua est spiritus corpus purgans, subtilians & dealbans. Et fermentum est anima, quæ corpori imperfecto mediante aqua, vitam tribuit, quam prius non habebat, & in meliorem formam reducit. Etiam si in lapide nostro esset tantum alterum eorum, nunquam facile flueret medicina, neque tincturam daret, & si daret, vt Mercurius in fimum volaret: quia non esset in eo receptaculum tincturæ.

Et in hora coniunctionis maxima, apparent miracula: tunc enim corpus imperfectum coloratione firma coloratur, fermento mediante, quod fermentum est anima corporis imperfecti, & spiritus, mediante anima, cum corpore coniungitur, & ligatur cū eo simul in colorem fermenti, cōiungitur & fit vnum cum eis: Et sic in corpore imperfecto, primò extrahitur illud videli-

et eorum purum ab impuro, subtile à grosso. Deinde desiccatur & fixatur, & erit mortuum: tunc fermentatur & reuiuiscit per fermentum, quod anima. Quia si non misces fermentum cum Elixir, non coloratur corpus sicut debet, quoniam sine fermento non exhibit neq; Sol neque Luna, sed aliud quod non permanet in tinctura naturæ metallicæ, nisi præparaueris ipsum scilicet corpus imperfectum. Coniunge ergo ipsum sulphur: id est, corpus imperfectum, cum eo scilicet fermento, ut generet sibi simile, & fiet Elixir. Cùm autē sulphur: id est, corpus imperfectum coniunctū fuerit cum suo corpore: id est, fermento, corpus non desinit in ipsum aliud agere, quousq; conuertat totum in ipsum, scilicet fermentū. Adcirco quando vis fermentare, misce simul cū corpore, ut totū sit fermentum, quoniam fermentum redigit vel reducit sulphur nostrū ad suam naturam, pondus & colorem, per omnem modū, qui erit & fermentum album ad album, & rubeum ad rubeū. quod patet: Quia si posueris fermentum argenti cum sulphure auri, rediget ad suam naturam, sed nō ad suum colorem. Similiter si posueris fermentum auri cum sulphure argenti, conuertit ad suam naturam, & non ad suum colorem, & econuerso Non ergo misceas aquam albam cum rubea, nec econuerso aquā rubeam cum alba, quia cum aqua alba albificabis, & cum rubea rubificabis. Veruntamen, fili, non putes hanc aquam esse rubeam, sed albam in aspectu, importans rubificandi potentiam cum affectu. Hæc Raymundus.

Cùm corpus mundatum fuerit, & cum spiritu incorporatum & sublimatum, tunc ambo facta sunt vapor vnctuosus. Et nisi corpus fiat vapor, nihil in opere huius peregristi, cū hoc fiat mediante aqua Mercuriali depurata. Ergo dealba & abluc corpus, quia dealbatio totius operis pfecti est initium & fermentū. Si enim sulphur non fuerit sublimatum, substantiam ingredientem & virtutem penetrantem non habebit, & per consequens ad verum Elixir non valebit. Et Mercurius vulgi dicitur spiritus, Mercurius corporis dicitur anima, & spiritus non coniungitur corpori nisi mediante anima, & econuerso anima non coniungitur corpori nisi mediante

diante spiritu: tantum subtilietur, vt sit vnum cum eo, & homogenium sicut suus spiritus est. Tunc enim per minima sunt commiscibilia, & primò recipit naturam fermenti, & virtutem tingendi.

Spiritus non coniungitur corporibus donec à suis immundicijs perfectè fuerint mundati: id est, donec media substantia Mercurij & sulphuris corporis fuerint à suis mundicijs perfectè mundati: id est, horum coniunctio non est possibilis, nisi prius spirituales fiant: id est, per mutationem vtriusque à sua virtute & proprietate, per conuersionem suarum naturarum coniunguntur omnimodo coniunctione: & tunc sic purgati debent in corporibus coniungi: id est, cum fermento mediante aqua, quæ facit inter ea matrimonium: id est, coniunctionem siue vnionem. Rasis dicit: Accidentia non possunt qualitates extendere, nisi fuerint substantijs sociata.

Item si vis vt fiat Elixir perfectum, atque transubstantians, & omne corpus sibi coniunctam tingat, hoc non potest fieri nisi per solutionem suam sæpius repetitam.

Vnde quinta essentia est corpus per se differens ab omnib. elementis & elementatis tam in materia quam in forma. tam in natura, quam in virtute, non habens in se contrarietatem, vnde nec causam corruptionis. Hæc Thomas in compendio: Vbi ponit differentiam inter elementum, elementatum, & quintam essentiam.

Modus faciendi solutionem talis est.

Postquam lapis noster in igne est factus, & ab omni fordite: id est, purgatus est ab omni impuritate. Nota: id est, post dealbationem & Philosophicam spiritualement purgationem supra memoratam. Tunc tere ipsum in puluerem subtilem valde in vno lapide, & in aceto nostro cœlestino solue, & statim soluetur in clarissimâ aquam, & quasi fontaneam. Et postquam lapis totaliter fuerit solutus, vt dixi, tunc distilla nostra distillatione, & coagula temperato calore, & vltimò calcina prima coagulatione secundum modum suum. Et scias quod in ista solutione lapidis vna pars multò plures

partes Mercurij, vel cuiuscunque corporis, in Lunam veram vel in Solem, secundum quod lapis fuerit præparatus, tingit. Et hæc solutio nostra est secretum nostrum. Et sic multiplicabis lapidem, vt postea in capitulo de multiplicatione dicetur.

Item terra vulgi sic separanda est à terra Philosophicali: Accipienda est terra calcinata, &c. & ponenda est in vase vitreo vel vitreato, in quo sit aqua munda & pura feruentissima, & cum baculo vitreo agitare debes vsq; quo illud quod potest dissolui, dissoluatur. & scias quod bona terra dissoluitur & efficitur aqua alba sicut lac, quam dissolutam ponas ad partem, & iteram tere terram quæ remansit insoluta, & iniungas iterum aquam bene calidam, vsque quo facias donec aperte videbis quod nihil amplius potest dissolui: cuius signum est, quod terra quæ remansit in fundo posita super lignum, nihil manet. Secundum signum, si ponatur super ignem, nequaquam funditur neque adurit. Et postquam hæc videbis, tunc accipias totam terram tuam dissolutam in aqua prædicta, & ponas in vase vitreo, & congelabis de siccatione forti, & priusquam congelata fuerit, tunc scias te habere terram Philosophicam, mundam & paratam: Aliam proijcias, quia est fex & scoria; dicitur etiam terra alba. Et caue semper ne eam aures nisi fuerit sicca. Vnde Hermes dicit: Seminate aurum vestrum, in terram albam foliatam, quæ per calcinationem facta est ignea, subtilis & aërea, videlicet tantum: seminate aurum: id est, animam & virtutem tingentem, in terram albam, quæ præparatione debita est facta alba & munda, in qua non sint sordes. Ex his patet quod aurum nature non est materia fermenti, imò aurum Philosophorum est ipsum fermentum tingens.

Item Hermes caput Philosophorum ait: Cùm naturas cōmiscere volueritis Alchimistæ, lapidem auri cōmiscete humori, qui est aqua permanens, suoque vase imponite super leuē calorem quousque liquefiat: deinde dimitte quousque arefcat aqua, & se inuicem continuat. Ipsa autem aqua imbuta: id est, siccata, sit ignis intensior quàm prius fuerat, quousque arefcat, & terra: id est, puluis fiat. Hoc autem peracto, scitote hoc esse
arcani

areani initium, scil. aqua imbuere & desiccare perfectè. Hoc verò multoties facite quousque pereant aque partes: id est, deficient, scilicet quòd non ascendat vltra, eiusque colores vobis appareant. Iubeo tamen vos non simul aquam fundere, ne ykesir submergatur, verùm paulatim: id est, septies infundite, terite & desiccate, & sic multoties facite quousque sumatur aqua.

Barsen in Turba dicit: Et aqua septies imponitur ei, donec bibat totum humorem, & recipiat vim imminentem igni, apud pugnam ignis, & rubigo fiat. Hermes dicit: Humectate & conterite pluribus diebus: & hoc nouem vicibus soluere & coagulare præcepit. quæ per nouem aquilas designantur. In qualibet enim solutione & coagulatione augebitur eius affectus. Vnde Philosophus in Turba:

Videntes autem omnes huius artis inuestigatores illam albedinem apparentem in vase, rati estote quòd rubor in albedinem occultatus est.

Tunc autem non oportet vos illa extrahere, verùm coquere quousque totum rubeum fiat, & sic per plures imbibitiones aquæ solaris requiritur, terream rubeam fore factam, etiam per maiorem ignis administrationem. Item Barsen: Præcipio illis æs aqua dealbare candida, qua æs rubeum faciunt, scilicet æs nostrum. Quare oportet quòd prius album fiat antequam rubeum fiat: quia non est transitus de extremo ad extremum, de contrario in contrarium, nisi per medium dispensatum: id est, de nigredine non est transitus in citrinum vel rubeum, nisi albedine mediante: quia citrinitas causatur ex altissimo vel multum albo, & modicum rubeo claro essentialiter. Quare natura ostendit, quòd citrinitio est perfecta & completa digestio. Nec econuersò potest esse transitus de citrino ad album, quousq; compositum conuertatur in nigrum. Nec aurum potest fieri argentum indivisibile, nisi prius destruat, & fiat nigrum, & corrumpatur, nec melius potest fieri deterius, nisi per corruptionem sui ipsius: quia generatio vnus est corruptio alterius. Et hoc fit cum additione rei tingentis illud, quæ nota est naturæ, & perficitur. Et tunc fermentum imponitur.

Spiritus corpus exsiccat, & à corpore exsiccat, scilicet perfectè à suo flegmate purgatus.

Nota in omni assatione & decoctione qua spiritus & corpora separantur & associantur scire debes, quòd anima separabilis à suo subiecto non commodè separatur à fixo, nisi in siccissime, nec viuum cōmodè coniungitur mortuo, nisi in humido. Sed in his omnibus natura non patitur subitas permutationes. Ideo maxime est cauendum, ne spiritus volatilis fiat: nam si volauerit à corpore, corpus imperfectum manebit.

Nota: Ideo fit sublimatio, vt segregatis partibus purissimis & leuioribus à fecibus grossorum elementorum, virtutem quintæ essentia possideant formantem & disponentem ad speciem durabilem & perfectam. Dico autem quintam essentiam animam tingentem, colorantem, & formam puram inducentem, ad quam extrahendam valde necessaria fuit sublimatio & subtiliatio. Per eam namque extrahitur vntuositas arsenici, siue natura oleaginosa purissima & incombustibilis vntuositatis, quæ ligata & commixta est cum fecibus, scorijs, & grossioribus elementarijs. Quia sublimatio non fit alia de causa nisi vt extrahatur anima tingens à corpore, & vt vertatur in spiritum penetrabilem: per sublimationem enim corpus in spiritum reducit, scilicet cum corporalis densitas transit in raritatem. Et cum corpora sint graua & ponderosa, vt etiam supra dictum est: si ergo debent sublimari, oportet quòd cum Mercurio incorporentur & subtilientur, & coquantur, donec ex eis, scilicet ex Mercurio, & corpore fiat vnum corpus, & non tædeat te hoc multoties reiterare: quia nisi Mercurius fuerit corpori incorporatus, non ascendit: incorporari autem nullatenus potest, nisi prius in Mercurio soluatur. ergo recipe primam aquam ab omni corruptione segregatam, in qua coque rem suo nomine nominatam per 40. dies in vase suo, & inuenies corpus conuersum in argentum viuum: & quando per sublimationem fuerit priuatum sua nigredine, fiet natura sublimis carens vmbra: id est, grossa terræ feculentia & adustione. Idcirco quanto magis poteris, ipsum corpus subtilia, & cum Mercurio mundo coque,
& cum

& cū aliquam partem Mercurij corpus in se hauserit & concluderit, ipsum subtilia igne cito, & fortiori quo poteris, donec ascendat in similitudine albissimi pulueris, in modum niuis, adhærens spondilibus aludel. Cuius verò in fundo manēs est fex, & scoria corporum, vituperata, & abijcienda, in qua nil vitæ habetur: quia puluis leuissimus, qui modica sufflatione euanescit, quoniam non est nisi sulphur paruum, à natura exclusum. Tunc abiectis fecibus, itera per se sublimationem albissimi pulueris sine fecib. suis, donec figatur, & quousque non permittit aliquas feces, sed ascendit purissimam ad modum niuis, quæ est nostra pura quinta essentia, & tunc habes animam tingentem, & coagulantem & mundificantem, & sulphur arsenicum non vrens: quo possunt uti Alchimistæ, & cum eo faciunt argentum.

In solari autem materia licet quædam pars albissimè ascenderit: tamen in fundo remanet ignis tinctus rubore, in modum scarlati. Et illud sulphur conuertit argentum viuum in aurum purissimum & verissimum. Hæc est perfectissima compositio sulphuris albi & rubci non vrentis secundum summam operationem Philosophorum: nil enim in his dictis superflui & diminuti inuenies, sed quæ Philosophica veritas continet.

Item si cum calcibus duorum luminarium, scilicet Solis & Lunæ sublimaueris Mercurium, tunc vtiliter sublimabis, & mundas cum facilitate. In illis enim est facilis operationis illarum sublimatio, per generationem: & collige semper râtum solum sublimatum, quia hoc non est fixum, sed quod in medio consistit aludel supra feces, quia illud est subtilis media substantia Mercurij, ex qua nostra conficitur medicina, quæ ex argenti viui materia ducit originem, quæ situm bonum, terra alba foliata, arsenicum, & sulphur album, prima materia metallorum: hæc Raymundus. Hanc autem sublimationem facimus, vt corpora reducamus in naturâ subtilem, vt sint sicut spiritus, penetrantia & redigentia omne corpus in solificum vel lunificum verum, vel vt ea reducamus in primam materiam, scilicet Mercurium & sulphur, & vt eorum fiat firmissima incorporatio, &

etiam vt assumat perfectum colorem albedinis vel rubedinis, qui color sine sublimatione fieri non potest. Et non misceas illud, quod remanet in fundo cum eo quod ascendit, sed segregatim vnumquodque eorum pone.

Si autem adhuc in fundo aliquid de materia valente remansit, iterabis ad sublimandum per Mercurium sibi incorporatum, donec totum ascenderit quicquid est de pura essentia ipsorum corporum: quia si non feceris, non ponas ipsum in magisterium. Alembicum verò sit vitreum, bono luto circumlinitum, quod debet coniungi cum subiecto, ita vt Mercurius non possit exhalare finaliter: quia non sublimatur Mercurius, nisi per fumositatem aëream, secum deferens partes corporis puriores: & ideo terra tunc in aërem & corpus in spiritum cōuertitur, & densitas in raritatem finaliter in modum aëris ascendunt. sic quod ratione veritatis recipiunt virtutem fortiter, & in profundum penetrandi: & ratione perfectæ clarificationis, perfectæ tincturæ & colorationis. Vnde ergo diligenter vide vt vasa bene iungantur, quoniam si inueniat scilicet Mercurius locum apertum, euolat per fumum, sicque peribit & annihilabitur operatio, & magisterium tuum erit inane.

Sequitur de regimine fixationis.

Quomodo perficiatur sulphur album & rubeum in Elixir perfectum.

Accipe ergo sulphur album prædictum, & ipsum fige super corpus suum, album, fixum & mundatum: id est, supra argentum. Et sulphur rubeum supra corpus suum rubeum, scilicet supra aurum, vt docet Pythagoras magister Turbæ, dicens: Quod argentum viuum à corporibus, dissolutione, subtiliatione, & sublimatione extractum non coagulatum in sulphur album vel rubeum, sustinens ignem: id est, vt sit fixum, nullam viam habet ad albedinem vel rubedinem. Prudenter ergo & discretè oportet te operari, quoniam sine fermento non poterit Sol neque Luna esse. Et nō est aliud fermentum nisi

tum nisi Sol & Luna: non enim permanebit in essentia naturæ prædictum sulphur, quod Philosophi dicunt Vaporem vinctuosum, nisi ipsum corpore suo purgato coniunxeris, vt generet sibi simile. Et etiam propter hoc vt fiat Elixir perfectum id, quod componis. Cum autem sulphur coniunctum fuerit suo corpori purgato, non desinit in id agere, ipsum totaliter penetrando, quousque totum conuertat in suam naturam. Ideoque quando vis fermentare, misce corpus sublimatum cum suo corpore optimè purgato vt totum fiat fermentum quoniam fermentum reducit sulphur artis seu Philosophicum in suam naturam, colorem & saporem. Si enim sulphur non fuerit sublimatum, substantiam ingredientem & virtutem penetratiuam non habebit, & per consequens ad componendum verum Elixir non habebit virtutem: quia in sua permanens densitate & corporalitate, non miscbitur rebus tingendo, nec eas poterit in formam perfectè metalli transmutare. Sed cum corpus mundatum fuerit, & cum spiritu incorporatum sublimatione descendit, tunc ambo facta sunt vapor vinctuosus, & ab vrentibus substantijs spoliatus, aer subtilis, clarus nimia penetrationis, anima à vitijs, & inquinamentis liberata: quia iuncta suo corpori mundato, mediante spiritu: id est, aqua Mercuriali purificata, transit in ens purissimum & incorruptibile. Et nisi fiat vapor, nihil in opere huius artis peregristi. Ergo de alba ablue: quia dealbatio toties operis perfecti est initium & fermentum. Quæ quidem dealbatio ammოდo non variatur in colores diuersos, sed permanet inuariabilis & immutabilis, & fige iuxta præceptum Philosophorum hoc modo.

Modus figendi.

Apta fermentum: id est, corpus ante fermentationem, vt sit solutum & calcinatum: id est, corpus per argentum viuum sit solutum & calcinatum: id est, argentum viuum sit ab eo separatum & remotum, & sit calx aut cinis purissimus: quoniam si non aptaueris fermentum, nil valebit. Et similiter apta sulphur non vrens de calce per sublimationem, vt sit simplex & viuum. Quia

si non miscueris in Elixir, non colorabitur corpus supra quod fiet proiecctio sulphuris. Et si non mundaueris corpus quod vis misceri in Elixir, non diriget corpus spiritum, neque retinebit eum. Et si non sublimaueris huiusmodi sulphur, quod vis mittere in Elixir, erit aurum & argentum multum obscurum.

Et si non mundaueris spiritum, non sustinebit ignem: quia ipsum impurum corpori non coniungeretur per minima. Oportet te etiam multum cautum esse, vt facias Elixir medium inter durum & molle, quia nisi hoc feceris, non erit aurum & argentum habile ad operandum, scilicet malleandum vel fundendum. Subtilioris enim substantiæ & liquidioris oportet esse medicinam, quia ipsa sunt corpora, & maioris fixationis & retentionis, quam sit argentum viuum, in sua natura, super quibus proiecitur. Quia dicit Euclides: Nostrium finale secretum est habere medicinam quæ fluat ante Mercurij fugam. Cum autem vis componere Elixir, fac calcem de illa materia cuius est corpus, & ei immitte sulphur suum, sicut supra dixi: Si est aurum, de auro: Si argentum, de argento. Quoniam sponsalium non est aliud, nisi vt coniungas fermentum cum suo corpore, de quibus vis facere Elixir. Dicit enim Turba: Iunge hæc duo: id est, cineres, videlicet corporis perfecti, & sulphur album: id est, corpus imperfectum ad inuicem. vnde Philosophus: Illumina primò corpus tuum, & iunge cum spiritu & corpore mundo, æqualitate: id est, æquo pondere.

*De ponderibus fermenti & sulphuris
& Mercurij.*

Nota, quia sciendum est primò, quòd summa volatilis non superet summam sui corporis mundati, fixi, alioquin ligamentum sponsalitiij verteretur in fugam spiritus non fixi, & sulphuris volatilis. Volatile non superet summam fixi cum eo vniti. Vnde dicit Plato: Si parum sulphur proijciatur super multitudinem corporis, ita vt supra ipsum habeat potentiam, conuertit ipsum in puluerem, cuius color erit sicut color corporis super quod proiecitur spiritus auri vel argenti. Sed quia
sulphura

fulphura non possunt corpora ingredi nisi mediante aqua, scilicet Mercurij, cum aqua facit eorum matrimonium: quia est medium coniungendi tincturas: id est, sulphur & fermentum: ideo in ea dispositione primò ponas calcem corporis seu fermenti. Secundò ponas aquam: id est spiritum. Tertio ponas aërem: id est, animam, siue sulphur à corporibus extractum. Et ut utat Philosophico eloquio & doctrina: Si miscueris prius oleum in terra, erit oleum mortificatum in terra, quoniam oleum in terram intrat, & ab ea sorbetur. Si verò prius posueris aquam, & postea oleum, stabit oleum supra aquam: aut si prius posueris aquam, & postea terram, erit aqua ponderosior terra. Cum ergo coniungis elementa, scilicet aquam & aërem ut figantur in terra: si est ad album Elixir, semper sit plus de terra quam de aliquo alio elementorum: alioquin terra non figeret spiritum, imò secum euolaret. Et hoc fieri debet, secundum rationem, iuxta deaquationis mensura. Verbi gratia, ad lunare Elixir. Si est de aëre vnum pondus & dimidium, de aqua debent esse duo pondera, & de terra tria debent esse pondera, & terræ fermentum sit tertantum, quantum sit sulphur album. Ut si dimidium alterum pondus fuerit de sulphure albo, tria pondera debent esse de fermento, & duo de aqua, & erit Elixir completum. Et ideo hanc cautelam habeas in compositione veri Elixir, & ita opereris, ut dictum est, ut scias quantum debeas apponere de terra, quantum de aqua, & quantum de aëre ad album Elixir, & quantum de igne ad rubeum. Ratio est, quia si magis poneretur de terra quam dictum est, mortificaret animam: si verò minus, fieret Elixir nimis humidum, nec figeretur. Et similiter de aqua, si plus apponeretur, & esset humidum & nimis molle: si minus, esset siccum & durum, nec penetraret. Et si de aëre similiter minus apponeretur, non coloraret perfecto colore. & si magis, esset in perfectione coloratum in albo Elixir.

Ad solare verò Elixir, cum Sol sit calidior Luna, debent esse duo pondera terræ, tria de aëre, tria de aqua, vnum pondus & dimidium de igne: nam pondus ignis est medium pondus aquæ. Et in hoc neque est additio neque diminutio.

Dicit Raymundus: Cùm volueris Elixir ad rubeum per traditionem generalis doctrinæ, doctrinam faciendi Elixir ad album resumes in exemplum. Nam hic modus faciendi Elixir ad album, repeti non oportet, nisi solum pro quolibet elemento albo, elementatum ponas rubeum, quoniam in Elixire ad rubeum apponitur ignis ulterius, qui totū rubificat, & sublimatur ut spiritus. Pondera verò elementorum, sunt duo pondera terræ, & tris aquæ, & totidem & vnum pondus & dimidium de sulphure rubeo. Primò enim ponas terram: quia participat cum fermento. Secundò ponas aquam: quia est medium inter terrā & aërem. Tertio ponas aërem: quia est medium inter aquam & ignem. Quarto ponas ignem, sed ignis per aërem figitur sicut & aqua per terram, &c. sicut seis.

Sciendum est: Quòd si lapis Philosophorum purificatus adiungatur cum aliquo corpore, & qualitercunque destruat corpus, materia lapidis semper remanet cum illa parte corporis, quæ magis est purificata secundum viam naturæ. Nam lapidis materia figit ignem, neque potest comburi: quia ipse lapis super omnem ignem perpetuus est creatus. Et ideo quânto magis in igne perseverat, tantò plus augmentatur virtus eius in quantitate & qualitate: quia lapis Philosophorum non habet humiditatem terminabilem. & licet siccus sit in experientia, copiosus est humiditate vinctuosa in eius occulto, quæ nunquam potest destrui per aliquam viam. Quia si corpus cum quo commiscetur, destruitur, semper remanet eius substantia subtilis vel grossa, secundum quod fuit præparata, quæ est vera & res fixa. Ideoque nisi destruat corpus, materia vel medicina de ipso creata & extracta semper perseverat. Hæc Gebet dicit. Alius Philosophus dicit in Turba: Sciant omnes inuestigatores huius artis, quòd Elixir quantumcunque præparetur vel subtilietur, totum nihil est nisi post præparationem cum vero fermento coniungatur.

Nota de fermento.

Notandum est, quòd quando Elixir coniungitur cum corporibus, oportet quòd coniungatur per minima,
 vt dicitur

vt dicit Albertus. Vehemens & utilis complexionatio fieri nunquam potest rebus solidis, nisi prius soluantur in aquis, & tunc commisceantur ad inuicem, & in locis calidis agente calore naturali, vel sibi proportionabili vaporaliter se connectant spacio temporis competentis. Quia oportet Elixir primò soluere, postea corpus præparare & soluere, vt Elixir, postea verò accipere & coniungere dissolutiones, videlicet de Elixir partes tres, & de corporibus prædictis partem vnã: postea oportet hoc totum congelare & iterum soluere & congelare, & sic reiterare, donec totum factum sit vnum, sine aliqua separatione, & hoc totum completur per beneficium aquæ nostræ Mercurialis: quia cum ipsa soluitur, Elixirq; præparatur, & cum ipsa soluuntur & præparantur corpora. Ipsa enim mundans, iungens, dissolvens, dealbens, & rubeum faciens.

Dicit alius: Sed quia fermentum non potest ingredi corpus mortuum nisi mediante aqua: quæ facit matrimonium & copulam inter fermentum & terram albam: ideo primò in omni fermentatione notari debet pondus vniuscuiusque. Si igitur terram foliatam albam ad album Elixir volueris fermentare, vt stabit in complemento tincturæ super corpora à perfectione diminuta, tunc recipe terræ dealbatæ seu foliatæ corporis mortui partes tres, & de aqua vitæ reseruata partes duas, & fermenti partem alteram dimidiam.

Fermentum autem sit præparatum vt fiat calx alba, fixa & subtilis, si ad album procedit tua intentio: si verò ad rubeum, tunc sit calx citrinissima auri præparata, & non erit aliud fermentum. Ratio, quia ista duo corpora lucentia sunt, in quibus sunt radij tingentes splendidi, cætera corpora albedine & rubedine naturaliter excellendo.

Postea sapienter ponas in suam fiolam ad hoc deputatam, & in corium suum temperatum reponere vt coagulentur & fixentur, & fiet vnum corpus. Deinde iterum solue cum tertia parte aquæ, & exsicca: & hoc reitera pluries, donec excellentissimum lapidem album per hos gradus reiterationis & præparationis præparabis album, fixum, stantem, per minima ingredientem

corpora velocissimè fluentem ad instar aquæ fixæ, super ignis pugnam tingentem Mercurium & omnia corpora à perfectione dimiuta in verum argentum.

Et nota, quantò plus vel pluries huius complementi ordo reiteretur, solutionis, coagulationis & contritionis, tantò huius maioris exuberatione, videlicet medicinæ multiplicatur bonitas magis & magis. Nam quoties pertractaueris super ipsum lapidem eius propriam bonitatem reseruatam, toties multas lucraberis in eius projectione super corpora partes, à perfectione diminuta. Quare Philosophi laudant reiterationem ultra. Si igitur terram albam fermentare ad rubrum Elixir volueris, diuide ipsam terram albam in duas partes: vnã partem augmentabis ad Elixir album cum sua aqua alba reseruata, & sic nunquam desinit esse eius: & aliam partem pone in vitrum suum: id est, in furnum suæ digestionis, & auge sibi ignem, donec vi & potentia ignis digestionis in rubicundissimum lapidem conuertatur, veluti sicut crocus siccus, combustus. Et si volueris vt fiat tinctura rubedinis, Elixir albissimum transformans, & tingens Mercurium, Lunam, & omne corpus in verissimum Solem, vel solificum corpus, tunc fermenta eius partes tres cum parte altera dimidia auri purissimi preparata, vt sit calx subtilissima, cum duabus partibus aquæ solificatæ artificialiter in vnum chaos reducens, connexionem per minima, vsque ad occultum corpus, & pone in suo vitro, in igne suo, & coque vt elucescat rubicundissimus lapis, sanguineus, verus. Illum iterum augmentabis de parte sua solificata, reseruata scilicet aqua sua solari, vt gradatim per modum digestionis ignis fortioris procedas in eius perfectionis augmentatione, & cumulatione bonitatis, & reiteratione operis de parte sua reseruata, sibi suæ naturæ conueniente, solificata tandem, vt eius bonitas multiplicetur vsque in infinitum, dicit Raymundus.

*De modo indulcorandi lapidem
cum humiditate.*

*In modo autem faciendi huius lapidis
indulcorationem:*

Sumatur lapis, & terendo imbibe illum in vase suo, imbibitione per minima, scilicet per vices, factas ad modum roris, cum vna & dimidia parte sui: postea decoque cum igne leui, donec prius illa fuerit in lapidis substantiam congelata: Postmodum vigora ignem de carbonibus paulatim & paulatim, donec subtilietur ex eo quicquid resolutum extiterit, tam de aqua sulphuris, quam de argento viuo humido.

Tunc iterum quod sublimatum extiterit, reduce super feces, terendo & imbibendo cum dicto spiritu, qui magis in humiditate exuberanter abundat. Et hoc iterate imbibitione rorida, decoctione, congelatione, & sublimatione, cum ignibus suis successiuis, & diligenter continuatis, scilicet cum moderamine notæ ignitionis, quam natura exigit, donec per continuam sublimationem, iterationem spirituum non inflammabilium super illas, scilicet feces, & continuo motu totum figatur deorsum.

Cum autem fixum fuerit secundum proportionem ignis sibi appropriati cum moderamine, tunc eo facias ignem fortem, bene continuatum per diem naturalem: secunda vero die naturali fortio rem, & tertia die naturali adhuc fortissimum, vt est ignis fundendi, vel quasi.

Quando voles incerare lapidem. Mittas magis de re calida & humida, quam facias de frigida & sicca. Sed quando tu operatus fueris per intentionem fixandi, tunc mittas magis de re frigida & sicca, quam calida & humida. Et si medicina non manet plenarie contra ignem, hoc est, per defectum fixationis: Igitur succurretur defectui, vel per reiterationem solutionis & congelationis, vel per sublimationem partium non fixarum, per partem fixam, quousque capiat quietem contra asperitatem ignis. Et si tu vides, quod illa non possunt fundi nisi grauitate, scilicet per defectum incerationis supple sibi, & integra ei incerationem cum oleo lapidis, guttando guttam post guttam, supra leuem ignem in crucibulo terreo, quousque fluat vt cera, sine fumo. Hæc Raymundus.

*De multiplicatione vel augmentatione
lapidis.*

Nota primùm quid sit augmentum. Vnde augmentum est præexistentis quantitatis additamentum. Et augmentum in qualitate & bonitate, est ipsam tincturam soluere & coagulare, hoc est, Mercurio nostro imbibe & exsiccare.

Vel sic: Recipe tincturæ præparatæ partem vnâ, & solue in tribus partibus Mercurij nostri, deinde fac in vase, & sigilla vas, & pone inter cineres calidos, per totum, vt supra expressum est, donec exsicceat & puluis fiat. Deinde aperi vitrum, & iterum imbibe, & exsicca vt supra, & quoties hoc pluries feceris, toties aliquas partes lucraberis, & ultra tingit, vt dicit Arnoldus.

Augmentum in quantitate est: Recipe materiæ fixæ quæ tingit: id est, tincturæ præparatæ partes tres, & Mercurij Philosophorum vnâ partem, & fac in vase, & sigilla vas, & pone inter cineres calidos, vt supra, & exsicca vt puluis fiat. Deinde aperi vitrum, & iterum imbibe, & exsicca, &c. vt supra. Et aqua: id est, argentum viuum vel Mercurius non plus ponderis adijcit vel dat corpori, nisi quantum de humiditate metallina manet.

Hæc Calidius filius Isidori: Item multiplicatio in quantitate fit per mixtionem medicinæ in crucibulo cum argento viuo vulgi. Quod quidem argentum viuum per admixtionem lapidis conuertitur in puluerem rubeum vel nigrum, & iteratò, quòd mittatur de illo puluere argenti viui super aliud argentum viuum, & iteratò conuertitur in puluerem, & sic facies reiterationes pulueris argenti viui super aliud argentum viuum, donec argentum viuum non conuertatur in puluerem, sed manet conuersum in metallum perfectum. Et hoc fit quia fortitudo medicinæ temperata est cum additione argenti viui.

Item multiplicatio tincturæ non est aliud, nisi augmentatio & multiplicatio caloris naturalis, qui est sulphur non vrens in materia argenti viui, cum sit certum, quòd argentum viuum sit materia metallorum in
substan-

substantia, in qua sua claritas est infixæ, quia metalla non indigent nisi natura substantiali. Et substantia in qua tinctura sulphuris infigitur, oportet quod sit de materia seruata ab omni adustione, & defectiua totius fusionis, amabilis & placens omnibus metallis. Et ideo est necesse, quod tinctura sulphuris sequatur talẽ substantiã, & in illa colligatur, si vis quod sit tinctura metallorum, & dicta substantia sit talis, quod possit fixari sine consumatione suæ humiditatis, & sine reuersione illius in terram, & sine combustione suæ propriæ substantiæ: & totum hoc est argentum viuum. Quare dicitur quod illud causa perfectionis ad necessitatem metallorum, quia illud est sufficiens ad quemlibet gradum omnium fusionum cum ignitione, sicut patet in plumbo & stanno, & hoc per bonam adherentiam suarum partium, & per fortitudinem suæ nobilis mixtionis. Hæc Raymundus.

Modus quomodo multiplicantur medicina rubea & alba, in virtute & potestate. Quando perfeceris dictas medicinas, & de illis feceris projectionem, duobus modis poteris artificialiter multiplicare suas virtutes.

Primus modus est: Dissolues in aqua Mercurij sui albi vel rubei, ex quibus fuerunt procreatæ, quousq; fiat aqua clara: & postmodum cum leui decoctione congeles, & cum suis oleis, inceres verò eas super igne, quousque fluant: certa sua virtus erit duplicata in tinctura, cum omnibus suis perfectionibus, si, ut videbis in projectione: quia pondus quod proieciatur super mille, tunc projicitur super duo millia. Et in ista multiplicatione non est magnus labor.

Secundus modus multiplicandi suas virtutes est maioris precij: quia si distilles quamlibet speciem illarum singulariter, & in sua aqua per inhumationem, postmodum separabis elementa per distillationem, in recipiendo primam aquam, postmodum aërem: & manebit sua substantia terræ fixa, tota clara in forma pulueris: reduc in illam aquam per distillationem, quousq; totum biberit, & sit tota fixa in terra: & postmodum imbiibe totum cum suo oleo & cum sua tinctura, quousq; sit

bene fixum, & funderur totum sicut cera. Et de illa medicina projice vnum pondus super corpus quod volueris conuertere, & inuenies certè suam tincturam multiplicatam de centum partibus, per talem modum, &c.

Iterum multiplicatur medicina dupliciter.

Solutione caliditatis, vel solutione raritatis. Solutione caliditatis, est, vt accipias medicinam in vase vitreo impositam & eam sepelias in igne nostro humido septem diebus vel amplius, donec medicina soluat in aquam sine turbulentia. Solutione raritatis: vt sumas vas vitreum cum medicina, & suspendatur illud in olla noua ænea, cuius orificium sit strictum, in qua bulliat aqua, & orificium sit clausum, vt ex vapore aquæ bullientis ascendente vapore soluat medicina.

Sed nota quòd aqua illa bulliens non tangat vas vitreum, in quo est medicina, per spacium trium digitorum. Et solutio fit fortè vna die vel duobus aut tribus. Postquam medicina fuerit soluta, aufer ab igne ad refrigerandum, fixandum, & congelandum, indurandum, vel desiccandum, & sic soluat pluries: & quantò plus resoluta fuerit medicina, tantò perfectior erit. Et talis solutio est medicinæ subtiliatio & eius virtualis sublimatio. Quæ quantò plus reiteratur, tantò abundantius & plures partes tingit.

Vnde dicit Rasis: Non dependet huius bonitas multiplicationis, nisi in multiplicatione reiterationis, sublimatione & fixatione medicinæ perfectæ. Quia quantò plus huius complementi ordo reiteratur, tantò illius exuberantia magis operatur, & augmētatur. Nam quoties magis solito sublimaueris medicinam perfectam, & solueris, toties lucraberis omni vice ad projiciendum vnum pondus super mille. Et si primo cadet super mille, secundo cadit super decem millia, tertio super centum millia, quarto super mille millia, & sic vsque in infinitum. Dicit enim Morienus Philosophus: Scitote pro certo, quod quantò plus soluitur lapis noster, & congelatur, tantò plus spiritus & anima coniunguntur, & retinentur ab ipsis, & qualibet vice tinctura multiplicatur. Alio modo multiplicatur medicina per fermentationem, & est fermentum ad album, Luna pura:
& fer-

& fermentum ad rubeum, Sol purus. Projiciatur ergo vna pars medicinæ, supra duas fermenti, & totum erit medicina: & ponatur in vase vitreo super ignem, & claudatur sic, vt aër non intret, nec exeat, & feruetur, & regatur, & subtilietur quoties volueris, sicut fecisti de prima medicina, tantam virtutem recipiet vna pars secundæ medicinæ, quantum habuit vna pars primæ medicinæ. Sic enim per solutionem, & fermentationem poterit medicina multiplicari in infinitum.

Tripliciter lapis Philosophicus multiplicatur.

Primo modo fit per reiterationē notæ corruptionis ad principium, hoc est, corrumpendo lapidem per dissolutionem & putrefactionem, & per elementorum coniunctionem, & inhumationem in aëre vel in terra, & per decoctiones aëris. & ignis communis. Et hoc ad altera opera particularia, per coniunctionem elementorum cum terra foliata, & decoctione ignis cōmunis, in humatione fimi. Item vtraq; multiplicatio fit simul, si ex medicina multiplicata in quantitate duxeris ad distas duas rotas, & feceris sicut dictum est.

Nam quantumcunq; medicina transit per istas duas rotas ad finem terminationis, tantum plus & multiplicatur in virtute propter materiam, qua ad tantam subtilitatem deducitur. Ex quo spiritus existens in tali materia multiplicat similitudinem suam, sicut summitas ignis existēs in oculo Basilisci, suā similitudinem multiplicat in igne existente in animalibus, ratione cuius suffocatur calor naturalis vnus cuiusq; animalis sicut lux ignis per lucē Solis extinguitur. Hæc Raymundus.

Modus projiciendi omnium præscriptorum, taliter potest experiri.

Sumatur vna pars de medicina, & decem partes Mercurij crudi purgati, sic quòd Mercurius calefiat ad ignem, vsq; ad fumositatem. Extunc projiciatur medicina super quæ statim fluit, minima penetrando, tunc stato vigorato igne, Mercurius fusus colligatur, cuius recipiatur modica pars, & tantum sui Mercurij viui po-

natur ad ignem, & probetur pondus. Si Mercurius additus notabiliter recesserit, tunc medicina non sufficit ad vteriores partes. Si autem corpus in corpore notabiliter diminutum non fuerit, sed materia adhuc fuerit frangibilis, & nimis mollis vel dura, tunc fumatur huius iterum modica pars, & tantum sui de Mercurio crudo, & per omnia, ut dictum est, procedatur, donec habeatur intentum.

*De proiectione medicinae multiplicatae
in virtute.*

Accipe vnam partem vel vnicam medicinae dictae multiplicatae in virtute, & de illa proiecias super centum partes Mercurij, statim cum dictis Mercurius incipiet calefieri in cucubulo, & prompte congelabitur, & cito totum in fixam medicinam, ad faciendum proiectionem super alium Mercurium. post accipe vnam vnciam, & de illa secunda medicina, & fac proiectionem super centum partes alterius Mercurij calidi, & adhuc erit purum totum, & vera medicina tunc multiplicasti in quantitate tuam primam medicinam, vel etiam totum, vel in parte, quam iterum poteris multiplicare per dissolutionem, & congelationem, & inhumationem, &c. Quia modum quem dixi in multiplicatione, potes multiplicare in virtute in infinitum, & postea in quantitate. Projice de medicina vltimo congelata, vnum pondus super centum Mercurij loti cum sale & aceto, & calefac super igne statim, cum videris ipsum fumare & congelabitur in aurum, &c. Conuertitur autem oleum: id est, cum tinctura est oleum in puluerem tingentem hoc modo: Sumatur preparati olei vna pars, & fundatur supra decem partes Mercurij crudi, ponatur ad digestionem, & statim ingreditur illud oleum Mercurium talem, quod non appareat, sed erit Mercurius albus vel rubeus, secundum quod preparata est medicina ad album vel ad rubeum, puluerisabilis & tractabilis in itinere, sine damno, qui vltius poterit proieci, ut seis, semper super Mercurium, postea cum sale & aceto semper bene lotum.

*De virtute, effectu, & nobilitate huius lau-
dabilis scientiæ, seu tincturæ
Philosophicæ.*

Est sciendum quòd antiqui sapientes, quatuor pri-
cipales effectus siue virtutes in hac gloriosa thesauri
arca, consolatrice & adiutrice scientia reppererunt.

Primò dicitur corpus humanum à multis infirmita-
tibus sanare, secundò corpora imperfecta metallica re-
staurare. Tertiò lapides ignobiles in gemmas quas-
dam preciosas transmutare. Quartò omne vitrum du-
cibile facere, siue malleabile.

De primo consenserunt omnes Philosophi: Quòd
quando lapis ematites perfectè rubificatus fuerit, non
solum facit mirabilia in corporib. solidis, sed & in cor-
pore humano, de quo non est dubium. Nam omnem
infirmitatem ab intra sumendo curat, ab extra sanat vn-
gendo. Dicunt enim Philosophi, quòd si datum fuerit
de eo in aqua, vel in vino tepido paraliticis, freneticis,
hydropicis, leprosis, curat eos. Alij sapientes dicunt,
quòd guttam rosaceam relidit sæpè vngendo. Hinc ve-
ro passio cardiaca, æthica, iliaca, cholica, ictericia, ac
morbi Aegidij tum epilepsis, & omnes species febrium
per eam curantur, sumendo plerunque. arterica per
eam curatur vngendo, & quicquid est in egroto stoma-
cho, hoc tollit, & omnem fluxum humorum peccantiũ
stringit & consumit potando vel vngendo, omnemque
melancholiam siue mœsticiam mentis ieiuno stoma-
cho sumpta repellit, omnè fluxum renaticum exsiccat.
Est etiam infirmorũ oculorum sanatrix optima. Nam
fluxum lachrymarum stringit, lipposos attenuat, rubo-
rem depellit, pellem vel tunicam delendo mollificat.

Tela, albugo, & hugo, cornu & vngula, cataracta, in-
uersio palpebrarum, astus, nec non tenebræ, inflaturæ
oculorum: hæc omnia per medicinam Philosophicam
facillimè curantur. Cor & spiritualia confortat potan-
do, dolorè capitis mitigat in tēporibus vngendo. Præ-
bèt etiam surdis auditum, & omni dolore aurium suc-
currit, inflaturis neruos compactos restificat vngen-
do, dentes corrosos restaurat lauãdo, fœtorè anhelitus

dulcorat. Sanantur etiam per eam omnia genera postematum vngendo vel emplastrando, aut puluerem siccum intermittendo. Ulcera, vulnera, cancer, fistula, noli me tangere, antrax, serpigines, impetigines, stramiones, scabies, pruritus, & tinea per eam sanantur. Cicatrices per ipsam planantur, ita vt caro noua regeneretur, vinum corruptum & acidum si permiscetur, reparatur: calculus inde soluitur si bibitur: venenum expellit sumendo: occiduntur etiam vermes: si impuleriscentur capilli sub villo sic per eam vngendo remouentur. Rugas in facie, aut omnes maculas delet vngendo, & faciem iuuenilem facit. Mulieribus in partu laborantibus sumpta auxiliatur, foetum mortuum emplastrando educit, urinam prouocat. Coitum excitat & auget, ebrietatem prohibet, memoriam inducit, humidum radicale augmentat, naturam vigorat, nec non multa alia bona corpori humano monstrat & ministrat. Quia hæc medicina est super omnes medicinas Hippocratis, Galeni, Alexandri, Constantini, Auicennæ, & aliorum doctorum omnium artis medicinae: præstantior in odore, sapore, virtute & affectu. Et est notandum, quod hæc medicina est semper medicina apothecæ ad morbum depellendum permiscenda.

De secundo scribitur, quod omnia metalla imperfecta transmutat: hæc enim transmutatio est satis manifestata. Nam omne quod est argenteum, facit aurum in colore, substantia, perseverantia, pondere, ductibilitate, liquefactione, duricie, mollicie. De tertio scribitur, quod lapides in gemmas præciosas transformat, vt dictum est supra. In libro Sextariae dicitur, quod iaspides, hyacinthi, coralli rubei & albi, smaragdi, chrysoliti, saphyri, ex ipsa materia formari possunt. Et in Carta sacerdotum traditur, quod ex chrystallo carbunculus siue rubinus aut topazius potest fieri per eam, qui in colore & in substantia excellunt naturales. His verò lapidibus, & alijs in quibus fuerit hæc medicina, præstat virtutem naturalem sua nobilitate, ita tamen, quod colores deputati ad ipsos admiscentur: nam omnem lapidem siue gemmam liquefacit & demollit.


De quarto scribitur: Quod vitrum reddit malleabile
in mi-

in miscendo quando liquefcit. Nam hæc medicina est conuertibilis in omnem colorem. Alia verò sunt experimenta artifici sagacius committenda.

Dicit Raymundus : Habet etiam potestatem dicta medicina rectificandi omne animal, & viuificat omnes plantas in tempore Veris, per suum magnum & mirabilem calorem : quia si de illa ad quantitatem vnius grani milij dissoluas in aqua, & illam mitteras in corde vnius vitis, ad quantitatem concauitatis vnius auellanae, art. ficiose nascentur folia & flores, & boni rami in mense Maij. & sic de qualibet alia planta facias: quoniam sic reputatur miraculum & contra concursum naturæ, propter hoc, quia tales ignorant potestatem talis rei, sed non est aliud quam purus calor naturalis infusus in suo humido radicali, & quia natura per suum instinctum appetit multum esse, ad plus profundum cuiuslibet elementi vbi operatur, in multiplicando calorem naturalem corporis in centro, cuius ipsa est ingressa. Ideo habet potestatem rectificandi omnes, & illam virtutem fixare in illis. Et hæc est probata medicina Philosophorum, quam omni inuestiganti fideli & pio volenti, præstare dignetur Dominus noster Iesus Christus, qui cū Patre & Spiritu sancto viuunt & regnant, Deus per infinita seculorum secula, Amen.

CORRECTIO FATVORVM,
TRACTATVLVS SATIS
perutilis & Autenticus.

Prologus in eundem.

 *V* Omnium rerum emendatio sit ipsius augmentatio: ideo in multis Philosophorum dictis scribitur, quòd per artem emendatur natura vltra suum motum, quem habuit in prima sua forma, cùm nulla ars laborare potest nisi mediante natura, cùm ipsa natura in arte intrinsecè & occultè labore per artificis administrationem. Ex hoc ses

quitur, imitationem naturæ virtutis esse augmentum & laborem, ipsiusque rei augmentationem: quoniam natura perficit suum gradum, quem naturaliter perficere potest, & illum præterire nequit, nisi per contrarium fuerit impedita, quamvis bene ars naturam non transcendit faciendo nouam naturam, per simplicem laborem. Et ideo dicitur quod ars imitatur naturam, non quod nouam ædificet, sed quod illius naturæ virtutem subtiliet. Propter quod incipit ars perficere, vbi natura deficit, subtilem scilicet naturam in re inclusam detegere, & ipsam manifestare. Ex quo nintera generat metalla, tincturas tamen generare nequit, quamvis bene tincturam plenam in se occultè continet. sicut ait Philosophus: Natura continet in se quibus indiget, & quibus perficitur, nisi quod moueatur arte, & operatione. Quare in nostro opere, ars nõ est aliud, quam adiuuamen naturæ, quod patet in multis artium operibus laicorum, vbi natura primò producit lignum: secundò vstio ligni per ignem vertitur in cinerem: tertio, ars de cinere facit vitrum, & hoc taliter est intelligendum. Si in cineribus ista prima materia vitri occultata non fuisset, ars nequaquam vitrum ex eo fecisset sine natura Physica. Et sic perpende, quod à nullis rebus elici potest id, quod in ipsis non existit. Ideo omnis species in sua specie, & omne genus in suo genere, & omnis natura in sua natura, naturaliter virtutis efficit augmentum, & affert fructum iuxta naturam suam, & non in alia sibi contraria natura. Cum omne semen suo semini correspondet, vt dicimus, quo ad generationem. Ergo non generatur ab homine nisi homo, nec ab aliquo animali, nisi sibi simile. Et quo ad imitandam naturam perfectam, non facit aliqua ars simpliciter laborans ministeriũ naturæ, nisi per illius naturæ complexionem. Quoniam si aliena natura peior introducitur, immediatè ars simpliciter non

citer non imitatur naturam. Sed illa peiores extraneæ naturæ inficiunt illam naturam, & statim non fit ex ea, quod fieri sperabatur. Quoniam omne peius laborans in aliqua arte nititur melius destruere: & omne melius laborans in aliqua arte, conatur peius perficere. Et ideo vnus cuiq; artificum naturam imitari volenti, necesse est illius rei naturam cognoscere, cuius rei naturam sua ars imitatur, aliàs fatuus ipse per artem veram dignoscetur.

DE UTILITATE STUDII.

Studium amouet ignorantiam, & reducit humanum intellectum ad veram cognitionem, & ad cuiuslibet rei scientiam. Ergo in primis est necessarium, per studium huius suavis operis scientiam acquirere, & per physica dicta ingenium acuerè, cum in ipsis sit cognitio veritatis. Si ergo laborantes studium non despexerint, fructum inde peruenientem dulciter degustabunt. Qui autem studere abhorruerint, & tamen laborare voluerint, videant an ars ipsius naturæ sit imitatio, quam ars ipsius emendare debet. Quoniam impossibile est ei, secreta Philosophorum ad perfectum finem præparare. De his sapientes dicunt, quod ij transeunt ad præcticam sicut asinus ad cænam, nescientes ad quid rostrum porrigant, nisi in quantum sensus exteriores sine intellectu per visum & gustum ad pabulum adducit. Sic ipsi asini, sine bonis veris principijs, & fructuosis studijs, ac sine naturarum cognitione, querunt perficere opera naturæ, & secretum totius Philosophiæ, ac opus optimum, quod hominem ornat moribus, ditat beneficijs, auxiliatur pauperibus, & corpus humanum incolume conseruat, præbens ei salutem, prout potest dicere de illius naturæ virtute. Et ideo omnes artis huius apicem diligentes, studijs conentur insistere, & ex libris haurire veritatem, & nõ ex mendocia

sis, aliàs nidosis, neq; fabulis fictis. Quia hæc ars non in-
uenitur nisi per continuum studium, & Philosophorum
dic̃torum cognitionem, aut per fidelem scientem infor-
mationem. Nam qui in legendis libris deses extiterit, in
preparandis rebus promptus esse non poterit. Item non
potest de facili practicæ assuescere, cuius mens studijs
theoricis renuit insudare.

DE PRINCIPIIS NA- TURALIBVS HVIVS Artis.

CAPVT I.

NON est dubitandum, hanc artem habere
principia vera, cum ipsa natura corpora
metallica format de mineralibus. Vnde A-
ristoteles quarto Meteororum, vbi distin-
guit corpora mineralia in lapides, sulphu-
ra, sales. Et horum quædam sunt raræ, superbe, & que-
dam illorū ductibilia, quædā non. Et quæ sunt illarum
rationes, & causæ earum generationis, patet ibidem.
Ideo non est necesse, plura hic de illis dicere.

Quot sunt partes mineralium.

CAP. II.

Distinguuntur corpora mineralia specialiter in duas
partes, scilicet in partem metallicam, & partem mine-
ralem. In partem metallicam: id est, in metalla quæ ori-
ginem ex Mercurio ducunt. Et in partem mineralem,
quæ originem ex Mercurio non trahunt. De metallis
exemplum, vt aurum, Luna, Mercurius, Iupiter, Mars,
Saturnus, electrum. De mineralibus exemplum, vt sa-
les, atramenta, alumen, vitriolum, arsenicum, auripi-
gmentum, de metallis quæ originem ex Mercurio du-
cunt. Sunt autem ductibilia & liquabilia omnia met-
alla, quæ originem ex Mercurio duxerunt: quia materia

corum

eorum est substantia aquea, mixta cum substantia terrea commixtione forti, vt vnum ab altero separari non possit: quare congelatur substantia aquea illa cum frigore magis post actionem caloris, & erunt ideo ductibilia seu fabrilia: & non congelatur sola aqua nisi cum siccitate terrestri, quæ alterat aquositatem, cum in ipsis humor nō est vinctuosus: quia congelatio eorū est siccitate terrestri, ideo faciliter non soluantur, nisi per actionem caloris vehementem in ipsis, secundum quod sunt fortius, ac fortiter commixta.

*Quomodo ex Mercurio generantur metalla
in speciali. CAP. III.*

Rerum omnium liquefactibilium natura ex argento viuo est & sui substantia, eò quòd propter idem argentum viuum coagulatur ex vapore, sine calore sulphuris albi vel rubei non vrentis. Vnde Aristoteles quatto Meteororum: Si sulphur albū non vrens fuerit, congelat Mercurium in argentum bonum. Si verò sulphur fuerit purum cum rubore claro, & in eo fuerit vis igneitatatis simpliciter non vrentis, congelat in aurum purissimum melius quàm minera produxit: quia omne siccum naturaliter bibit suum humidū, vt in suis partibus sit continuatū. Vapor ergo sulphuris argentum viuum coagulantis, est ex substantia terrea, subtili, aërea, decocta & digesta à commixtione prima, sibi vnita actione caloris, postea eleuata, decocta, & digesta, donec habeat vim sulphuream coagulandi argentum viuum in corpora metallica. Sed quando sulphur fuerit simplex vel adurens, perfectionem vel imperfectionem causat in metallis, sicut post patebit exemplum de his, quòd ipsorum prima materia sit argentum viuum: quoniam cum liquescunt, per calorē conuertuntur in ipsum. Certum est ipsa antea fuisse argentum viuum, quia omnis res de eo est, in quod resoluitur. Exemplum de glacie.

De generatione Mercurij & quæ metalla ex eo generantur. CAP. IIII.

Argentum viuum in prima sui radice est compositum ex terra alba, subtili, nimum sulphurea, cum aqua

clara fortiter admixta, donec fiat substantia vna non
 quiescens in superficie plana, nec ad hæret tangenti
 ratione siccitatis, quæ alterauit aqueitatem in ipso. Est
 autem homogenium in natura: quia aut totum remanet
 in igne & fixatur, aut totum euolat in fumum, cum
 sit incombustibile & aëreum. Et hoc est signum perfe-
 ctionis. Et ideo cum prius in terra sulphurea decurrit
 calefactum, superius ascendit. Vnde eius natura est,
 vt per calorem subtilietur. Verumtamē continua sub-
 limatione nimium depuratur, decoquitur & inspissa-
 tur, ac per sulphur album & rubeum gradatim conge-
 latur. Quandoquidē sulphur dissoluitur multoties, &
 prius coagulatur argentū viuum sublimatum, in certā
 caloris actione, donec vix in millib. annorū successiue
 opere naturæ in metallum perfectum coagulatur. Ex
 hoc quidem in vasis mineralibus ipsa natura operatur
 metalla. In istis ergo operibus, naturam imitari oportet
 quicumque vult medicinam perficere ab imperfe-
 ctione perfectam: licet ipsa corpora differant compo-
 sitione sua ab argento viuo, quæ ab eo generantur, eo
 modo quo ipsum fuerit purum, vel impurū, ex sulphu-
 re mundo, vel immundo. Si enim argentum viuum co-
 agulatur ex sulphure puro, in quo est vis igne citatis, sim-
 plex erit aurum. Si verò sulphur fuerit malū & debile,
 & Mercurius bonæ substantiæ, conuertit ipsum in æs.
 Si verò argentum viuum fuerit ponderosum, terreum
 & immundum, & sulphur immundum & foetidum ac
 terreum & fixæ substantiæ, fit inde ferrum, quod postea
 non facilliter funditur. Stagnum verò videtur habere
 argentum viuum bonum, sulphur verò malum non be-
 ne mixtum, ideo inter dentes causat stridorem. Plum-
 bum habet grossum argentum viuum, malum, mali sa-
 poris & foetidi, ac virtutis debilis, vnde assidue per i-
 gnis violentiā corrumpitur. Sic differunt corpora me-
 tallica ab argento viuo, secundum quod ipsis inest sul-
 phur extraneum vel adurens. Quod sic consideratur
 que virtus sit in ipsis, cum multa quantitas sulphuris est
 imperfectio, & multa quantitas argenti viui est in ipsis
 perfectio, cum argentum viuum sit incombustibile &
 aëreum, quoniam sulphur comburit & comburitur, &
 perfe-

perfectum in omni opere impedit. Hæc sunt verba Aristotelis quarto Meteororum: Non est credendum quod Philosophi in aliquo mendacio reperti sunt: ergo ipsis summè est credendum.

De formatione mirabilium quæ originem ex Mercurio non ducunt. CAP. V.

Sunt autem minora seu media mineralia secundum quod dictum est, quæ originem ex Mercurio non ducunt. Et horum quædam sunt sales quæ liquefiunt humido faciliter, ut alumen, sal simplex, sal armoniacum, sal lapideum, & omnia genera salium. Et quædam sunt virtuosæ, nec liquefiunt solo humore faciliter, ut auripigmentum, arsenicum, sulphur, cum aqueitas sulphureorum corporum est commixta cum terra viscosa, commixtione forti cum feruentia caloris, donec facta sunt virtuosæ, & prius coagulata sunt ex frigore. Atiamenta verò composita sunt ex sale & sulphure & lapidibus, & creditur in ipsis vis mineralis aliquorum corporum liquabilium, quæ ex eis fiunt, ut calcantium, & olocari ager: qui generantur ex maioribus granis atramenti, & non solvantur, nisi solvatur salsedo cum ipsis quæ est in ipso sulphure, & prius congelantur in frigore. Et illud iam accipit vim mineralem ab aliquibus corporibus, naturaliter in terris existentibus. Quod accipit vim ferream, erit tubicum & terreum, sicut olocar. Quod autem vim accipit æream, hoc erit vinde calcantium. Vnde possibile est ista duo, scilicet olocar, & calcantium ab ipso generari, cum tamen hæc omnia prædicta participant in vi minerali cum metallis. Sed corpora metallica ex ipsis artificialiter fieri non possunt, cum sint alterius naturæ, & cum metallis ex prima materia propinqua, scilicet cum Mercurio originem non duxerunt, sed ex argento viuo. Non nego quin cum ipsis metalla possunt purgari aut dissolui, vel forma sophistica per ea introduci, ad decipiendum homines, propter quod plumbi nigredo abstergi potest, verumtamè plumbum, semper manet plumbum. Sic artifices possunt facere congelationes per ea: id est, extrahere humidum ex Mercurio cum rebus siccis, ut videatur Mercurius coagula-

tus, sed illa coagulatio est pessima. Vnde Aristoteles: Sciant Alchimistæ, se species rerum permutare nō posse, sed similia illis facere possunt: id est, tingere rubeum citrino, vt videatur aurum, & albū tingere colore quo volunt, donec fiat multū simile argento: vbi qui coniungunt stannum, cuprū & Mercuriū, & inde faciunt argentū sophisticum. Et sit etiam purgatio per mineralia in metallis, & non est impossibilis, & contra hæc non fiat ratio, sed cōtra verum aurū & argentum, quod nequaquā in natura & arte fieri cōceditur, nisi per corporum in primā mater ā reductionem. Sic species rerum transmutari possunt, vt prius Aristoteles subdit. Et hoc non fit per solam liquefactionem, sed per congelati Mercurij resolutionem, cum sui spiritus admixtionē corpus in Mercurium transformatur.

*De differentia generationis sulphuris vulgi,
& simplicis & Mercurij.*
CAP. VI.

Cū dictum sulphur causans metalla, est elementum metallorum cum Mercurio, nunc pono differentiam in Mercurij generatione, & sulphuris, licet bene ex vtraque parte causent metallum, scilicet Mercurio essentiali, & sulphure ex parte accidentali. Tamen illud sulphur adhuc est duplex, viuū scilicet & vrens. Viuū causat metalla, quamuis adhuc bene differunt vnum ab alio, secundū quod plus existit viscositate terræ infectum, cū tamen sulphur simplex viuū, causans aurum & argentum, non est nisi vapor calidus & siccus, generatus ex purissima siccitate terrestri, in qua omnib. motibus prædominatur ignis, & illud dicitur elementum cum Mercurio metallorum. Sed generatio sulphuris vulgi, differt ā generatione Mercurij, vt supra dictum est: quia aqueitas sulphuris vulgi, est commixta cum terrestreitate viscosissima, cum feruenti calore, & facta sunt vnctuosā. Sic generatio Mercurij differt in parte secunda ā generatione istius sulphuris, cū sit generatum ex terra subtilissima, alba, sulphurea, cum limpidissima aqua, quoniā transpareat admixtionē fortissima, ita quod vnum ab alio separari non potest donec non

nec non quiescat in superficie plana, nec adhæret tan-
genti propter siccitatem terræ, quæ alteravit aqueitatē
ratione fortis commixtionis, & ideo est elementum cū
sulphure simplici omnium ductibilem, vel prope si-
mîle est aliquibus ductilibus. Et ideo propter con-
cordantiam aliquo modo ipsorum in generatione cō-
mitcetur sulphur Mercurio, & vnum alterat in natura.
Quare vnum quodque corpus metallicū in se sulphur
expresè habere dignoscitur, cū liquefit calore ignis,
ibi apparet Mercurius, & sulphur Mercurius in substan-
tia, sulphur in colore, & in cute rubea superius natan-
te. Sic proprium est vnius, quod sit adherentia alterius,
cum vnum sine alio in metallum generari non potest.
Et in quantum sulphur est magis simplex, in tantū ma-
gis gaudet & cohæret Mercurio simplici & mundo, ac
fortius cum altero coniungitur, & sic perfectiora tunc
ex ipsis generantur metalla.

Questio.

Cū generaliter Philosophus loquatur, quòd sul-
phur coagulat, dicendum quod non. Quia omne sul-
phur vulgi secundū Philosophum, metallis est extra-
neum & contrariū. Auicenna: Non intrat in magisteriū
quod non est ortum ab eo. Quia semper inficit & deni-
grat, & corrumpit, quocunque modo per artificium
præparetur. Est enim ipsum, ignis infectus, ergo fusio-
nem impedit. Si verò calcinatur, in terram redit sub-
stantiam, vt puluis mortuus. Quo ergo modo potest a-
lijs vitā inspirare? Habet enim duplicem superfluitatē,
scil. inflammabilem substantiam, & terream sæculen-
tiam: Igitur per hæc considera sulphur vulgi non Phi-
losophorum esse, cū sulphur Philosophorum sit sim-
plex ignis viuus, alia corpora mortua viuificans, & ea
maturans, ita quod naturę def. etū supplet, cū ipsum
sit superflue maturitatis, secundū quod in natura sua
sit perfectum, ac per artificium magis ac magis depura-
tum. Vnde Auicenna: Tale sulphur non reperitur su-
per terrā, nisi in quantum exit in istis corporibus Sole
& Luna, & in alio, quod est illud, quod nulli dicitur,
nisi ex parte Dei sibi reueletur. In Sole autē perfectius:
quia magis est digestum & decoctum.

Quomodo possibile sit minora metalla, artificialiter fieri metalla. CAP. VII.

Sed quia in præcedenti capitulo determinatum est, minora metalla artificialiter impossibile fieri metalla, propterea hic restat fore probandum. Primo sic: quia minora metalla de prima metallorum materia, quæ est Mercurius, non sunt generata: quia generatio eorum cum generatione Mercurij in primis differunt in forma, in natura, in compositione, ideo etiam fieri metalla non possunt: quia rerum vnius speciei, vna est materia prima, & sperma ex quibus generantur.

Prima pars antecedentis patet, quod minora metalla non sunt generata ex Mercurio, quod est causa, quia semper manet in prima materia metallorum, & non extraneam sulphura. Vnde Aristoteles & Auicenna: Ideo si deberent fieri metalla, oporteret quod primò transirent in primam materiam metallorum. Sed quia artificialiter hoc fieri non potest, ideo minime ex eis metalla fieri possunt. Sic patet prima pars, antecedentis satis declarata.

Secundò ad idem: Quia minora mineralia principium metallorum artificialiter fieri non possunt, quod est Mercurius: ideo etiam medium & finem non pertingunt, quæ sunt metallum, & tinctura quam tenet: quia nutrimentum in homine per generationem non potest fieri homo, nisi prius conuertatur in sperma, & sic additum suo simili nouus generatur homo. Sed quia minora metalla à metallis sunt extraneæ naturæ, quamuis bene in aliqua vi minerali participant, & debilioris sunt virtutis, & adustibilia, ideo natura metallica eo non gaudet, sed respuit, & seruat ea quæ sunt suæ naturæ. Exempli gratia: Si aqua miscetur terræ, separantur ab inuicem, quia terra petit fundum cum sit grauis & sicca, aqua superficiem, & nequaquam artificialiter sic possunt coniungi, quod istæ naturæ contrariæ stent in vna natura coniunctim. Bene quidem aqua potest abluere & mundare terram, sed quod siccitas terræ artificialiter mutetur in aqueum humidum, credi non debet, licet terra madescat aqua. Sic minora mineralia possunt
coniun-

coniungi cum metallis, & ea purgare, & aliquo modo nouam formā introducere, sed cum ipsis permanere, & illud immaturum maturare, natura non concedit. Quare fatui, vt diuersa negocia & tophistica, ad decipiendum homines adducunt. scilicet res improporcionabiles, quæ nec materiam dant, nec eam etiam recipiunt: scilicet secundinas, oculos animalium, testas onorum, crines, sanguinem hominis rufi, Basiliscum, tam artificialem quàm naturalem, vermes, herbas, radices, stercus humanum. Multi enim fatui laborauerunt, & adhuc laborant in his rebus vegetabilibus & sensibilibus, vbi nihil tamen veritatis inuenerunt, sed quasdam humilitates, de quibus indicamus inscijs, vt euitare possint deceptiones. Nam ex his rebus postea dicendis, longo tempore extraxerunt quod appellabant argent. viu. artificiale, & olea, & aquas, quas nominauerunt quatuor elementa, videlicet aquā, aërem, terram, & ignem, & salcm armoniacum, arsenicum & sulphur, & auripigmentum, quod emissent melius in foro, & citius perfeccissent. Quæsierunt etiam in rebus vegetabilibus & sensibilibus, humore carentium, & siccorum combustibilium & corruptibilium tincturam, quam non habent. Hi verò damnificati sunt damno apparenti. Et istæ sunt rationes: Capilli humani, cerebrum, sputum humanum, lac mulierū, cruor humanus, vrina, stercus, embrio, menstruum, & sperma, ossa mortuorum, oua gallinarum, & simpliciter in omnib. animalibus brutis, piscibus & volatilibus, vermibus, & carnibus, scorpionibus, bufonibus, basilisco naturali & artificiali, in quo maxima trusa est. In testudinibus, & succis quorundā herbarū, & floribus arborū, & specialiter in his, videlicet herba lunari & solari, quæ dicitur toxicum, & in omnibus in quibus finxerunt nomina ad placitum suum, secundū metalla decipientes se & alios, volentes cū pessimis rebus optimam perficere, & naturæ defectum cum talibus adimplere, in ijs nullam virtutem imaginantes veraciter, nec scrutantes, volentes stercus seminare & metere triticum, quod viui videtur impossibile. Vnde dicitur: Si quæ homo seminauerit, hæc & metet, Ergo si stercus faminat, merdā quoq;

& meret. Quare non est mirum quod vix vnus inter mille, aut nullos de talibus perficit. Semina aurum & argentum, & afferet tibi fructum millesimum, cum labore tuo, mediante natura: quia ipsa solū habet quod quæris, & nulla alia res mundi, cum alia omnia vt fœtida, & naturæ cedunt per ignis assiduitatem, & examen. Sunt & alij Alchimistæ in mineralibus minoribus laborantes, scilicet quatuor spiritibus vt in sulphure vulgi, arsenico, auripigmento, & sale armoniaco, volentes ex his tincturam perficere, sed hoc facere non possunt, vt patet per diffinitionē tincturæ. Quia tingere non est aliud quàm tingendo tinctum in naturam suam transformare, & secum sine vlla transformatione permanere, & docens naturam contra ignem præliare. Nam tingentis & tincti natura concordat. Exempli gratia: Si ex auro vel argento tinxeris plumbum, vel stannū, vel aliquid aliud tale, hoc concordat in naturis: quia originē ex vtraque parte ex Mercurio duxerunt, maturum immaturo coniungitur, vt immaturum secum in tali via perficiatur. Sed cum isti quatuor spiritus sint alterius naturæ cum metallis, vt sufficienter prius dictum est: ideo si tingere debent, quæro vtrum debeant conuerrere, vel conuerti? Si conuerti, tunc tinctura non est, vt patet per diffinitionem. Si conuerrere, ergo tingendo cōuertit in suam naturam quæ est terrea, natura metallicæ naturæ extranea, ideo metallum tingendo facere non possunt. Quia autem tingendo conuertit in suam naturam probatur: quia omne generans generat sibi simile. Sed quia hic unctura quatuor spirituum generans est, tertia igitur generabit sibi simile, quod est terreum sicut ipsum. Sic & istam tincturam & omnem aliam quæ non inuenitur in proprietate naturæ despicias cum alijs vijs extraneis: quia in ipsis non est aliud quàm rerum consumptio, temporis perditio & laboris, cum omnia alia apparentia sunt, & non existentia metalla, quæ per minora mineralia vel consimilia fuerint laborata. Ergo stultum est quærere in re, quod in ea non est, & cætera: vt in rebus fœtidis & vstibilibus

quærere aurum & argentum, &c.

Itemm

*Iterum de sulphure Philosophico simplici non
vrente. CAP. VIII.*

Philosophi subtiliter sunt imaginati, quomodo in istis corporibus perfectioribus sulphura illa elicere possent, & ipsorum qualitates per artem purgare, ut hoc haberent in arte, mediante natura, quod in ipsis antea non apparuit, quamvis plenarie & occulte prius haberent. Et hoc nequaquam fieri concedunt sine corporis solutione & in primam materiam reductione, quod est argentum viuum, ex quo facta sunt ab initio, & hoc absque vlla permixtione rerum extranearum, quæ extraneæ naturæ lapidem nostrum non emendant, quoniam nihil conuenit rei, nisi quod propinquius est ei, cum sit medicina simplicis ac virtualis naturæ, ex aqua mercuriali producta, in qua aurum & argentum prius sunt soluta. Exempli gratia: Si glacies ponitur in aquâ simplicem, soluitur in ea per calorē, & redit in primam substantiam aqueam, & sic aqua tingitur ex virtute etiam occulta quæ fuit in glacie. Si autem glacies non resoluitur per calorē in aquam, non coniungitur aquæ in qua iacet, nec illam aquâ tingit sua virtute quæ in ea antea coagulata fuit, ex parte specierum. Sic eodem modo si corpus non resolveris in Mercurium, cum Mercurio occultam virtutem ex eo habere non potes, scilicet sulphur digestum & decoctum per opus naturæ in minera. Sic enim lapis est vnus, vna medicina, quæ secundum Philosophos dicitur Rebis ex bina re, scilicet ex corpore & spiritu albo vel rubeo, in quo multi fatui errauerunt.

*Quomodo sulphur rubeum est in Sole, & album
in Luna. CAP. IX.*

Cum dictum sit quod sulphur Philosophorum rubeum existat in Sole, per maiorem digestionem, & sulphur album in Luna per minorem digestionem. Vnde Philosophus: Citrinatio non est aliud quam completa digestio. Nam calor agens in humidum, primo generat nigredinem, & agens in siccum causat albedinem: quâ albedinem ignis, si transcendit agens in eo, mutat in

purissimam citrinitatem. Hæc omnia in calcinatione
 plumbi attendi possunt. Etiam dicit Philosophus: Quia
 iam a ctu vnumquodque perfectorum corporum suum
 bonum sulphur cum Mercurio cōtineat, scilicet aurum
 aureum, & argenteum. Ideo sulphur album per citri-
 num est aurum. Quamobrem sulphur in eo est sulphur
 rubeum: id est, ignis substantia, qui hoc album plus di-
 gessit. Et sic sulphur album & rubeum ex vtraque parte
 existit in Sole. Quare ignis est perfectio eius, & in igne
 generatum est. Et ideo amicabiliter gaudet natura suæ
 igneæ naturæ. Vnde aliquæ res extraneæ hoc in corpo-
 ribus causare non possunt, cum ars non sit aliud me-
 diante natura, nisi decoctio & digestio illius naturæ
 per simplicem laborem. Exempli gratia: Mane cum sur-
 go, & video urinam meam albam, iudico me parum
 dormiuisse. tunc repono me iterum ad dormiendum, &
 accepto somno, urina citrinatur. Et hoc propter maio-
 rem digestionem caloris naturalis in me existentem.
 Sic sequere naturam per artem, similiter decoquere, di-
 gerere, maturare substantialiter, cum iam in actu natu-
 ra cōtineat in se ignem naturalem quo maturatur. Hoc
 alix res non habent, ideo dare non possunt. In Luna
 non est nisi sulphur album simplex, non tamen dige-
 stum sicut rubeum, nec sic a nigredine priuatum per a-
 ctionem caloris, quem in se naturaliter continet. Sed
 ignis species est obtecta & occultata, agens in ea plus
 per artem quam per naturam. Et ideo non est impossi-
 bile quod ars mediante natura hoc plus digerat & per-
 ficiat, cum naturaliter intendat perfici, sed per se non
 potest, nisi moueatur arte & operatione. Sed isti labo-
 res, vt credo, non perueniunt ad hominem duræ cerui-
 cis. Et ideo non fit verum aurum, nisi fiat ita digestum
 & decoctum, vt melius melioret peius. Quia omnium
 Philosophorum intentio est, cum meliote peius perficere.
 Quod fatui contrariè intelligunt: quia cum peio-
 re melius perficere nituntur. Et hoc querunt in re, quod
 nunquam fuit in illa, scilicet aurum & argentum
 in rebus adustibilibus, vt supra
 dictum est.

Quod

*Quod in alijs ægris corporibus non est utile hoc
sulphur querere, quia ibi non est.*

C A P. X.

Quæri non immeritò potest, vtrum ex alijs ægris corporibus, hoc sulphur album & rubrum ad tingendum Mercurium elici possit: Dico quòd non quia priùs dictum est, quòd non est aliqua res maioris temperantia, quàm in istis duobus corporibus reperitur, quibus insunt radij tingentes, cum priùs dictum est, quòd ægra corpora in se contineant sulphur fœtidum & adustibile, & non virtualis naturæ, sicut in istis, &c. Cum omnis ars non valeat, nisi præhabita natura, quæ sequatur. Posses tamen cum minoribus mineralibus purgare metalla, quibus purgatis tamen adhuc non habent auream & argenteam naturam in se, quia digestio & decoctio aurea non fuit in illis, sicut in alijs, nec sulphur ita maturum. Et ideo ipsis immaturis succurrendum est cum maturis vt maturentur. Igitur non tingunt sed tinguntur, quia tinctura auri & argenti proportionabilem naturam habet cum ipsis scilicet immaturis vel imperfectis, quia originem ex Mercurio traxerunt. Ex his manifestè patet quòd minora mineralia tingere nõ possunt, quia corpora metallica imperfecta, quæ non conveniunt cum auro & argento ex parte Mercurij maturi, tingere non possunt, nec naturam auri vel argenti infundere. Et ideo non est tingendum nisi cum illis quibus inest virtus tingendi. Tinge ergo cum auro & argento, quia aurum aureū tribuit colorem & naturam. Quare omnia alia despicias, quibus non inest virtualiter seu naturaliter virtus tingendi, cum in ipsis non sit fructus, sed solùm perditio rerum & stridor dentium.

*Quomodo aurum curet infirmitates hominum
& ægra corpora metallorum.*

C A P. XI.

Cum autem inter vulgares & Philosophos aurum formam teneat, quod in prima sua dispositione manens, lepram curet, & plures alias virtutes habeat: hoc autem est propter eius completam digestionem, quia excel-

lentia ignis in eo agens, omnes malos humores confu-
 mit in corporibus ægris existentibus tam ex causa cali-
 da quam frigida. Sed hoc argentum facere non potest,
 quia tantam superfluitatem ignis non habet, nec tan-
 tum est digestum & decoctum naturali maturitate. Ta-
 men isto non obstante, igneitate occultè & virtuali-
 ter habet, sed non ita plene, quia adhuc ignis non facit
 tales qualitates elementales sicut in auro. Et ideo ar-
 gentum in sua prima dispositione manens non curat
 lepram ita potèter, nisi prius per artem digeratur, quo-
 usque habeat gradus summos auri in omni maturitate:
 quare alia ægra corpora metallica minus curant infir-
 mitates, secundum quod magis differunt in imperfe-
 ctione & maturitate ab eis, & ex defectu sulphuris in-
 fecti, & fœtidi, & vrentis, ex quo, generatione & coa-
 gulatione sua facta sunt ab initio, & ideo non curant.
 Cum ergo aurum tanti vigoris sit apud vulgares, &
 hoc in sua prima dispositione manens, quare non mi-
 rum, sicut expertum est, si aurum in medicinis per artis
 ministerium sequentis naturam redigatur, & eius vir-
 tus subtilietur per digestionem decoctionis, & qualita-
 tum purgationem, quod multas seu omnes ægritudi-
 nes habeat tunc curare. Quod patet per Arnoldum de
 Villa noua peritissimum medicum, qui dominum In-
 nocentium Papam cum hac medicina ab infirmitate,
 cæteris medicis incurabilem liberauit. De senescite facit iu-
 uenem, & reuiuiscere facit, seruat sanitatem, corrobo-
 rat naturam, & omnem ægritudinem corporis expellit:
 venenum à corde declinat, arterias humectat, contenta
 in pulmone dissoluit, breuiter totum corpus habile
 reddit. Est ita preciosum quod nullus habet exsoluere,
 & ita rarum quod nullibi poteris reperire: ergo, &c.
 O fœlix scientia cum sciente, qui eam habet, incompa-
 rabilem thesaurum possidet, in salubri constellatione
 natus est, & in hoc seculo super omnes ditatus, coram
 Deo & hominibus honoratus: quia non per vsuram &
 fraudem vel falsis mercimonijs, & pauperum spolia-
 tionem, nec per subditorum oppressionem, sicut iam
 potentes Mundi ditantur: sed per laborem manuum &
 industriam ingenij hic thesaurus acquiritur: ergo bea-
 tus. Phi-

tus. Philosophi veritatem cognouerunt, ideo eam scientiam posuerunt super naturæ motum, & modum eius imitantes, nunquam aliquis Philosophus repertus est mendacium posuisse, licet obscure locuti sint. & hoc propter eius nobilitatem fecerunt. Aliqui scribunt in libris suis mendosis & altercatis. Caue tibi ab odore eius, ne te interficiat. Ecce qualis medicina & contrarietas, quæ cum sanare debet, inducit mortem. Non est mirum, quod res intoxicatiuæ ex venenis compositis, hæc facere possunt. Videte fatui quomodo vestra opera differunt ab opere naturæ. Quare fatigamini in huiusmodi rebus altis ad quas venire non potestis taliter laborando, nisi miraculosè eueniat, vt accidit beato Ioanni, qui de virgultis fecit aurum. Dico vobis qualis est medicina, tale fit & aurum. Cum res fœtidas seminatis, merdam metetis. Reuertimini ad viam veritatis propter vosmetipsos. Consulo vobis studere, dicta sapientum reuoluerè, ex quibus veritatem elicite, non casualiter ad opus accedite. Non aduertatis Recipe recipe, hoc & hoc, nescio quid, & factaliter, nescio qualiter. Instrue me hoc, & ego docebo te illud. Sic deceptus alium decipit, & sic totus Mundus per tales est defraudatus. Cæcus enim si cæco ducatum præbeat, ambo in foueam cadunt. Vbi enim videris, recipe, cogita quod significet decipe, mutato r in d.

*Quæ particularia sunt perficiuntur in hac
arte. CAP. XII.*

Vniuersaliter omnibus intuentibus ad quos præsentis deuenierint sermones, declaro. Quia in totius artis serie non sunt nisi duo particularia, quæ particulariter perficiuntur secundum Philosophos & naturam. Primum particulare, tam in albo quàm in rubeo existit in Mercurio, sine administratione medicinæ perfectæ. Quamuis bene corpus cum quo perficitur in se occultè ipsius tincturam continet, veluti natura requirit.

Primum, quod in eo particulariter perficitur ex utraque specie rerum est illud. Cum Mercurius ex prima materia omnium metallorum compositus ex terra nimum alba, sulphurea & aqua clara. Et ideo, albedo

terræ transparet limpiditatem aquæ, & est color in eo
 albiſſimus, vt docet experientia. Et continet in ſe ſul-
 phur bonum, maturum & mundum; tunc poſſibile eſt
 ex eo particulariter fieri Solem & Lunã. Philoſophus:
 Admiſceatur per artificium alijs corporibus metallicis:
 quia eſt de natura eorum, & ipſa generata ſunt ab eo.
 Et ideo per artificium fieri poteſt, vt imiteretur naturam
 digeſtam in illo, vt cum eis perficiatur. Et ſic quibus cõ-
 plectitur metallis fit ſimile illis, ſine aliqua admixtione
 extranea: Cũ ſimpliciter natura gaudet ſuæ naturæ,
 & non per aliquod extraneum. Sed cum Sole fit Sol:
 cum Luna Luna: cum Venere Venus, &c. Cũ vnũm-
 quodq; mittit in illud vim ſuam, & etiam quia in ſe cõ-
 tinet ſuum ſulphur bonum & immaturum, quod per ar-
 tem maturatur. Quare alia metalla coagulata & infecta
 per ſulphur a duſtibile particulariter ſicut ipſum, Sol &
 Luna fieri non poſſunt. Prima ratio eſt: Si enim Mercu-
 rium transformarent, & admiſcerent cum Sole & Lu-
 na, tunc ipſorum Mercurius haberet in ſe illud præha-
 bitum ſulphur malum. Et ſi purgaretur, tunc in tantum
 purgari non poſſet, quòd reduceretur in Mercurium,
 ſicut ante talem ſimplicitatem. Nec etiam poſſet cor-
 pus per Mercurium in eodiffolui. Et cũ diſſolui non
 poſſet, tunc etiam vim ſeratam in illud mittere nõ poſ-
 ſet, ſed naturalis ex vtraque parte ſeratis, vnũmquod-
 que in examine ab altero ſepararetur, cũ in ſe non
 haberet naturam perfectam occultè, cum qua proprie
 per ipſorum ſolutiones perficere poſſent. Sed cum ſem-
 per ipſis neceſſarium ſit, mediante arte, vt alia corpora
 perfecta ipſis ſubuenirent cum ſua natura, quæ natura-
 liter eſt perfecta. Secundo ſi inſoluta adiungeretur cor-
 poribus perfectis, minus aurum & argentum fieri poſ-
 ſent, cũ naturaliter per congelationem ex vtraq; par-
 te naturæ earum ſerata ſunt, & cum non eſt medium a-
 periens illas naturas, admittendum vnã vim in aliam,
 tunc coniungi non poſſunt coniunctione naturali, ita
 vt redeant in Mercurium, quæ ex vtraq; parte per origi-
 nem duxerunt, & ideo per vehementiam ignis ab inui-
 cem ſeparantur per combustionem naturæ imperfe-
 ctæ, vt bene cernitur. Ideo cũ coniungere volueris;

facias

facias Mercurium per Mercurium, qui dissoluit & aperit naturas separatas, vt simpliciter vnum possit transire in aliud, & perfectum mittere vim in imperfectum, vt secum perficiatur. Et isti sunt labores viæ particularis. Et sic particulariter aurum & argentum fieri possunt. Non quod Mercurius crudus dissoluit corpora, & reducit ea in primam materiam suam siue naturā: Sed Mercurius corporum hoc facere non potest, & hoc propter cruditatem sui sulphuris, quam in prima sua generatione habuit. Sed Mercurius crudus ex aqua clara ab initio factus, ille crudum semper appetit corrodere, & primo quod suæ naturæ vicinior est, scilicet aurum & argentum, &c. Sed alter Mercurius ex corporibus congelatus hoc facere non potest: quia per congelationem illud crudum sulphur, quod antea fuit in eo, est alteratum in natura, non corrodit sicut primum, nec se ratum aperit. Et ideo vna vis non mittitur in aliam, sed vnumquodque per se manet. Bene quidem fluctualiter sunt coniuncta, sed naturaliter ex vtraq; parte sunt serata. Quare per examen, & asperitatem ignis imperfectum comburitur, perfecto manente: quia vna natura alteri succurrere non potest. Sed cum argento viuo crudo hoc facere potest, scilicet naturas referare & aperire, vt vnaqueque res vicina, sit suæ naturæ adiuuamen. Ideo si dissoluitur argentum, inueniet argenteam naturam: & si aurum, inueniet auream: si plumbum plumbeam, &c. per ipsum sulphur congelatur. Vnde Philosophus: Sed non alia corpora quæ suam naturam non participant sicut tu quartz in multis foetidis rebus & immundis. Et ideo particulariter possibile est ex vtraq; parte ex eo fieri aurum & argentum, & in alijs corporibus non, vt audiisti.

Nora, duplex est solutio corporum in Mercurium, per Mercurium, & in aquam Mercurialem: Prima solutio requiritur ad particularia: Secunda ad vniuersalia.

Prima solutio corporum in Mercurium non est alia, nisi resolutio: id est, per solam resolutionem seratum aperitur, propter ingressum naturæ vnius in aliam, & ista resolutio est in particularibus.


Secunda solutio est in aquam Mercurialem, & fit vni-

uersaliter. Et illa fit, non per solam dissolutionem sulphuris immaturi in Mercurium, sed per putrefactionem corporis & spiritus in humido. Cum putrefactio omnium naturarum ad inuicem ligatarum est solutio & separatio. Et sic partes ligatæ ab inuicem separantur, & vnaquæque pars ab alia: & hoc fit per separationem & solutionem elementorum, quæ in generatione Mercurij sunt connexa, scilicet aquæ & terræ. Et eædem partes dum purgantur in natura per conuersionem coniunguntur, & plus se diligunt propter eorum mandificationem, quàm antea in natura. Sed hæc separatio fieri non potest in corporibus nisi per spiritum, sic ars transcendit naturam in vna via, licet artificialia bene subito fiant, quæ tamen antea naturaliter proluxa fuerunt. Non tamen credas, quòd hæc sint elementa vulgaria, scilicet aqua nubis vel consimilia. Sed frigidum & siccum terra, frigidum & humidum aqua, humidum & calidum aër, calidum & siccum ignis. Et sic sunt in naturis elementorum. Tamen nequaquam ars potest partes connexas in generatione ita separare, quòd simpliciter in elementa quæ fuerunt transmuentur, cum prima natura vnã qualitatem mutauit in aliam, taliter ars separare bene potest, vt humidum à sicco, frigidum à calido. Sed tamen vnã qualitas adhuc de naturali commixtione possidet naturam alterius in aliqua parte, & per hæc possunt per artem viceuersa coniungi, sicut diuisa sunt. Si illud non esset, quòd vnã qualitas participaret naturam alterius, scilicet aqua naturam terræ in frigiditate, aër naturam aquæ in humiditate, & sic de cæteris. Tunc sequeretur, quòd naturale opus esset totaliter destructum, cum simplicissima essent elementa sicut antea fuerunt. Ante Mercurij generationem ars destruxisset naturam à capite incipiens, scilicet ab auro & argento, vsque ad principium: id est, argentum viuum. Et vltra ista principia simplicium elementorum, secundum quòd antea fuerunt, ante Mercurij generationem: ita remotè in arte est impossibile. Si esset possibile, tunc sequeretur, quòd de nouo extra primam materiam Mercurium metallorum, ars componeret elementa, & viceuersa ars generaret Mercurium

rium sicut destruxit, quod impossibile est artificialiter fieri. Bene quidem ars destruitur à capite vsque ad pedes: id est, Mercurium à pede ædificans vsque ad caput in subtiliori forma cum substantia naturæ, quæ antea fuit, ars concedit. Sic diuiduntur species rerum cum in aliam formam quàm antea fuerunt, transmutantur. Vt testatur Philosophus, dicens: Sciant artifices Alchemiæ species rerum permutari non posse (quod quidem verum est) nisi in primam materiam transmutentur vel conuertantur: id est, in argentum viuum. Et ultra hoc non consulit. Secus fieri est impossibile.

LIBER DE ARTE CHIMICA INCERTI
Authoris.

DE GENERATIONIBVS
Metallorum in Visceribus Terræ.
CAPVT I.

 M N I V M rectè Philosophantium eadem est opinio atque sententia: cuncta Metalla vapore sulphuris ac argento viuo generari. Quoniam cum pinguedo terræ calefacta, aquæ substantiam adinuenerit aliquantulum globatam, eandem tum virtute naturali, tum corporum cœlestium radijs atque conatu cœli, secundum puritatem aut impuritatem vtriusque, aurum, argentum, cuprum, stannum, ferrum & plumbum, corpora illa speciosissima in venis terræ consolidauit.

De natura & arte. CAP. II.

Sunt autem duæ in hac Mundi testudine causæ effectrices, natura & ars. Natura quotidie nouas producit res atque generat: Ars verò illarum rerum similitudines per conceptum in se imprimens, naturæ vestigia lineationesque miro modo profequitur. Ita vt si ingenium hominis in quibusdam aliquando non opitule-

tur, ipsam naturam ab operatione sua palam esse defecisse. Ars etenim naturam, adiuumento naturæ nonnunquam corrigit, supplet, & quodammodo (præsertim in hac magnifica mineralium rerum diatribè) superare videtur. Quod à priscis illis Philosophis iam dudum in memoriam est consecratum. Duo sunt Philosophorū genera. Quidam naturam duntaxat per se inuestigantes, virtutem ac potentiam quam habent res sublunares, tum ab elementarijs qualitibus, tum à cælo & stellis, literarum monumentis tradidere, vt sunt Medici: Et quidam alij, qui animantium naturas, arborum, herbarum, metallorum & lapidum preciosorum descripserunt. Alteri longè quidem splendidiores, non solum naturam, sed ipsum denique naturæ arcanum, eiusque penitiora adyta, sagacissimè ac argutissimè penetrantes, veriori vocabulo Philosophi nomen sibi usurparunt. Sed quia natura ex duobus sulphure & Mercurio cuncta producit metalla, nobisque superiora corpora ex eis generata cum inferioribus reliquerit, certum est, diligètes eadem ex tribus suis operationibus conficere, & inferiora corpora ad naturam & perfectionem corporum superiorum deducere posse.

Refellit opinionem quorundam in hac arte, & ponitur ars Philosophica verbis paucissimis.

C A P. III.

Et quoniam apud plerosque Philosophiæ studiosos concessam est, ipsa metalla sulphure & Mercurio generari, arbitrati sunt nonnulli, sulphur & ☿ cum sint metallorum radix & materia, accipi debere, & tantisper decoqui, donec in corpus metallicum essent conglutinata. Isti quidem si profundius in naturæ sanctuariū descendissent, ad huiusmodi stolidas opiniones neutiquam deuenissent. Quamuis enim sulphur & ☿ quodammodo metallorum radix ante primam coagulationem fuerint, modò tamen non sunt, cum ad aliam naturam sint deducta: vnde relinquitur, ex ipsis non posse fieri aliquod corpus metallicum. Cum item ignoretur vinculum, quo Venus & Mercurius in debita proportione

portione coeant. Quare nō sunt accipienda ea, sed potius id, quod ex ipsis in ventre terræ est plenè decoctū, & illud quidem purissimum: cuius simile comperies in natura vegetabili. Manifestum est cunctas arbusculas, flores & herbulas, ex aqua & vnione terræ subtilis progigni. Et si arborem aut herbam producere coneris, nō terram aut aquam capies: sed potius id quod ex ipsis est, veluti, surculum aut semen, quæ terræ omnium parentis gremio commissa, & suæ naturæ alimento enutrita, luminisq; solaris vibratione euocata, in speciem arboris & herbæ ad superficiem terræ debito tempore erumpunt. Pari modo ars ea diuina, semen è corpore perfectiori docet eximere, quod terræ Philosophicæ per artem præparatæ, immissum, & calore temperato in puluerem album aut rubeū iugiter decoctum, inferiora corpora ad naturam superiorum traditur conuertisse.

Ponit, quare Philosophi hanc artem quæsierint, quid eos ad hoc mouerit, & soluitur ea quæstio: Quare spiritus in metallis non possit sibi simile propagare, cum cuiuslibet rei spiritus, sit generationis author.

CAP. IV.

Causam autem potissimam, quare prisci illi Philosophi hanc scientiam indagarint, inspirationem Dei alacriter asserimus. Videntes enim Philosophi cunctas res vegetabiles, animalesq; , tum cæteras res suo quodam spiritu se multiplicare, & sibi producere, transmutationemque fieri in hoc Mundo inferiori per aërem, qui longo tempore singulas res corrumpere videretur, naturamque alterius se motibus alterare. suborta est inter eos hæc quæstio: Quare, videlicet, spiritus in metallis non possit sibi simile propagare, cum ex vno surculo multi coalescerent, & ex vno granulo innumera penè grana sese multiplicarent. Decretum est tandem diuino oraculo, spiritum cum crassiori cohiberi materia, qui si sublimatione quadam ad ignem secernatur, secretusq; in sua sede connaturali conseruetur, tanquam se-

minaria virtus, præter omne falsum, possit sibi simile generare. Ex hoc cogitarunt Philosophi, corporibus inferioribus perfectissimi corporis lucem & nitorem inducere, cum inuenissent metallica corpora solum penes decoctionem aut maiorem aut minorẽ inter se discrepare, omniumque metallorum Mercurium fuisse primam originem, cum quo metallicum auri Mercurio extrahentes, aurum ad naturam primam reducerunt. Quæ quidem reductio cum sit facilis & possibilis, conclusum est à Philosophis, transmutationem in metallis facilem & possibilem esse. Et cum primigenij illi Philosophi, aurum ad naturam primam reduxissent, influxu coelesti vsi sunt, ne rursus metallum efficeretur, quale prius erat. Deinde naturam eius purificabant immundum à mundo separantes. Quo factò eam rem, Philosophorum lapidem transmutantem vocitarunt. Propter cuius confectioem diuersæ operationes à diuersis Philosophis sunt inuentæ, vt completeretur artificis id quod à natura esset relictum, cum natura ipsa semper prona sit ad sui ipsius perfectionem.

Pertractat Quid sit lapis Philosophorum, & agit primò de eius prima parte.

C A P. V.

Et quoniam Philosophi eam peritiam miris verborum inuolueris, figurarumque ymbra culis ad eò obscure declarassent, dubitatum est à quamplurimis, de Philosophorum lapide. Quid nam sit, & de quibus conficiatur? Quod si aures diligenter arrigere velis: Lapidem in duas secamus partes. Primam eius partem Solem terrenum dicimus, quod mihi tum prisca Philosophi, tum recentiores testimonijs suis liquido astipulantur in Turba. Sine Sole terreno opus Philosophicum non perficitur. Cum omnes asserant, nullam tincturam esse veram, sine ære suo: quia in ipso est sulphur sapientum purissimum, in quo natura sagax continet sementem suam. Et quemadmodum Sol, viuacissimos & penetrantes radios in hunc mundum elementarium diffundit & transuerberat: sic Philosophorum lapis, ex auro Solis, vt ita dicam, filio, Philosophica operatione com-

compositus in alia metalla sese conspergit, eaque sibi virtute, colore & pondere æquiparabit in perpetuum. Et quia in auro sunt omnia metalla, aurum meritò ante alia accipimus. Cùm etenim aurum vel argentum erare voluerimus, necessarium est eadem accipere. Ex homine generatur homo, ex arbore arbor, herba herbam producit, & leo leonem, cùm quælibet res secundum suæ naturæ temperamentum, quam complexionem vocant, sibi simile generet & producat. verius tamen Philosophi aurum vel argentum non creant: sed natura operantis ingenio mundificata.

Agit de lapidis parte secunda, ubi spiritus gloriosissimi virginis D. Mariæ comparatur. C A P. V I.

Secundam lapidis partem Mercurium viuum dicimus. Qui cùm sit viuus & crudus, corpora ipsa solvere perhibetur: quia in profundo naturaliter adhæret eis. Hic est lapis sine quo natura nihil operatur. Vnde nobis Philosophi consulunt, vt non operemur nisi in Sole & Mercurio, quæ iuncta lapidem Philosophorum constituunt. Quis ergo Mercurij merita laude prosequi sufficit, cùm ipse sit solus qui aurum tenue faciat: & qui tanta polleat potestate, vt ipsum Solem ad naturam primam possit redigere? quam potestatem nulla res in hoc Mundo habere dignoscitur. De ipso Mercurio ita dicitur: Est in Mercurio quicquid quærunt sapientes. Mercurius Solem foliatum destruit omnem, hunc soluit, mollit, animã de corpore tollit. Si sublimetur aqua vitæ tunc generatur. Si quis ergo exte quæsierit: Quinam sint lapides? Respondebis: Solem & Mercurium esse lapides Philosophicos. Isti verò lapides sunt mortui super terram, & nihil operantur, nisi quod industria hominis eis administratur. Auri similitudinem profundam, Cælum Aethereum fuit omnibus hominibus occlusum, vt omnes homines ad infernas sedes descenderent, & ibi detinerentur perpetuò. Sed Christus Iesus Aetherei Olympi ianuam aperuit, & iam Plutonia regna patefecit, vt animæ eruerentur, cùm in vtero virginæ Spiritu Sancto cooperante, ineffabili mysterio

profundissimoque sacramento conciperet Maria virgo, id quod erat excellentissimum in cœlis & in terra: & tandem nobis progeniuit Mundi vniuersi Saluatorem, qui sua exuberantissima benignitate, omnes peccato deditos saluos faciet, si sæpe peccator ad eum se conuerterit. Mansit autem virgo illæsa, atque illibata: vnde non immeritò gloriosissimæ diuæ virgini Mariæ æquiparatur Mercurius. Virgo etenim est Mercurius, quia nunquam in ventre terræ aliquod corpus metallicum propagauit, & tamen nobis lapidem generat, soluendo cœlum, hoc est, aurum, aperit educitque animam: quam diuinitatem intellige: portatque eam in ventre suo aliquantulo tempore, & tandem in corpus mundificatū tempore suo trāsmittit. Vnde nobis puer, hoc est, lapis nascitur, cuius sanguine inferiora corpora tincta in aureū cœlū salua reducuntur, & permanet virgo Mercurius sine labe, qualis antea fuerat vnquam.

Decernit quare Philosophi hanc peritiam occultauerint, vbi ponitur laus artis, & inuebitur in Thomasticem Zosium.

CAP. VII.

Quare autem Philosophi hanc scientiam per similitudines recedentes Allegoriasque obscuras posteritati, & sapientiæ filijs commendarint, præcipuam ponit causam Hamul in Seniore. Vt attribuerent eam Deo glorioso, qui reuelaret eam cui vellet, & prohiberet à quo vellet. Etiam Rasis in librum Luminum refert. Si enim omnia secundum quod se habent enodare velim, nullus ultra prudentiæ locus esset, cum insipiens sapientiæ æquiparetur. Legitur etiam in fine Turbæ: Nisi enim nomina multiplicarētur in arte Philosophica, pueri sapientiam nostram deriderent. Quare illos non magni facimus, qui diuinam eam peritiam cauillantur esse adulteram, à qua celeberrimi Philosophi omnem omnium penè rerum notitiam, tanquam olim à Policleti statua statuarij fabri artis suæ furta & fila solebant accipere, absurdissimum itidē foret suspicari, antiquos illos venerandæ autoritatis Philosophos, in hac præsertim rerum naturaliū diatribæ, aliquid falsitatis memo-

riæ cōmendasse, qui summā operam veritati inquirendæ semper a cōmodarunt, licet ad fidei naturæ salutiferæ sublimitatem summumq; diuinæ essentiæ fastigium non ascenderint. Quis ergo nisi Zoilus hanc scientiam non laudet, eamq; singulari fauore non prosequatur? A qua cunctæ penè detractorum artes sunt depromptæ: à qua tot colores arti pictoriæ multū idonei sumpserunt exordium. Taceo artem monetariam: taceo eruditam eam medicorum destillationem, qua virtus, quam essentiam quintā vocant, elici solet. Quid de vasis illis æneis dicam? quibus fulmina & tonatio apud mortales citari solent, si modò aduersus Christianæ fidei sacrilegos hostes eis vterentur? Est præterea scientia lapidis adeò sublimis atque magnifica, ut in ea tota penè natura totaq; rerum vniuersitas, tãquam in quodam liquido speculo conspiciatur. Habet etenim se instar Mundi minoris, vbi sunt quatuor elementa & quinta essentia, quam cœlum vocant, in quo sedem posuit alia quædam nobilissima essentia, quam Philosophi quidam omnipotenti Deo (cum pace loquor) sanctissimæ atque indiuiduæ Trinitati, soliti sunt comparare. Quæ nec sit de natura cœli, nec de naturis elementorū, eamq; nomine peculiari animam mediam naturā vocitarunt. Et quemadmodum Deus mundi faber, vbi cūque adest in hoc Mundo maiori: ita hæc essentia, quæ Dei appellatione censetur, vbiq; est in toto Mundo: id est, vitro Philosophico. Et sicut omnipotens Deus immensus est & infinitus: sic ea res quasi innumera videtur in sui similis procreatione vsq; ad finem extremum Mundi maioris. Tunc enim natura generatiua ab omni re procreatili auferetur. Ex quibus verbis naturæ perit colligere potest, lapidem multas partes tingere posse, quibus etiā multæ alię difficultates dilui possunt. Valeat ergo Aristarchus Theologus, qui diuinarū se literarum interpretem fateri non erubescit, & hanc naturæ à Deo conditæ peritiam, qua Deus magnificentius atque sublimius, post Sacras literas huic Mundo contulit nihil, suis impudentissimis cōuitijs non veretur incessere. Dic mihi per Deum immortalem, quid est iniquius? quàm vt oderint homines quod ignorant.

& iam si res mereatur odium, quid demum est futi-
lius? quid abiectius? quæ uic maior est deliratio ac ve-
cordia, quam eam dominare scientiã, in qua nihil pror-
sus ælseccris? qui nec naturam, nec naturæ maiestatem,
nec proprietatem, nec occultas metallorum operatio-
nes vnquam didiceris? Crocitat ac blaterat itidem Lu-
reconsultus ac Forensis ille Rabula Philosophiæ osoy
maximus, qui ex miserorum lachrymis uenalis linguæ
malleo numismata sibi cudit: qui sacratissimos legum
præteriens, per ambages glossematũ totum Mundum
suis dolis est persecutus. Sed quid sannas & Satyras
persequor? Maneant salebrofi isti homines eorumq; pe-
dissequi in sua opinione perpetuò, qui nihil sapiunt
quod castum, quod iucundum, quod festiuum, quod
denique seductum sit à vulgari disciplina: quiq; ni-
hil indytum & celebre, sed quippiam forsan gregariũ
è nigellis Cadmi filijs sunt cõsecuti. Sed quorum hæc?
Ego hanc lapidis Philosophorum indaginem mihi fa-
miliarem selegi, eamq; sæpius appello, totius Philoso-
phiæ occultæ, aut Magiæ (haud quidem supersticiosæ,
sed naturalis) Mineruam vnicam, atque Margaritam
præcipuam. Videtur tamen opinione indoctorum lon-
gè degenerare à studio meliori, quod à uoluntate diui-
na decretum est & constitutum.

*Cap. 8. & 9. tractant de prima omnium rerum essentia,
& discutitur hic: Quid sit natura, quid anima, media na-
tura, quid anima Mundi. Vbi maximus ille error Philo-
sophorum, ponentium Mundum esse animal, confutatur:
& differitur, quòd tantum sit anima humana participas-
tu, cuius brutalis anima videatur existere, & quòd
Sol sit oculus Mundi, & cor Cæli.*

C A P. VIII.

Libet nunc, candide Lector, aliqua de naturæ secre-
tis è penu tum Philosophico, tum Theologico in me-
dium depromere. Cùm uiderim multos è veteribus,
tum etiam recentioribus ipsi naturæ indagandæ mul-
tum insudasse, quæ toti Academiæ atque palestræ Phi-
losophi-

Iosophicæ vsui futura, nemo nisi mentis exors, inficias ibit. Sed hic paulò altius repetenda sunt naturæ cunabula. Non afficiaris ergo tædio, si aliquanto fecero digressum longius quàm huius fortè sit instituti.

Gloriosissimus Deus omnium rerù opifex, & innarrabilis author, ante Mundi exordium nullo indigus, sed ipse sibi sufficiens, atque in profundissimo sue diuinitatis sacrario semper permanens, ex vberissima sua bonitate volens res ab æterno cognitæ prodire inesse, earundem in principio essentiam quandam creauit, crudis, vt ita dixerim, lineamentis, adhuc ineffigiatam, quam Moses ille, quem Philosophiæ Philosophorum fontem ac primarium Antistitem appellare libet, modò terram inanem & vacuam, modò abyssum & aquam: Anaxagoras verò Chaos confusum. Alij matrem Mundi, fundamentum atque naturæ vultum ritè appellarunt. In cuius gremio cum omnes res indiseretæ atque indigestæ consisterent, neque formis proprijs essent conspicuæ, spiritu Dei interueniente hunc Mundum visibilem, secundum Mundi intelligibilis exemplar & similitudinem graphicè & ad amissim Dandalius conditor expressit atque descripsit. Hinc cœlum ipsum in sublimi suspensum rutilis ignibus faberrimè decorauit, motuque eius & astrorù ita composuit atque digessit, vt per arcam cœli mirabili ratione decurrerent ad efficiendas succedentiù sibi temporum varietates: vtq; res inferiores motu ac lumine suo calefacerent, fouerent, & in essentia conseruarent. Propterea res inferiores superioribus, vt ouù gallinæ fouendum, vt fœminam viro fœcundandâ supposuit. Quibus à primordio seminales quasdam rationes inspersit, vt sese acceptis opportunitatibus perpetua, vt ita dicam, fœcunditate atque prole multiplicarent. Fabrefecit autem Deus hanc Mundi compaginem harmonia quadam, atque musica sibi inuicem proportionè cognatam, vt quæ sint in Mundo superiori, in inferiori quoque sint, sed modo terrestri: quæ itidem sint in inferioribus, etiam in superioribus visantur, modo quidem cœlesti & secundum causam. Ad quod fortè, opinionè Anaxagoræ ponentis, quodlibet esse in quolibet, applicare posses. Quare congru-

um est Deum cuncta moderari & implere quæ creauerit. Nec ideo Deum omnia implere dicimus, vt eum contineant, sed vt ipsa potius contineantur ab eo. Nec arbitrandū est, ita Deum esse in omnibus, vt quæq; res pro modulo suæ portionis eum possit capere, vtpote maiora maius, minora minus. Sed ita Deus omnia implet, vt non sit aliquid vbi non sit. Et ergo intelligimus eum intra omnia, sed nō inclusum: extra omnia, sed nō exclusum: Ideo interiorē, vt incircumscrip̄ta magnitudine sua, omnia concludat. Quare diuus Dionysius ait: Omnes res affirmari posse de Deo, cū sit author & gubernator. Ediuersō, omnes res negari de eo verius, cū nihil sit de his quæ condidit. Quod mihi etiam videtur esse gratius & certius, cū ob variabilē huius Mundi decursum, tum propter inuestigabilem altissimæ diuinitatis abyssum. Posuit etenim Deus maximum interuallum inter se & res creatas. Est autem **D E V S** immensus quidem, & ineffabilis, inexcogitabilis, nō intelligibilis, supra omnē imaginationem, supra omnem cogitatum, supra omnem intellectum, supra omnem essentiam, innominabilis, solo silentio in corde prædicandus, potentissimus, sapientissimus, elementissimus, Pater, Verbum, Spiritus sanctus, altitudo incōprehensibilis, Trinitas imparabilis, essentia immutabilis. Cuius imago est omnis natura, quamuis intentius est oculus. Qui omnium creaturarum vnitas est, & cardo omnis, & vnus, qui est omni potestate validior, omni excellentia maior, omni laude melior. Quem diuus Plato in ignea substantia habitare posuit: Intelligens, videlicet, inenarrabilem Dei in se ipso splendorem, & circa se ipsum amorem. Quem alij spiritum intellectualem asseruere & igneum, non habentem formam, sed transformantem se in quæcunq; voluerit & cōquantē se vniuersis. Qui ratione multiplici quodammodo creaturis suis annectitur. Rursus ea sua infinita æternitate ac omnipotētia excedens feruido amore, sincera fide, & spe solida, mentibus hominum expiatis insinuari possit, qui sit benedictus per omnes chiliadum chiliades.

Diximus paulò antè Deum esse innominabilem,
quem

quem proprio nomine Arithmetica Martianus Capella salutasse dicit, cum septingentos decem & septem numeros complicatis in eos digitis Iouem salutabunda depromeret. Sed quid nobilissimus ille numerus sibi velit, eiusque in membra sua respersio, nouit Arithmeticus, non qui artem numerandi mercatoriam, sed proportiones inquirat. Hoc in numero omnes numeros, omnemque proportionem, tum Musicam tum Geometricamprehendimus. Adde aliquid magis arduum: Nomen Dei in his numeris offendi quam exactissime. Cuius nomen sacrosanctum & in aeternum adorabile in hac temporis plenitudine quinque literis adnotatur. Cum tempore naturae tribus, legis uero quatuor scriberetur. Dicimus praeterea Deum habere omne nomen, quippe cum sint omnia in ipso & ipse in omnibus, ut infra disputabitur. Et tamen nullum nomen, cum diuinae maiestati non possit nomen idoneum attribui. Quantum autem mysterij atque neruorum numero in se habeat, Pythagoricos belle calluisse facile crediderim, qui alium Palladem, alium Dianam, alium Patrem, alium matrem, alium denique uirilem, alium foemineum nominabant, aptaruntque numeralis scientiae consultissimi Monadem opificij Deo: Diadem aut dualitate materiae: formis ipsis Triadem uirginem: tum homini eiusque uitaee Hexadem & Heptadem. Enneadem uero omnibus creaturis haud abs re pulcherrime accommodarunt. Caeterum, ut ad institutum redeam, audi Dionysium recitantem, Deum esse in omnibus, uel omnia esse in Deo, sicut numeri sunt in unitate, sicut in centro sunt omnes recti Lunae circuli. Et sicut membrorum uires sunt anima. Quoniam sicut unitas omnium numerorum communis mensura, fons est & origo, omnemque numerum in se unice coniunctum continens, multitudinis omnis est principium. Sed omnis multitudinis insons, semper eadem & immutabilis: sic pari modo res creatae se habent circa creatorem. Et quemadmodum anima humana indiuidua rectorix extat sui corporis, & tota toti corpori eiusque, cuique parti praesens: ita similiter Deus in hoc mundo ubique est, eumque implet & moderatur iugiterque conseruat, per uirtutem quam rebus creatis quotidie deper-

enni fonte spiritus sui impluit liberaliter. Vnde ritè per
quandam similitudinem animæ naturæ Deum aut Dei
virtutem, qua omnes res sustinet. Animam mediam na-
turā, aut animam Mundi appellamus. Non quòd Mun-
dus ipse sit animal, quòd à Christianæ philosophiæ ve-
stibulo, partim in Metaphysica christiana, partim in hac
lapidis consideratione explodere licet. Sed illam filo
orationis tersiori contexere persuadet naturæ sublimi-
tas, hic pedestri sermone incedere placuit. Eamq; Mun-
di animam præcipuè in Sole collocamus. Nihil etenim
est in ipso firmamenti circulo, præter animam, quod
maiores Dei similitudinem præ se feret, quàm ipsum
lumen. Cùm qualibet res tantum sibi, vt ita dixerim,
Dei vendicet, quantum capax est luminis. Et cùm nihil
sit oculatius Sole, multi ex Platonicis Orpheum in hoc
potissimùm imitati, Solem, Mundi oculum nominarūt.
Quoniam in eo tanquam in quodam lucidissimo spe-
culo cuncta viserentur, atque sese ostenderent. Hinc
Heraclitus cuncta dicit notescere: si Solem Mundo su-
stuleris. Quid est nostrum corpusculum, si desit anima?
Nulla ibi contrectatur vena pulsabilis, sentiendum nul-
lum inest iudicium. Nullus in eo vitalis halitus, aut vl-
la spiratio. Quare etiam nonnullis visum est Solem
cor cœli nuncupare. Quoniam sicut in corde vnus ex-
tat fons sanguinis, cætera humani corporis membra
humefaciens & irrigans, motumq; vitalem infundens:
sic in Sole videtur esse omnium rerum tum inferiorum,
tum superiorum vegetatio & cōseruatio: Quo-
niam vitam & calorem inferioribus quodammodo in-
spirat lumine suo. Est autē lumen actus quidā simplex,
cuncta ad se viuifico calore conuertens, cuncta perme-
ans entia, qualitates eorum virtutesq; ducens per om-
nia, ac tenebras caliginesque dispergens. Quare in me-
dio confidet Phœbus aurea coma fulgente, tamquam
Rex & Imperator Mundi sceptrum, & gubernaculum
tenens: cui omnes cœlestium inesse virtutes, non so-
lùm Iamblichus, sed & multi alij confirmarunt. Et in-
quit Prœclus: Ad Solis aspectum omnes omnium cœ-
lestium vires congregari in vnum atque colligi, quas
tandem in hunc Mundū inferiorem per eius ignea spi-
racula

racula credimus, disseminari. Hoc tibi etiam vel maximo argumento esse potest. Sole ad nos vergente terrā herbescere atque pubescere. Ab eunte verò deflorere. sed de naturæ infantia non nihil commentandi voluptate capior.

De natura. CAP. IX.

Naturam vim quandam esse rebus infinitam ex similibus similia procreantem asserimus. Generat enim natura, cunctas res auget, alitq;. Quare omnium habet in se nomina rerum. Animal est à natura, lapis, lignum, arbor, & corpora quæ vides, sunt à natura eiusq; retinaculo. Natura est ligamentum elementorum virtus que commiscendi, quæ in qualibet re huius Mundi sublunaris elementorum mixtiones efficit, formamque suæ speciei congruam impressit: per quam ea res à quavis alia re distinguitur atque segregatur. Nec est natura alicuius coloris, omnium tamen colorum particeps & effectrix: nullius etiam ponderis aut qualitatis, omnium denique qualitatum rerumq; fecunda genitrix. Quid ergo est natura? Deus est natura, & natura Deus. Sic intellige: Ex Deo oritur aliquid proximum ei. Est ergo natura ignis quidem inuisibilis, à quo Zoroaster cuncta esse genita docuit: cui Heraclitus Ephesius astipulari videtur. Nonne spiritus Domini, qui est amor igneus, quum ferebatur super aquas, edidit eisdem ignem quendam vigorem, quum nihil sine calore generari possit? Inspiravit Deus rebus creatis, quum diceretur in Mundi genitura: Crescite & multiplicamini, quandam germinationem, hoc est, viriditatem, qua sese cunctæ res multiplicarent. Vnde quidam profundius speculantes, omnes res dicebant esse virides, quum esse viride crescere dicatur, ac coalescere, eamq; viriditatem Naturam vocitabant. Sed Aristoteles inquit: ignorato motu ignorari naturam, quum modò sit volatilis & in continuo motu generationis, augmentationis, alterationisq;, quæ tandem in extrema Mundi calce stabilis erit, atq; fixa. Quoniam tunc eam generandi virtutem potentiamq; Deus à rebus auferet, & in reconditissimo suæ omnipotentis thesauro vbi ab æterno erat, col-

locabit. Hanc ergo generandi virtutem rerumq; cōseruationē Animā Mundi vocare libuit: non quòd Mū-
 dus sit animal, vt Platonicae rationes, & etiam astrolo-
 gorum Arabum, Aegyptiorum, Chaldaeorumq; testi-
 monia comprobare videntur. Posuerunt etenim Phi-
 losophi Mundū esse animal cœlosq; ac stellas esse ani-
 malia, & animas rerū esse intelligentes, mentē partici-
 pantes diuinā. Insuper cuilibet rei Deū aut animā quā-
 dam præesse, omniaque plena diis esse Democritus &
 Orpheus & multi Pythagoreorum sunt opinati: quibus
 statuerunt diuinis honores, precesque & sacrificia de-
 dicarunt eisdem, & diuerso cultu venerabātur. Præterea
 omnes eiusmodi animas reducebant ad vnam animam
 Mundi. Similiter deos omnes ad vnū referebant Iouē.
 Hoc Aristoteles Aristotelicusque Theophrastus: hoc
 Auicenna, Algazeles: hoc Stoici, omnesque Peripate-
 tici confitentur, ac summo opere comprobare sunt cō-
 nati. Hinc omnem gentilitatis errorem: hinc Poëtarum
 figmenta: diabolica sacrificia, & immolationes sacri-
 legas emanasse non ambigo: hinc Aegyptia tellus ani-
 malia quædam, & alia monstrifica portenta in Lararijs
 suis coluit & adorauit. Qui ergo Ethnicorū Philosophiā
 vanam esse non dixerit? quæ hoc vulgarissimo errore
 alijsque multis est miserrimè labefactata. Vbi mihi
 visi sunt Philosophi Pelidibus puellisque simul limi
 puteum magnum perforatis vrnulis haurire satagenti-
 bus.

Eos tamen venia dignos iudicare possumus, quum
 ipsis nondum illuxerit vera lux, Iesus Christus Salua-
 tor. Quare Christiani Philosophi, cuius autoritas
 est grauior iudiciumque certius, interest, quæcun-
 que ad fidei naturæ sacramentum facere videntur, tan-
 quam ab iniustis hæredibus possessa, ad Catholicae ec-
 lesiæ septum deducere, Virgiliano more. Qui aurum
 sic colligere dicebat ex stercore Enniano. Apicularum
 item more, dum suauiores Hynerti intrehibile flores
 generandi mellis gratia exuxerint. Quis nō intempti-
 uam Pici Mirandulani necem lachrymis non madefa-
 ceret? quæ nostris seculis Parcæ sorores singulariter in-
 uiderunt. Qui si vitæ munere aliquandiu functus esset,
 lace-

laceram eam Philosophiam atq; mendicantem, expunctis erroribus, nouo candore concinnasset. Legitimam tamen Philosophiam quisque summa laude decantet: cuius natura aut mundus est fundamentum, quæ mores & virtutem homini præscribit.

*Quæ tibi lactantes primæ lanuginis annos
Corrigit, & vitæ lineamenta tuæ.*

Quæ naturæ interpretationem & abstrusissimarum ab oculis rerum inuestigationem sibi vendicat. Dignissima quidē cui diuinarum & humanarum rerum disceptatio deferatur. Per eam Mundi penetralia terrasq; tractusq; maris, cœlumq; profundum, quantum possumus diuina gratia, & naturali lumine perquirimus. Ipsa decernit cœlum astrorumque innumerabilem multitudinē: tum auricomi Solis iter triuiæque labores. Hæc vias syderum radio describit.

*Hæc docet Aeoleos folles ventiq; susurros,
Hippotades sceptro quos domat ille suo.
Cur titubet terræ moles, quid Iridis arcum
Efficiat, canasq; niues, rigidamq; pruina.
Quid generet rorem, fulgur quid concana nubis.
Vellera quid terræ gibbos fulmenq; trisulcum.*

Quid glomeret imbres, vitrea quid grando: Quæ fiat auri, quæ semina ferri. Vnde sæua tonatio. Vnde aquarum perennium fontes sibi sumant initia, & cætera id genus. Eam Philosophiam perdiscant teneri iuuenes lactantibus annis, fabulasque aniles Philosophorum ubique deuitent, ponentium Mundum esse animal, ipsiunque innumeris constare animalibus, eisque diuinis. Quid fatilius? quid ineptius? Quid etenim est dicere: Solem animarum, aut alia corpora cœlestia esse animata, mentemque participantia diuinam, quam labi ad malam hæresim & abominabilem idololatriæ perfidiam? Neque concedendum est (diuo Augustino teste) globos illos sydereos, quibusdam proprijs animis viuere, eisque intellectualibus atque beatis. Ego certè scio, tantum animam humanam lucem esse diuinam ad imaginem verbi causæ causarum primi exemplaris creatam, substantia sigilloque Dei figuratam: cuius character est verbum æternū, participatu cuius animam eam

brutalem è naturæ gremio depromptam, subsistere credimus tenentem animæ rationalis similitudinem modicumque vestigium præ se ferentem: quemadmodum viuæ vocis Echo imago est & simulachrum. Sed de anima vegetali cæteri riderint. Admittunt Theologi Doctores intelligentias orbium motrices, non quod ipsos orbis informēt, aut sensibiles, iuxta D. Hieronymi sententiam, intellectualisue reddant, sed vt assistant eos mouendo. Licet & ij orbis possent esse diuina voluntate iubente propria ratione volubiles. Voluit tamen omnipotens Deus ex ineffabili bonitate sua huic mundanæ fabricæ secundas causas præesse, vt quicumque se ipso moueat, dant etiam cæteris mouendi potentiam. Vnde etiam animabus humanis angelos in custodiam deputauit: licet & ipse primariè eas custodiret. Non est tamen arbitrandum huiusmodi intelligentias ex necessitate voluendis sphaeris accommodatas, quasi non possent proprio rotatu versatiles. Cum quidam solliciti homines ex ære, aut orichalco machinam eam celestem consimiliter effingant in meditullio terram stabilientes. Deinde consequenter cætera elementa tum orbis syderum & cælorum rotulis quibusdam affigunt, quibus planetarū motum, & cæli faciem ad amussim conantur exprimere. Sunt alij scrupulosi homines, qui machinas horarias tum molas quasdam molendinarias perpetuè versatiles fabricare nituntur. Quod si homo potest diuinam rationem æmulari, quis non existimaret globos istos sydereos propria virtute non posse rotari? Sed quid de varia Astrologia dicam, quam Picus noster in omni genere disciplinæ fantigeratus superioribus diebus validis rationibus eneruauit? Dic mihi, quid omnia in cælum refert Astrologe? quid de naturis astrorum, & signorum, & motibus planetarum comminisceris? Qui nullo pacto nec minimæ cuiusdā rei terrenæ vires & proprietatem augurari queas? Quid sydera & stellas metuas, aut potius mentiris? qui ne terreum aliquod corpusculum mentione complecteris. Quid magis ridiculum? quid est absurdius, quam in cælo nono, aut decimo, tales figurationes, ac linearū imagines, aut figuras cæli octauæ ex multiuaga stellarum

larum applicatione sorte deprehendere? Quid virtutis habere credis huiusmodi imagines imaginatas? Quid triplicitates? Quid syderum eorum aspectus? & cætera id genus folia inania veritatis aut virtutis præ se ferant? licet huiusmodi motus & naturæ stellarum variegue rerum inter se adaptationes viderentur habere aliquid significationis: mihi tamen ita persuasi, hominem nõ posse ea probè dignoscere, nisi miraculo quodam sibi coelitus ostendatur. Hinc diuus Hieronymus Astrologos & Genethliacos ita deridet: Hi sunt qui eleuant se aduersus scientiam Dei, & omne quod geritur in seculo, fictam sibi scientiam pollicentes: referunt ad ortus stellarum & occubitus. Hi sunt qui vulgò appellantur Mathematici, & ex astrorum cursu lapsusque syderum, res humanas regi arbitrantur; & cum salutem alijs promittebant, sua ignorabant supplicia. Ego quũ adhuc essem in Agrippa ciuitate, de Astrologis ita luserim: illis quidem Astrologis, meo iudicio, solet accidere, quod Thaleti Milesio olim vsu venit: qui quã è donto spectandorum syderum gratia exiret, in subiectã foueam cecidisse fertur. Qui quum rem ridiculam cuidã aniculæ faceret, ab ea derisus in ædes cũ ludibrio est reuersus. Quare Christiane homo cuiusmodi stolidos Astrologiæ conuersiones, eiusq; filias Geomantiam, Hydromantiam, Pyromantiam, Necromantiam, Haruspicinam, & multa id genus alia deliramenta cum gregarijs æmulis vltra montes Caspios in æternum exilium relegã. Et gloriã omnipotentis Dei Domini tui noli creaturis suis attribuere. Videamus nunç quam naturam Philosophi petierint.

Quid Philosophi, & qualem naturam desiderauerint, vbi spiritus æthereus animæ currius perhibetur. CAP. X.

Quem Philosophi lapidem quærunç, est spiritus invisibilis & impalpabilis, est tinctura & spiritus tingens. Quem alter quidem spiritus visibilis atque palpabilis in penitissimis visceribus abdidit. Ita pariter Philosophi eundem spiritum sub ænigmatum velamine inexplicitum nobis reliquerunt. Lapis ille est, quintũ à quatuor

segregatum. Est ligamentum elementorum, medium atq; vinculum, quod elementa auri fecit esse cōcordia, & quod sulphur & Mercurius in aluo terræ in corpus metallicū conglutinavit. Et quia tale ligamentū, quod est in terra, quum sit inuisibile, haberi non possit, quæsiuerunt ipsum Philosophi in corpore perfectiori. Petunt ergo Philosophi naturam eam generatiuam, quæ metalla generare poterit, vt eā mundificēt, & in tinctura reddant potentiorē centies millies, magis quā prius in natura firma fuerit. Eamque viuum ignem, viuum aut ignem naturę, aut animam mediam naturam vocabulo secretiori appellare consueuerunt. Et quemadmodum Medici hominem in corpus, spiritum & animam discriminant, pari modo Philosophi lapidem suum in eas partes sunt partiti. Modò spiritus est vita animæ, anima vita est spiritus. Rursus illa duo vita sunt corporis. Etiam spiritus nodus est animæ & corporis, & tanquam æthereus animæ cutrus vehiculumque, quod virtutem animæ per totum corpus disseminat. Poteris etiam intelligere, cum Philosophi asserunt, lapidem ex corpore, spiritu & anima, constitui quatuor elementa corporis. Aqua etenim est spiritus: itidem aër: ignis medius, vt ita dicam, est spiritus: terram non spiritum, sed corpus dicimus, quoniam aliorum elementorum retinaculum est, materia atque sedes.

Docet solutionem esse necessariam, per quam spiritus generatiuus è corpore ducitur.

C A P. XI.

Tale autem ligamentum non potest facile haberi, propter fortissimam ipsius auri compactionem, nisi per solutionem, quæ huius nobilis scientiæ fundamentum est, & principium, in qua consistit totius naturæ arcannū. Ipsa est huius rei thesaurus: ipsa est quæ erigit pauperem de stercore, & comparat eum regibus & principibus. Vnde quærent Philosophi, quare soluantur corpora, hoc est, aurum vel argentum. Respondent ipsi, vt separaretur purum ab impuro. Ad hoc enim soluitur corpus, vt terra ipsa in profundo possit mundificari. Quod natura non potuit, quia simpliciter operatur. Et in ea mun-

mundificatione deletur impedimentū tincturæ, ita ut innumerè possit sibi simile propagare. Quòd si fieri debeat ea sui similis propagatio per spiritum, quū omnis spiritus sit generationis author, & crassiori cōhibeatur materia, necessariam solutionem dicimus, per quam aurum viuum, & (ut ita dicam) spirituale efficiatur, & in primam naturam, hoc est, in spiritum aquæ & vaporem terræ reducatur, ut tandem habeatur sulphur, & *Q* apud nos, è quibus in ventre terræ sunt metalla generata. Perfecta aut solutio est, quum spiritū & animā auri separaueris. Sed quoniam aurum apud Philosophos corpus est temperatissimū, æquales habens partes calidi, frigidi, humidi, & sicci. Ideo ipsum difficilius propter parem elementorum concordiam atque proportionem, corrumpi potest, atq; dissolui. Oportet ergo fieri discordiam in elementis per contraria elementa, & hæc discordia facit corporis solutionem & mortificationem: qua facta sit naturæ mundificatio, quæ tamen nō potest fieri sine Philosophica elementorum separatione. Elementa verò corporis separari debent, ita ut natura generatiua maneat in flore & germine. Quòd si quis cum florem combusserit, atq; elementa ab inuicē separauerit, sperma generatiuū perderetur, nec ea posset aliqua creatura amplius cōiungere, ut generent. Hæc est verissima Philosophorū consideratio: si quis secus ex propria phantasia consideraret, stultus quidē est naturalis: quia contra naturam falsò syllogizat.

*De occultatis in arte disputat, & de triplici
separatione. CAP. XII.*

Sunt autem tres solutiones filix sapientix in opere Philosophico. Prima est crudi corporis: secunda terræ Philosophicæ: tertiam in augmentatione ponimus. Sunt item in solutione hæc tria abdita, pondus, mensura temporis & ignis. Quare si pondus Mercurij & auri mensuramque temporis quamdiu fiat solutio, atque ignem temperatum cognoueris, solutionem habes: quæ fieri debet in furnello secreto, & vitris paulò maioribus. Vnde inquirendi sunt diuersi ignes, & tã variæ partes in vitris ponendæ, ut tandem diuinā gratia dota-

tus eam offenderes. Oportet etiã in hoc præclaro opere dies, menses & annos Philosophorum dignoscere. Afferunt Philosophi te in tribus diebus naturalibus facere periculum, si bene operatus sis. Quod si ingenio viuaciori fueris, inquit, te in 24. horis cognoscere. Ipsi in Philosophia duas noctes & tres dies statuerunt. Obsecra Deum Opt. Max. vt diem vltimum rubrum videre dignus sis. Ponunt similiter Philosophi tres Philosophiæ clauēs, solutionem, coniunctionem, atq; fixationem. Aut si profundè intellexeris, tres separationes. Primò fit separatio animæ à corpore per spiritum. Secundò crimina ipsa, quæ sese in solutione ostenderint, ab anima & spiritu secernuntur. Postremò spiritus ab anima separabitur: & hoc in naturæ fixatione contingit: vt infra & hic tibi tâta secreta dixerim, quòd nò credi possit. Ego duas clauēs in toto Philosophiæ ambitu fideliter affero. Altera quidem quæ corpus aperit in varias clauēs potest distribui. Quæcunque enim res aurum soluerit, atque in spiritum reducerit, clauis dicitur: quamuis vna duntaxat inter alias sit clauis potētissima & naturalis, vt 8. cap. scripsi. Et talis res dicitur lapis. Altera clauis quæ claudit, & spiritum tingentem retinet, & coagulat, terram solam dicimus, quã cuncti Philosophi Principē lapidē vocitarunt. Sed de capite corui dicimus alacriter omnes à principio Mundi Philosophos tam modicum habuisse, quòd vix credi possit. Miselli tamen Philosophastri eam nigredinē, quæ ex superfluitate Mercurij & corporis in superficie apparet, caput corui sunt arbitrati.

Agit de praxi lapidis, de eius prima solutione, atque separatione, vbi arcanum illud naturæ alioqui abstrusissimum sapientiæ filio in aprico ponitur, in quo Lucifer è cælo labitur.

CAP. XIII.

Tempus est nunc, fili, sapientiæ calamum ad praxim conuerttere, vbi quemq; Philosophiæ deditum imprimis monitum velim, omnia genera salium, aluminum, & aliarum multarum & perigrinarum rerū vana esse,
nec

nec aliquid momenti aut efficaciz præ se ferre. Similiter cunctas vulgares solutiones, sublimationesq; communes, esse labores adulteros, & nihil ad veram & naturalē Philosophorum scientiam pertinere. Quare eos homines circumforaneos effugiendos censeo, qui totū fermè Mundū suis dealbationib. aut rubefactionib. deceperunt, in quibus nulla Philosophiæ vena calet, quiq; potius Pseudophilosophi sunt iudicādi, cū apud Philosophos nihil veritate sit antiquius: nihil turpius falsitate atq; deceptione. Quò fit, vt pauciores sint Philosophi, quā forsan credidisti. Nūc in praxim descendamus, quam in duo partiemur opera. In primo erit mentio de solutione prima, & separatione distillationeq;. In secundo agemus de coniunctione & fixatione, vbi de augmentatione secretissima habebitur consideratio, quā in nullo libro Mūdi inuenies. Sed hīc in vniuersali gradus operis lubet interferre. Primo etenim cōponimus, compositū putrefacimus, putrefactum soluimus, solutum diuidimus, diuisum mundamus, mundatum vnimus, & sic cōpletur opus. De his verò particulatim nostra laborabit oratio. Arbitrantur autē Philosophi, in lapidib. praximius quā 12. partem ♀ accipi debere. Etiam apud eos corporis soluti periculum est, si per pellem eius fieret cōpressio. Putabant itidē nonnulli ē recentioribus, solutionem posse fieri tēpore breuiori, si prius solius auri per molā quandā, aut mortario fieret diuturna contusio, aut cōtritio. Depuretur ergo primò ♀ cum sale cōmuni parato, aut alia quauis re idonea, vt eius subtilissima substantia haberi possit. Huius aque purificatæ aliquot partes perbellè commisceantur cū vna parte Solis purissimi in folia, aut tenues bracteolas ducti, & ponantur in ampulla vitrea longiori, panniculis atq; crucis signaculo obstipata, & operiatur vitrum cineribus, ad aquæ superficiem, deturque ignis leuissimus, ne aqua ascendere videatur, sed vna apud aurum remaneat, & feruetur quasi diutina. Is calor equilibris, quoad in aqua Mercurij super exudet terra quædam vaporosa & subtilis, quæ in colore mirabili solet cognosci quando sit extrahenda. Fulget autem sulphur

ipsum iridis instar, per aquas, non tamen secundum omnes colores, quemadmodum iris in hoc Mundo maiori. Stat ipse iridis arcus medius in pura, liquida, & fluente aqua, & medius super terram. Hinc tota sulphuris proprietates, eiusque naturalis similitudo per iridem exprimitur: nec conspicitur in cœlo iris, nisi Sole fulgente: quam etiam pluuia solet succedere. Venientibus autem nebulis, aut nubibus opacis, Sol ipse, similiter arcus iridis occultatur. Iridem Physicis sic explicare placuit, quando imago Solis humidam & cauam nubem, densamque, instar speculi colorat, & medietatem orbis eius interfecat, quod ad hanc diuinam & mirabilem peritiam nostram propius accedit. Non est tamen opinandum sulphur ipsum nigrescere cum ipsum extraeris, vt nonnulli putauerunt. Extracta tandem Venere, aquam in qua est anima Solis, aut Mercurij auri metallicus distillabis calore lento, vt inter guttâ & guttâ 60. momenta recenseri possint. Et vocatur aqua illa destillata: aqua nostra viua, quæ viuificat omnia corpora, & est ex duabus naturis composita: intellige spiritum, animam, fermentum, quoniam spiritus animæ sedes est, eiusque retinaculum, vocaturque hæc aqua nominibus multis, acetum acerrimum, luna, scœmina, sperma vel menstruum scœmineum, cœlum, Mercurius, capilli rubei hominis: hoc est, spiritus Solis: id est, auri: sulphur verò dicitur corpus, Sol masculus, sperma masculineum, terra & Mercurius. Sunt autem hæc destillationes necessariæ, per quas depuratur Mercurius ab omni seculentia terrestri, & cadit Lucifer: hoc est, immunditia & terra maledicta è cœlo aureo. & hic fit separatio criminis ab anima, vt in cap. 12. disputauimus. Audi similitudinem arduam: Cœlum, hoc est, aurum fuit in primordio purum, sed quum solutum esset, ostendit corruptionem. Ergo primum malum in cœlo fuit, cum adhuc corruptio aut Lucifer esset, quo lapsa, cœlum est mundificatum. Itaque nullus angelus iam è cœlo aureo labi possit. Quod si

Lucifer in se animam mediam naturam aut Deum habuisset, nullo pacto ad inferos detrusus esset.

De praxis parte secunda disputat, vbi de igne & coloribus secretior habetur disputatio: & solvuntur hæ quæstiones: An cælum descendere debeat ad terram, vel terra ascendere ad cælum: Vtrum spiritus ire debeat cum anima in cælum: vel, an ambo manere debeant infra cælum:

vbi spiritus angelo comparatur, qui cum anima humana in corpus videtur descendere.

CAP. XIII.

Restat nunc pars altera Philosophicæ praxeos, longè quidem difficilior, longè sublimior. In qua omnes ingenij neruos, omnia deniq; mentis curricula multorum Philosophorum elanguisse legimus. Difficilius etenim hominem faceres reuiuiscere, quàm mortem appetere. Hic Dei petitur opus: Maximum quidem mysteriũ est errare animas, atq; corpus inanime in statuã viuentem confingere. Putas ne esse viuacis ingenij animam ad spiritum, tum spiritum ad animam, rursus illa duo ad corpus reducere? In hoc nostro corpore scire cõuenit, quantũ spiritus, quantũ anima, & quantum sit corporis. Porro quantum animæ mediæ naturæ sit in spiritu, & quantum in corpore, vt hac quasi duas naturas sibi congenecas atq; cognatas in debita proportione coniungas. Coniungere ergo debemus duas aquas, sulphur auri ac eius Mercurij animam & corpus, Solem & Lunam, masculum & foeminam, duo spermata, cælum & terram, & duo, vt ita dicam, argenta viua; & ex istis argenti viuis sit viuus Mercurius, ex quo solo dicunt Philosophi, lapidem suum constitui, quod miselli homines de Mercurio crudo sunt hallucinati: Is verò Mercurius est omnia metalla, masculus & foemina, & monstrum Hermaphroditum in ipso anima, & corporis matrimonio: quam ego solutionem & Philosophorum putrefactionem voco. Terra auri suo proprio spiritu soluitur, quod in his proportionibus deprehendes. Corpus debet solui in medio aere subtilissimo: corpus item, propria caliditate & humiditate soluitur: vbi anima media natura in calore nigredinis vbique in toto vitro præcipitum tenet, quam naturæ nigredinẽ caput

corui, aut Solem nigrū prisci Philosophi nominabant. Vnde quidam hanc propositionem afferebat in medium: Tres circulos circuitu, viditres Soles in firmamento habentes tres facies, Solē nigrum videlicet, Solem album & rubrum. Vocabatur etiā ea nigredo omnium rerum nigrarū nominibus, postquam cuncti Mundi colores, qui ingenio concipi possunt, solent apparere, qui tandem ad albedinem veram tanquam ad centrum & cardinem referuntur. In albo sunt omnes colores, & ex ipso cæteri, vt ita dixerim, colorari videntur. Album & nigrum sunt ipsa natura colores, & quidem extremi: ex quorum multo pluri ad se inuicem commixtione proportionemque mediū, quos dicunt colores, suboriri credimus. Opinamur etiam ex albi & nigri confusione quandā conflare rubedinē. Eam verò albedinem appellamus lapidem album, Solem album, Lunam plenam, lunamque calcinatam, argentum album, terram albam fructuosam, mundificatam & calcinatam, calcem albam, & sal metallorum, corpusque calcinatum, & alios plerisque nominibus nuncupamus. Dicitur insuper terra viua & sulphur viuum albumque, quando anima introducta est, in corpus, & impedimentū est remotum. Hic quæstionē hanc soluimus, vtrum terra debeat esse aërea aut ignea. Vtrumque simul dicimus. Quòd si solū ignea existeret, combureretur in cinerem mortuorum. Si verò solum aërea, volatilis effecta in tingendis metallis euanesceret. Sed de igne quo fit terræ solutio, quid memorem? Vide calorem in terræ visceribus, quē sola natura ministrat: vbi quasi nullum videris deprehendere, qui tum à calore Solis instigatus in montibus metalliferis ascendendo & descendendo multis cubitis vbiq; aquam spissiore coagulet, & vnā cum pinguedine terræ in vnum corpus associet. Sed cum natura vix nonnunquam in quingentis annis suas operationes efficiat, & nobis non sit tributa tanta vite vsura, nec ultra elephantū, aut ad annum, quē aiunt, Platonis, detur viuere. Philosophus igni gradum maiorem attribuit, quo naturam ducem tempore breuiori æmuletur. Propterea cum singulari ingenij beatitudine pollere iure dixeris, qui tibi ignē naturę congruū possit ostendere.

dere. Ignem suum naturalem Philosophi balneum, aut Solem suum, aut fumum equinum vocant: quem alij aut ligno, aut alia quavis materia, nos verò carbonibus furnello præsertim ad hoc aptato conficimus. Solet præterea lapis in triplici vase fictili componi, quo lentior igniculus haberi possit, calori inquam gallinæ, dum excubat oua, quamsimillimus. Et eo calore draco, hoc est terra auri, se ipsum mortificat, quando elementa & spiritus de se dat. Ediuersò seipsum viuificat, quando spiritus rursus ad se acceperit. Quare comparatur Iesu Christo qui se ipsum morti pro nobis obtulit voluntariè, & sese postea per resurrectionis gloriam propria virtute vita restituit amplius nõ interiturus. Dicimus hoc etiam in loco, draconem de se expuere omnem obscuritatem, & venenum, & postea imbibere & dealbari. Et quoniam supra cœlum cum terra debere coniungi diximus, oritur hæc quæstio: An cœlum descendere debeat ad terram, vel terra ascendere debeat ad cœlum. Certum est terram non posse ascendere, nisi prius cœlum descenderit: terra autem in cœlum sublimari dicitur, quando spiritu proprio soluta tandem cum eo vna res efficitur. Hac similitudine tibi satisfaciam: Filius Dei delapsus in virginem, ibique caro figuratus homo nascitur, qui cum nobis propter nostram salutem veritatis viam demonstrasset, pro nobis passus & mortuus, post resurrectionem in cœlos remeant. Vbi terra, hoc est humanitas exaltata est, super omnes circulos Mundi, & in cœlo intellectuali sanctissime Trinitatis est collocata. Pariformiter cum ego morior, anima adiuta gratia & meritis Christi ad fontem vitalem remeant, vnde descenderit. Corpus in terram reuertitur, quod tandem depuratum in extremo Mundi iudicio, anima è cœlo labens, secum perducit ad gloriam. Cæterum quia congruum est animam ad cœlum ascendere, aliud quoddam dubium sese ingerit. An spiritus videlicet, cum anima transire debeat ad cœlum, vel an ambo manere debeant infra cœlum? Diximus spiritum esse animæ retinaculum in isto Mundo, sed cum lapis ad albedinem fixam peruenerit, erit alius Mundus priore longè excellentior, vbi spiritus mane-

bit in medio, Anima in cœlo, & Corpus in fundo: intellige terram esse cœlum animæ. E diuerso, animam esse cœlum corporis. Et quia spiritus animam in solutione labefecerit, ambo faciunt pœnitentiam & purgatur anima per spiritum & similiter corpus. Anima defecata solum in cœlum conscendit, & abit spiritus cum suis criminibus. Quod si is spiritus apud animam & corpus manserit, perpetua ibidem esse corruptio, nec fieret elementorum recta concordia atque paritas. Hunc spiritum angelo congruè in quibusdam æquiparare poteris, qui cum anima humana (quando in punctum cordis medium & exinde per vniuersas corpusculi partes infunditur) solet descendere. Fingimus item corpus, spiritum & animam, loqui per modum dialogi: dicente spiritu ad animam: Ego ducam te ad æternam mortem, ad inferos, & ad domum tenebrosam. Cui anima: Anime mi spiritus. Quare ad cum sinum non reduces, à quo me adulando exceperis? credebam te mihi deuinctum necessitudine. Ego quidem sum amica tua, ducamq; te ad æternam gloriam. Sed putat corpus quod viuificando gloriosum efficit. Cui spiritus: Faciam cenè, sed miser ego abire cogor, cum te super omnes lapides preciosos constituro beatamq; fecero. Quare te obsecro, cum ad regni solium deueneris, mei aliquando memor existes. Cui corpus tandem gratias egit innumeras, quod essentiam sibi dederit excellentissimam, per quam Deum tanquam in speculo est intuitum, promisitq; recordaturum, primasq; ei partes in regni solio congratulatur.

Explicat hanc propositionem: In umbra Solis est calor Lunæ, & in calore Lunæ est frigus Solis: similiter quo pacto cognoscitur in Luna quando Sol fulgere debeat. Quid est umbra Solis & Lunæ? Et quod necessarium est Solem & Lunam, similiter cœlum & terram coniungi, & de Aurora citrina meminit.

CAP. XV.

Diximus capite præcedenti, Solem & Lunam debere coniungi. credimus te sapere? quid Sol, quid denique sit

que sit ipsa Phœbe. Cinthia : id est, Luna, Phœbum Solem aperit. Phœbus sororem : id est, Lunam suam claudit atque coagulat. In ipso Solis & Lunæ coniugio hanc propositionem intellige : In umbra Solis est calor Lunæ. Et in calore Lunæ est frigus Solis. Enimvero quando humiditas Lunæ calorem & lumen à Sole acceperit, Sol in Lunam intrare dicitur, quo intrante incrementum Luna suscipit atq; calefcere incipit. Sol vero frigefcere & humefcere : quoniam aquam ad se acceperit, & calorem siccitatemq; perdiderit, ex quo luminis exors obtenebrefcit. Cùm autem Luna in Solem ierit, Sol ipse reuiuifcere incipit, atq; fulgefcere : quia lux ei redditur, & Luna splendore viduata gracilefcit & inumbratur. Vnde Solis umbra frigiditatem & humorem Lunæ, umbram verò Lunę diem affero. Deme ergo umbram à Sole, & tota lux eius vbiq; dispergitur. Non tamen opineris Lunam à Sole posse capere lumen vno horæ punctulo, sed paulatim & paulatim corpus soluitur. In principio quando soli Phœbe est coniuncta, ab ipso incenditur : quâ incensa paulatim ante noctem mediam fulgere confpicitur : quando verò Orbe toto plena extiterit, totam noctem solet nitore suo perfundere. Quâ rursus decrefcente, atque à lumine hebefcente Phœbi calor vigere incipit. Vbi liquido cognofces in Luna quâdo Sol splendere debeat, si fcriptorum meorum mentem deferens, introrsum animo peruadas, licet & alio ingenio intelligi possit. Cùm Luna, hoc est, lapis albus citrinescere aut rubefcere cœperit, Solis fulgentis est indicium. Principium rubedinis aurora est, auroram citrinam quis non diceret? Tithonia : id est, aurora communi huic videtur esse mancipata numeri, vt aërem perretet atque rapidum Phaëthontis : id est, Solis iter, luce prima demonstret. Vbi tandem fuluus Eous fundit oculatam Nabathæo cardine lucem, quæ anima videtur. Quod aut vt supra disputatū est, Solem in Lunam, ire : deinde Lunā in Solem fit necessarium, duo in cœlo impedimenta inter media deprehēdimus Venerem & Mercuriū, quibus ablatis eorum mirabilis erit coitio, qua facta Luna non perdet amplius lumen suum, sed fulgebit luce propria. Et Sol identidem:

Aderitque dies vltimus Mundi prioris, post quem sequitur alius Mundus, atque alia vita, vbi erit aut dies perpetuus apud superos, aut apud inferos vmbra perpetua. Descendetq; ignis cœlo, & rursus ad cœlum aureum conscendet: id est, tinget imperfecta.

De ipsa lapidis augmentatione tum priscorum Philosophorum tum Neotericorum: Et inducitur tantum vnum esse diem, & vnã noctem.

Rursus septem dies à septem dominis Mundi.

C A P. X V I.

Placet nunc, fili sapientiæ, lembum eum Philosophicum ad portum felicem appellere: age ergo remos: expande vela, da ventum celerem & secundum, portus salutaris est petendus. Postquam lapis noster factus est albus, filium nostrum generatum dicimus: licet modò puer homo sit perfectus, corpore & anima consistens, non tamen aliam prolem generare potis est, quin prius suæ naturæ alimento educetur, donec ad ætatem generationi maturam perueniat. Accepimus à priscis illis Philosophis, qui sola natura sunt operati, aquam suam viuam in partes duas esse partitam. Qui cum ad albedinem fixam cum altera parte aquæ peruenissent, eandem cum altera parte reseruata, aut etiam solò fortè igne rubefecerint. Alij in lapide rubro: quia ad supremum gradum ascenderit, & per se augeri non possit, labores quos antea confecerint, rursus sunt auspiciati. Soluentes eam rubedinem cum altera parte aquæ reseruata. Ipsam ad primam, vt ita dixerim, essentiam denuò reduxerunt: laboraruntq; penè in omnibus sicut à primordio, sed maiori quidem tum ignis tum laborum industria: & hanc repetitionem veriolem, aut maiorem augmentationem crediderunt. Quare etiam tempore prolixiori in lapide peragendo vsi sunt primi Philosophi. Quem minores natu atque posteri, anni curriculo soliti sunt absoluerè. ea de re vt album lapidem quo in Lunam tingere velint spermate lunari per totum, aut ei addendo

addendo alios spiritus, albos videlicet, è Ioue & Saturno per sublimationem eductos augmentauerint. Quibus etiam lapidem album spermate solari aut spiritibus alijs rubellis è Marte & Venere augmentando rubefecerint. Et hoc haud abs re factum esse existimes, quando eiusmodi inferiora corpora multum tincturæ in se habeant. Quòd si perfectius ex eis corporibus exemeris, & corpori perfectiori addideris, totum effici perfectum quid ambigitur? Et dicuntur huiusmodi corpora inferiora spiritus, cum dicimus, solue corpus, hoc est, lapidem factum, & adiunge spiritus. Vocantur itidem pueri cum dicimus: Pueri ludunt cum lapide, quãdo ipsum maiorem pondere & virtute fecerint. Vnde etiam in alijs laboribus vrinam puerorum quatuor annorũ scimus esse aquam, quatuor inferiorum corporum, quæ cum sit dicta aqua fortis Philosophorum, Aurum soluere dicitur, ex quibus lapidem quendam creati nõimus inficias. Mineralem lapidem trifariam distinguimus. Philosophorum lapis ex solo auro, solaque natura conficitur, & is est sublimior, qui omnes ægritudines curare à Philosophis perhibetur. Alius simplex lapis est, quando sola radix & sulphur auri aut argenti in fine spiritibus inferiorum corporum augmentatur. vbi hæc pondera: Vnum ad tria, vel duo ad septem in Minori Turba posita discutuntur, solo sulphure indigens aut aureo aut argenteo. Ad sulphur aureum tres rubelli spiritus. Ad argentum verò tres albicantes reducuntur. Modò duo sunt sulphura, & septem spiritus, è quibus nouenarius ille numerus excresecit atque colligitur. De quo plerique in hunc vsque diem stolidè sunt commentati. Tertium lapidem omnium metallorum sulphura cum suis spiritibus constituere dicimus. lapidem partes innumeras posset tingere, apud Philosophiæ consultissimos, ita decernitur: Quemque spiritum esse multiplicabilem, sed nullum corpus. Et cum lapis noster factus sit maximè volatilis, atque, vt ita dicam, spiritualis, totusque igneus, & diuturna decoctione in igne enutritus, atque per multijugas solutiones & coagulationes sæpiùs repetitus. Quid ni crederes eum lapidem innumeras partes tingere? si emunctis naribus

naturæ rationem eiusq; dotes mirificas introrsum olfecceris. Quò plus in Solem album solueris, & iteratò coagulaueris, eò plus tinges. Quantò item plures fœminas vir acceperit, eò plures habebit proles. Et quidē Philosophus ita inquit: Si tincturam dederis, tinges quomodo volueris. Quod etiam in frumētarijs aut semine videre licet, cùm ex vno granulo multa producantur: ex quibus sæpius repetitis, opima tandem seges solet exurgere. Nec hoc minori argumento erit, si Soli & Luna prius coniunctis pueros: hoc est, inferiores planetæ addideris, & planetæ sunt domini Mundi, qui totam hanc molem regunt. Quid refragetur, lapidem ex omnibus metallicis compositum, totum Mundum non posse tingendo rubefacere? Manifestum est etiam de lapide ex solo auro. Quoniam Sol aliorū planetarū est dominus, & cæteri planetæ ab eo capiunt fulgores aureos. E quibus elici potest, tantum vnum esse diem, vnamq; noctem tota ætate Mundi. Rursus septem dies à planetis septem, eosq; dies vnum diem: quoniam vnus est Sol: splendor Solis dies est, quo luceſcente, fugit à te omnis ærumna atque calamitas.

Quasdam proportionēs obscuras in libris Philosophorum huius Diatribæ positas explicat.

CAP. XVII.

Pythagoras ille Samius cùm auditores ad collegium suum erudiendos acciperet, in primis hoc præceptum eis tradidisse fertur, ne quid ex his quæ in eorum scholis tractabantur, in vulgus emitterent. Quare auditores suos quinq; annorū curriculo fecit obmutescere, vt neq; interrogare præceptorem de his rebus, neq; inter se differere liceret. Quem morem consecuti Pythagorei, tandem memoria labente cœperunt ea, quæ à præceptore didicerant, tum de primis rerum principijs, tum de rebus diuinis literis commendare; ita vt lecteraria earum rerum mēdulla in numerorū sacramentis delitesceret. Quod etiam Platonem fecisse, qui per similitudines recedentes Mathematicasq; figuras præceptiones suas abstruxerit, indicio est eius epistola, quam

quã de natura primi entis ad Dionysium scripsit. Scribendum est, inquit, per ambages & ænigmata, vt si fortè mari vel terra iactari librũ contigerit, qui legerit non intelligat. Hoc etiam Poëtis fabulandi locum dedisse arbitror, quo ne res sublimes ad plebem ignobilem deuenirent, sub fabellarum extraneo cortice suauissimum Philosophiæ victum intus reponderent. Legimus Aegyptios, vt dogmata sua haberent in sanctuarijs, literis ignorabilibus, hoc est, quibusdam animalium figuris, ipsa occultasse, vt pote, naturæ signaculum. Si bene meministi, vultus erat effigiatus. Draco in circulum ductus caudamque suam mordicans, anni currentis imaginem figurabat. Nonne quidam curiosiores cuiuslibet rei proprium characterem nituntur ascribere, quo eius rei occultior esset annotatio? Eò fit vt prisca illi Philosophi hanc diuinam artem sub verbis obscurioribus tradere censerent. Causam in capite septimo reperies. Quare putauerim frugi & operæ precium esse, si tibi tanquam filio Philosophiæ, quasdam propositiones obscuras explicarem, è quibus facillimè alias tibi obiectas exeu-tere queas. Dicunt Philosophi, lapidem suum vbiq; offendi, in montibus & cauernis. Ex ea propositione malè intellecta, mihi persuasi omnes errores emanasse ad posteros, qui in sanguine ouis, capillis, & cæteris rebus vanis & extraneis sunt operati. Eam sic intellige: Quemadmodum Sol ipse cœlestis, vbiq; est in hoc Mundo maiori per radios suos: ita Sol iste terrenus: id est, aurum, vbiq; est in toto vitro: id est, Mundo minori. In montibus: id est, capite vitri, & cœlo, atque cauernis: id est, in fundo vitri & terra. Dicunt lapidem nasci in duobus montibus. In cœlo monte, & terra, intellige in vitro. Præterea asserunt lapidem suum esse in omnibus rebus: id est, in omnibus metallis, quæ eorum res sunt. Lapis item est in omni re: id est, natura est in omni re: & quia natura habet omnia in se nomina, & natura est totus Mundus. Ergo lapis habet multa nomina, & dicitur esse in omni re, quamuis vna sit propinquior quã in alia, cum Philosophi solam naturã generatiuam metallorum efflagitent. Vnde dicunt, diuites: id est, perfecta corpora, sicut est aurum & argentum,

habent eam naturam ut pauperes : id est , imperfecta
 metalla. Est tamen perfectior & in igne permanentior
 auri vel argenti natura, quam in cæteris metallis. Etiam
 Philosophi rem fixam & permanentem quærent, quæ
 totum Mundum regat, utpote Solem aut Lunam. unde
 antiquitus Solem, Mundi Dominum vocitabant : in
 quo est vita ad sanandum omnia, qui diem motu suo
 efficit, atque noctem, totumque Mundum suo fulgore
 illuminat. Quare dicit Sol: Ego sum lapis. vel: In me est
 lapis. Dicunt etiam Philosophi: Opus lapidis esse opus
 mulieris, & ludum puerorum. Mulier nonnunquam
 terra est, aliquando Mercurius, qui totum opus vide-
 tur perficere. pueri ludunt cum lapide, hoc est, elemen-
 ta tria cum terra, vel inferiora corpora ludunt cum la-
 pide aureo, quando ipsum in fine augmentauerint. Si-
 militer pueri ludunt cum lapide & proijciunt, hoc est,
 ignari & imperiti proijciunt in fundo terram ipsam,
 quando sublimationem fecerint. Compararunt aliqui
 Philosophi opus lapidis creationi Mundi. Similiter, ge-
 nerationi hominis & eius naturalitati. Posteriores ve-
 rò Philosophi non solum hanc peritiam verbis recen-
 tibus: sed etiam imaginibus depictis abdidierunt. Vidi
 ego depictam filo pulcherrimo, virginem nudam, æta-
 te viridem, coma eburnea, oculis fuscis, albicantibus
 rubentibusque genis, cuius papillæ erant lacteæ & ad-
 modum teretes atque tornatæ. Eratque ea virgo toto
 corporis candore ad eum insignis, atque omnibus natu-
 ræ dotibus ad eum venuste decorata, continuata, ut regio
 thalamo dignissima censei posset, quam etiam cuncti
 Philosophi, tum prisce, tum neoterici deperirent. Qua-
 lem Venerem, aut Iunonem, aut aliam quamuis venu-
 stam puellam, aut iuuenulam Poëtæ solent describere.
 Habebat autem ea Nympha in manibus pendulis
 faces duas ardentissimas, & sub pede eius dextro lapis
 erat aureus, & cuius gremio aureus quidam fons in mul-
 tas venulas excurrerat. Sub leuo pede lapis erat argen-
 teus, argenteam de se flammam euomens. Depingeba-
 tur à dextris Titan ipse, radiis suis vndiquaque scintil-
 lans. A sinistris depicta erant cornua Phœbes: fereban-
 tur hinc inde quædam auiculæ, partim ad æra sursum;
 partim

partim ad terram deorsum. A tergo virginis coaluisse vides arborem variis pomis & floribus grauidè refertam, quam vitæ arborem in horto Paradisi consitam putares, si modò eius gratiam & viuacitatem delibares. Describitur in Tiara Philosophica Hermes omnium Philosophorum faciliè Triumuit, in Cathedra sedens, super genibus geminas tabulas seruans. In quarum altera delineabantur, tum globus Solis, tum Phœbe cornicularis: sub quibus duæ aues in circulum ductæ mutuo sese glutientes, consistebant: quarum altera superior alata: altera sine alis depingebatur. In tabula altera depicti erant tres circuli versicolores, in quorum medio imago erat Lunæ, ad quã duo Soles, alter radium vnum, alter duos diuerberabat, volabantq; circum Hermetis Cathedram nouem aquilæ habentes in pedibus arcus extensos, è quibus sagittæ pennatæ emittebantur in terram. Nonne scientiam nostram Vlmãnus quidam diui Francisci ordinis frater Minor, miro artificio in lingua vernacula ac populari contexit? atque per Christi passionem verissimam esse comprobauit? Vbi visitur imago illa biformis, partim mascula, partim fœminea, monstrum illud andrøginum Imperatoricæ maiestatis sceptrum in manibus gestans & pleraque id genus alia in Philosophorum libris conspiciuntur.

*Ostendit quòd lapis omnes ægritudines curare potis sit,
cum omnis natura sit in Sole, & Sol in natura,
& præsertim in lapide.*

Cap. XIII.

Quòd verò lapis omnes ægritudines curare queat, de his omnium Philosophorum libri sunt referti. Ratione tamen naturali id ostendere pro virili portione studebo. Omnis natura est in Sole, & Sol in natura: ergo spiritum eius aucupari possumus in omnibus, & præsertim in auro. Et quando natura est ægrota, ille lapis sanat naturam. In auro propagando maximè elaborauit cœlũ, similiter Sol ipse, & Iupiter. Sol quidem ei cunctas suas dotes indidit. Propter igneam eius virtutem atq; splendorem. Iupiter autè, quem vitæ patre-

num Medici vocant, temperantiam & elementorum æqualitatem ei infudit. Ab his dotibus aded incorruptibile factum est aurum, ut nullus ignis in eius substantiam, aut virtutem corrumpendo agere possit. Accedit ad hæc auri solutio, & naturæ eius purificatio, atque longa in igne enutritio, à quibus mirabilem, & propè diuinam sortitum est operationem. Quòd si eo lapide in esculentis, aut poculentis in pòdere grani sinapi vescereris, vitæ oleum & igniculum cœlesti suo vigore, in æqualitate conseruaret, elementaque tui corporis in pace & fœdere colligaret temperaretque. Quibus temperatis, anima elementis duaretur, & homo in columis semper existeret, vsque ad eum finem, quem omnipotens Deus homini propter inobedientiam primi parentis instituit. In corpore Christi tanta erat elementorum affinitas, tantaq; colligatio, quia nulli crimini obnoxius erat, tum propter mirabilem essentiæ diuinæ vñionem, quòd nunquam fuisset mortuus naturaliter, nisi hominis redimendi gratia, propter quem & natus esset, voluntariè mortem appeterisset. Age illi gratias perpetuas te creati, te precioso sanguine suo ab infernis sedibus redimenti, teq; hoc tanto munere donanti, quo sanitatem atq; vitam diuturnã in felicitate transfuges: propter quam præcipuè lapis noster est perẽdus. Taceo diuitiarum vbertatem, quæ homini confertissimè ac copiosissimè per hanc artem exuberant, aurum porabile, vel aureum liquorem habens. Si in aqua vitæ è vino Maluatico expressa, aut alio quodam Phalerno: id est, vino nobili, lapidem cum solueris.

*Praxim philosophicam repetit, vbi diuina ex
lapidis peritia breuibus sententijs
tota contextit sepiusculè.*

C A P. X I X.

Masculinum precium foliatum aut limatum compone cum Mercurio in duodecima proportione se habente ad precium. Pone ad ignem lentum, & continua eum, quoad in Mercurio corpora soluente supereminet Venus natans, quòd extrahc, donec nihil corporis in fundo

in fundo remaneat: & habes primam partem operis philosophici. Secunda pars operis est sulphur, ipsum pone in vitro sine aqua, & aquam corporis, in qua est anima Lunæ destillando. Hanc aquam iunge sulphuri, & permitte vt multis viribus vnum cum altero quandoque surgat, quandoque deprimatur, donec Venus aquam suam conceperit, quod fit in colore albissimo, & habes elixir ad album. Tertia pars operis est. Habitam terram albissimam forti igne citrinabis: deinde vi ignis rubificabis; & est elixir ad rubeum.

De alio modo operandi. Adhuc peritiam eam diuinam breuibus, & cum miro ingenio comprehendere lubet. Solue corpus, accipe sulphur, mundifica ipsum, sublima spiritum, iunge spiritum cum sulphure, & habebis artem philosophicam. In omni perfecto opere alchimico, quantumcunque etiam exiguo, spiritum & sulphur auri habere est necessarium. Spiritus tingit colore aureo. Sulphur dat pondus aureum, atq; coagulat. Si altero careret, opus nihil efficeret. In Venere auri Philosophici totum naturæ arcanum inquirunt delitescere, & dicunt verissimum. Quare coagulum nominari solet, cum dicitur: Accipe coagulum à corpore, & habes magisterium, quo non est maius in natura. Similiter mundifica coagulum, & dele impedimenta, & tinges. Sed quia pannus immundus sulphuri non comparatus, mundificari non possit absq; aqua: sic sulphur naturam sine aqua non abluitur. Abluere est soluere, soluere est purificare, aqua est Mercurius, ipse est clavis: solus aperit corpus, & albificat sulphur: quo albedo recedit cum immunditia. Ego te singulari eruditione vigere dicere, si eam amouere poteris. Ipse est impedimentum & mors æterna. Quare non ibit in cælum, vt supra in 14. cap. insigniter demonstraui. Et dico tibi per Deum creatorem cæli, quod est vnum de secretis maximum. Amplius ipsa lapidis scientia nihil est aliud, quam terræ aut naturæ purificatio. Nec est alchimia aliud, quam naturæ purificatio. Non potest terra à sordibus suis defecari ac purgari, nisi per medium aquam ad se acceperit. Et hoc totam artem breuibus complectitur, si naturam intellexeris. Plura his similia per te ipsum diuina gratia po-

teris deprehendere. Lauda Deum per omnia secula seculorum.

FINIS MEAE CONSIDERATIONIS. Viceſimum caput nunc ſequitur.

Ponit quaſtiones factas à Necromantico Illardo ad Diabolum, de lapide Philoſophorum. CAP. XX.

Necromanticus quidam, nomine Illardus, in prouincia Catilania has fecit quaſtiones ad Diabolum. Quaſtio I. Vtrum poſſit fieri Philoſophorum lapis ad conuertenda imperfecta metalla in Sole & Luna igne iudice? Reſpon. In auro ſunt omnia metalla eſſentialiter cum ſuis terris in colore multiplici. Ex terra eius cum eſſentia ſua conficitur lapis, qui ſua natura omnem immunditiam aufert, & proiectus ad imperfecta, fixat ea perpetuo. Quaſt. Quid & qualis eſt ea eſſentia? Reſp. Eſt anima media natura, quæ permittit vnã formã conuerti in aliam. Quaſt. Quo pacto agit anima media natura? Reſpon. Omnes Angeli aut homines non poſſunt introſum per intellectus ſuos acutiſſimos vllõ pacto eam videre, aut comprehendere. Quoniam hoc Dei propriũ eſt, qui ſuæ maieltati hanc ſeruauit. Quaſt. Poſteſtne homo eum lapidem conficere? Reſpon. Quicquid Deus creauit, proprietatem habens, poſſibile eſt homini vt in id agat: ſed valdè difficile eſt lapidem conficere: tamen cõfici poſteſt. Quaſt. Anima media natura habetne corpus? Reſpon. Color auri eſt corpus animæ mediæ naturæ. Quaſt. Quo pacto poſteſt color de auro ſeparari? Reſpon. Anima media natura cum calore ſuo & humiditate diuidit, & cõiungit ambo ſimul. Quaſt. Color auri eſt albus, aut niger, aut cuius generis? Reſpon. Eſt albus ad viſum humanum, ſed ſpiritu eſt cyaneus. Quaſt. Quo pacto, & è quibus fit color? Reſpon. Natura facit eum ex pura terra, & pura aqua. Quaſt. Eſt color in omnibus metallis? Reſpon. Non ſolum in metallis, ſed etiam in omnibus elementis eſt color abſconditus. Quaſt. Cuius virtutis eſt lapis? Reſpon. Lapis de-

pis depurare potest omnia corpora metallica imperfecta ab omni lepra, vt sint perpetua, vsque ad indicium extremum. Corpora humana sanat ab omni ægritudine, vsque ad mortem naturalem. *Quæst.* Qualis, & quæ res est anima humani corporis? *Respon.* Est ignis viuus cœlestis vitæ, & habet in se animam mediam naturam. Ab anima media natura vocatur Deus, creator omniũ rerum, quæ sunt in Mundo. *Quæst.* Habuitne Virgilius lapidem? *Respon.* Non solum ipse habuit lapidem, sed multi Philosophi habuerunt eum, & scripserunt de eo multifariam obscuris nominibus, & multis operationibus. *Quæst.* Quomodo & quare appellatur lapis? *Respon.* Ego dico tibi, lapis est nomen eius, & non est mihi data libertas tibi aliquid manifestandi amplius. *Quæst.* Quanto tempore potest lapis ad finem deducẽ? *Respon.* Duodecim menses sunt necessarij à primo die inceptions. In triginta diebus terra ex Saturno generatur vel natura terræ facit crescere Saturnum. In centum diebus crescit argentum viuum in aqua. In sexaginta diebus completis creuit aër ex Ioue. In alijs diebus anni crescit ignis à Sole. In puncto anni anima media natura de cœlo descendit in hanc terram, & mortificat superiores & inferiores potestates. Imago multiplicis victoriæ ad consumendum bellum in corde ventris eorum, vsque ad ignis indicium perpetuum. Non amplius tibi dicam.

F I N I S.

I N
TOMVM PRIMVM
OPVSCVLORVM
ALCHIMIAE
INDEX.

<p>A BYSSVS Mun- di 377 abluere 105.187 ablutio 148 ablutio corpo- ris 187 ablutio, operatio quarta 274 abluendum quousque 21 absemir 176 Acetum quid dicatur 113. 125.198 acetum Alchimistarum, 7. Philosophorum 172 acerrimum 54 actus quid 193 actio generalis 136 Adam ex quatuor elementis 289 Aer sapientia 129 aer quid 110 aera cur media inter calum & terram 2 aer calidus & siccus 2 aeris spissitudo ibid. anigma 94.96.159.234 anigma de vipera 96. de pisciculo 96. de radice ibid. de Mercurio 97. de coniugio ibid. & 97.98. anigma 81.82.83. & de- inceps. anigmata de Luna 297</p>	<p>as 67.68.176. umbra cur 6 as nostrum quid 4.37 as tinctum tingere 25 as aqua fieri 66 as quandiu coquendum 20 as combustum 5.52 as & aqua nostra quam si- miles 142 as arenam dici 20 as Philosophorum 23.24 as album 28.51.77 as humore inspiratum 65 as animam & corpus habere 28. vt soluendum 114 aeris flos 28 aeris corpus vt regat 24.25 agens in alchimia 300 Aegyptiorum mysteria 399 vnde dicta 18.66 Albar aeris 88 albedo vnde 170 albedo iniitio querenda 51.54 album mundum quid 112 album humidum 12 Alchemia quid dicatur 211. 404. mater 126. Philoso- phiae Minerva 376. virgi- nis pictura adumbrata 372. vt inuenta 371. sana- trix egritudinum 347. & deinceps. transmutatrix metallorum in argentum & au-</p>
----------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------	-----------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------

I N D E X.

<i>aurum</i> 348. <i>vi natu-</i>	<i>de vipera</i> 90
<i>rati scientiæ consonet</i> 125.	<i>alzum, siue alzon</i> 39
<i>natura imitatrix</i> 151.	<i>alocines</i> 186
<i>pauperum consolatrix</i> 130	<i>aluis</i> 183
<i>à Geometria & Arithma-</i>	<i>alumen</i> 116. 129. 243
<i>tica obscurata</i> 123. 124.	<i>alumen ex pomis</i> 27
<i>cur corpus egrotum habe-</i>	<i>alumen crudum</i> 134
<i>re dicatur</i> 126. <i>quanto</i>	<i>alumina quid agant.</i> <i>ibid.</i>
<i>tempore compleatur</i> 229	<i>aludel</i> 131. 147
<i>alchimie fundamentum</i> 299.	<i>aludela</i> 214
386. <i>radix</i> 299. <i>clavis</i>	<i>Amicitia inter aquam & æ-</i>
48. <i>mysterium cur Deus</i>	<i>rem mansura</i> 2
<i>celauerit</i> 37. <i>veritas in</i>	<i>Anatron</i> 257
<i>quo consistat</i> 316. <i>qua-</i>	<i>Anathuel</i> 294
<i>tuor regimina</i> 305. <i>in-</i>	<i>Androgynum monstrum</i> 401
<i>strumenta</i> 36. 84. 271	<i>Angeli lucidiores Luna &</i>
<i>alchimia scientiam diffusam</i>	<i>stellis</i> 289. <i>ex vno tantum</i>
204. <i>instrumenta</i> 36. 84.	<i>elemento</i> 3
271. <i>quinque ignes</i> 271.	<i>Angelos ex igne factos</i> 47
<i>quatuor gradus</i> 342	<i>anser Hermæus</i> 183
<i>alchimie insudandum</i> 119.	<i>antimonium</i> 63. <i>inuidi di-</i>
120	<i>xere lapidem</i> 15
<i>alchimiam problematis</i> 128	<i>anima</i> 68. 286. <i>quid</i> 115. 325.
<i>imperfectè vivere</i> 148	<i>est vita</i> 234. <i>qua dica-</i>
<i>habere principia</i> 342. <i>ma-</i>	<i>tur</i> 183. <i>humana</i> 383.
<i>gis naturam imitari</i> 302	<i>lumine clarissima</i> 246.
<i>Alchimistam quid noscere o-</i>	<i>tingens</i> 40
<i>porteat</i> 49	<i>anima mundi</i> 279
<i>Alchimistæ deceptores</i> 359.	<i>anima & acetum quid dica-</i>
<i>cur principium in fine tra-</i>	<i>tur</i> 51
<i>ctarunt, & econuersio</i> 32.	<i>anima quoc nominibus dica-</i>
<i>qui fugiendi</i> 389	<i>tur</i> 116
<i>Alchimistarum libri</i> 23.	<i>anima ex quo creata</i> 289
<i>opera</i> 71. <i>finis</i> 71	<i>anima sulphura</i> 73
<i>Alembic Philosophorum</i> 146	<i>animæ retinaculum</i> 398
<i>alkasab</i> 140	<i>cù corpore coniunctio</i> 196
<i>allegoria</i> 251. <i>& deinceps.</i>	<i>animantia ex quibus elemen-</i>
<i>allegoria de homine</i> 69. <i>de</i>	<i>tis composita</i> 47
<i>gallo</i> 90. <i>de spongia ma-</i>	<i>annus vi diuidatur</i> 8
<i>rina</i> 90. 91. <i>de pisce</i> <i>ibid.</i>	<i>anni partes</i> 125

I N D E X.

<i>Apparitio lapidis</i>	155.156	<i>argenteitas fixa</i>	312
<i>Aqua quid</i>	110.247	<i>argentum viuum</i>	306.
<i>aqua</i> 150. <i>nostra à Philo-</i>		quot nominibus dicatur	
<i>sophis nominata</i>	30.108.	137. quid	62.247.277.
179.390. <i>permanens</i>	4.9.	<i>duplex</i>	319. <i>triplex</i>
10.48.52.57.68. <i>vita</i>	83.	136.137. <i>ab hominibus</i>	
129. <i>vitis</i> 35. <i>viua</i>	173.	<i>extractum</i>	77. <i>i-</i>
<i>intrans</i> 249. <i>maris</i>	108.	<i>gneum</i>	73. <i>ignis</i> 137.
<i>philosophica</i>	ibid. 111.	<i>temperatum</i>	3.4.
<i>pluvialis</i>	9. <i>nubis</i> 285.	<i>ex pluribus confectum</i>	
<i>Mercurialis</i>	108.286.	31.80. <i>de masculo</i>	31.
<i>Mercurij</i> 180. <i>mundana</i>		50. <i>de sulphure quan-</i>	
78. <i>sapientie</i> 129 <i>sim-</i>		<i>tum habeat</i>	264.
<i>plex</i> 108. <i>secca</i>	101.	<i>vt in sulphur conuertatur</i>	
<i>sulphurea</i> 40.174. <i>sul-</i>		303. <i>ferri</i> 73. <i>igneum</i>	
<i>phuris</i> 87.88. <i>auri</i>		25.75.	
21.68. <i>imitans naturam</i>		<i>argentum viuum Alchimi-</i>	
151. <i>vt puluis fiat</i>	19.20.	<i>starum</i> 341. <i>vt cum me-</i>	
<i>vt conglutinetur</i>	193.	<i>isallis vniatur</i>	311
<i>qua corpora soluit</i>	179	<i>argentum viuum auripi-</i>	
<i>aqua diuinae nomina</i>	162.	<i>gmentum</i>	25
187. <i>permanens vis</i>	10.	<i>argentum viuum quot no-</i>	
57. <i>diuisio</i>	111	<i>minibus dicatur</i>	29
<i>aqua spissum</i>	2	<i>argentum & stannum non</i>	
<i>aquam fieri</i>	68	<i>conuenire</i>	61
<i>aquas effusas in lapides con-</i>		<i>argentum viuum coagulare</i>	
<i>uerti</i>	240	13	
<i>aquile</i>	188	<i>argentum viuum quantum</i>	
<i>Arbor mirifica</i> 83. <i>Philoso-</i>		<i>ponderis corpori tribuat</i>	
<i>phorum</i>	94	307	
<i>arborum succositas</i>	102.125	<i>argentum viuum corporum</i>	
<i>arcantum</i> 11.27.29. <i>quid</i>		<i>perfectorum</i>	312
<i>dicatur</i> 120. <i>precio-</i>		<i>argentum viuum aqua</i> 136.	
<i>sissimum</i> 279. <i>natu-</i>		137	
<i>rae</i> 386. <i>caeleste</i> 249.		<i>argentum viuum camba</i> 28.	
<i>occultatum</i> 10. <i>maxi-</i>		31.73.79.81.82.177	
<i>mum</i>	30.58.126	<i>argentum viuum quartum</i>	
<i>arcani initium</i>	22	78.79	
<i>arcana Pythagoreorum</i>	398	<i>argenti vini compositio</i>	244
<i>arena</i> 68. <i>maris</i>	82	<i>argenti vini natura</i>	260
		<i>argenti</i>	

I N D E X.

argenti vini plures acceptio- nes	315.316	artificium maius	211
argenta vina duo	391	Aristæ plurimi vt decepii	115
• Aristotelis liber 45. præce- ptorum 24. sententia de vegetabilibus	128	arsenicum masculū dici	138
Arisleus Philosoph.	1	Asratio vnde inuenta	151
Arislei somnium	94	Astrologia vanitas	385
Arithmeticus	379	astra ignea	12
Aros Philosophus	205	Atramenta ex quibus com- posita	243.342
ars ex quibus 165. debilior natura 245. quibus ege- at	19.67	Augmentare	342
ars vt perficitur	310	augmentum quid	ibid.
ars gumæ	174	augmentum in quantitate ibid.	
ars numi	59	aus Hermetis	238
ars Solis	245	aurora	395
ars Philosophica	370	aurum quid 262. quale corpus	387
ars alchemiæ Dei donum 1:9. ex quibus citò operatur	312	aurum Philosophorū	140. 330
ars astronomica naturam imi- tari in rebus perpetuis	385	aurum vt fiat argentum	33
artis beneficium 312. prin- cipium 193. fundamen- tum	7	aurum numosum	791
artis alchemiæ virtutes & effectus	347	aurum fermentum elixiris	262
artem in tribus verbis consti- tere	230	aurum igne non vri	263
artem qui scire possit	171	aurum purpureum	177
artem scire cupientibus quid agendum	229	vt fiat argentum	273
artem calce propria semper indigere	313	aurum in rubiginem vt con- uertatur	50
artem vnã rem pascere	204	aurum in venenum vertere	26
in Arte duo requiri	305	aurum singulare apparen- s	129
artes ablegandæ	385	aurum potabile	402
		aurum rostri	40
		aurum coralli	ibid.
		aurum soror gemmæ	111
		aurum apparen- s	129
		aurum cur lepram & alios morbos curet	363
		aurum fermentum	41.80

I N D E X.

auri verba	111	calor æquilibrium	390
auri virtutes	363.364.	cambar	25.30.31.34. 77.79.
401		81.108.165	
auri & argenti substantia		camelus noster	251
313		canis Corascentis	218
auri interiora argenti	264	canicula Armenia	ibid.
auri complexio	262	caput corui	233.388
auri flos	49.51	carbunata	172
auripigmentum	73	carta Sacerdotum	157
aurificationis principium		cautio	9.25
310		Cellula mea	192
amboris sententia	155	Chelidonia	84
Æros quid	179	Christiani Philosophi	376
B		Christi & Lapidis allegoria	
Balgi allegoria	34	393.394	
Balthisci & Lapidis simili-		chronica Methaurea	296
tudo	134	Chubul	28.31.77.
Bellum irritare	72	cinis preciosus	31
Beya	95	cinis à cinere	147
Bonum plurimum nominum		circinatio quid	273.277.
40		331.261	
borius	12	circulus Solis	229
C		Clavis	165
Chaos confusum	377	clavis operis	5.176
Chalcosularium var	223	clavis prima solutio	388.
calcinatio	185. quorum	389	
194		Coagulum	403
calcinatio prima 144. secun-		coagulatio	154. vt fiat
da 145. cur fiat	145	196. duplex 27. operatio	
calcinatio Philosophorum		quinta	274
144		coagulationis spatium	196
calcinatio operatio sexta		in Coagulationibus à sale ca-	
275		uendum	202
calcinationes multe	186	coctio quàm longa	321
calidum naturale 100. ra-		calum ex quo 289. ex qui-	
dicate	306	bus compositum	47.
calor præcipuum agens in		ex quibus substantijs crea-	
Alchimia	300	ta	293
calor in humido 273. in sicco		calum hoc est aurum	390
ibid.		cali creatio	3
		came-	

I N D E X.

<i>cameteria</i>	214	<i>cooperatorium equi</i>	251
<i>colera</i>	248	<i>coquere</i>	150
<i>colere virtus</i>	133	<i>coqui vt debeat</i>	150. 151
<i>colla auri</i>	29. 78	<i>conuersio</i>	312
<i>colores principales.</i>	270	<i>conuersiones vt fiant</i>	105
<i>extremi</i>	337.	<i>corallus</i>	92. Philosopho-
<i>appa-</i>		<i>rum</i>	92
<i>rentes in regimine lapidis</i>		<i>cor</i>	78. Solis 58. cali 389
63		<i>corfusile</i>	7. 18. 65. 66. 151.
<i>combustio sanguinis similis</i>			153
18		<i>corpus quid dicatur</i>	20. 62.
<i>comburare quid</i>	38. 86	127. <i>fiat anima</i>	
<i>combustilia quæ</i>	142	20. <i>nostrum</i>	251. <i>perfectu</i>
<i>commixtio quid</i>	267		312
<i>compar rerum</i>	303	<i>corpus in animam conuerti</i>	
<i>complementum quot diebus</i>		186	
<i>fiat</i>	124. 178. 278	<i>corpus</i>	14. <i>nominiibus &</i>
<i>complexionum mutatio</i>	271	<i>amplius appellari</i>	116
<i>compositio quid</i>	27. 28.	<i>corpus vt spiritus fiat</i>	316.
273. <i>nostra</i>	232. <i>duplex</i>	317. <i>non multiplicabile</i>	
40		397. <i>desideratum</i>	11.
<i>compositum</i>	67. <i>igne ca-</i>	<i>quando distilletur</i>	187.
<i>rens</i>	289. <i>ex elemen-</i>	<i>vt debilitandum</i>	20. <i>va-</i>
<i>tis</i>	47	<i>porem fieri</i>	328. <i>teren-</i>
<i>conformitas in trinitate</i>		<i>dum</i>	23. <i>quando subti-</i>
<i>chmica</i>	116. 117	<i>liatum</i>	376. 377
<i>congelare</i>	159. <i>terram</i>	<i>corpora duo</i>	131
173		<i>corpora soluere</i>	215
<i>coniugium Solis & Luna</i>	395	<i>corpora corporibus tingi &</i>	
<i>coniungere</i>	391	<i>figi</i>	80
<i>coniungenda quæ</i>	<i>ibid.</i>	<i>corpora in non corpora verti</i>	
<i>coniunctio elementorū quid</i>		179	
319.		<i>corpora incorporea fieri</i>	40.
<i>contentum</i>	169	67. 302	
<i>conterere</i>	61. 68. 79	<i>corpora vt consideranda</i>	
<i>continens</i>	170	291	
<i>contractus quid</i>	27	<i>corpora lucentia</i>	274
<i>contraria vt in vnā natu-</i>		<i>corpora metallica ex Mercu-</i>	
<i>ram coalescant</i>	317	<i>rio</i>	100. <i>ærea ex conuersione</i>
<i>contritio</i>	150. <i>Philosopho-</i>	<i>ne cadere</i>	241. <i>mineralia</i>
<i>rum</i>	20. 67. <i>duplex</i>		
150			

I N D E X.

ut differant compositione 244	decoctiones quatuor 322, item septem ibid.
corpora metallica arte fieri non posse 356. corporum solutio 266. 367	depuratio 234
corporum ligamina 191	Deus ante omnia 3
corporum sulphureitas du- plex 264	Deus est natura 381
corruptio quid 234	Deus 378. & eius attributa ibid.
corruptionis natura 1	Dei creatio 47
corus caput 234. 322	Dei munus excellentissimum 23
corum dealbare 250	Dei maximum donum hu- mane nature datum 375
Craticula libellus 230	Dei nomen 379
creatura omnis ex elementis 3	Deum innominabilem 378
creatura vnus essentia 290	Deum omnia implere 378
creatura ex tribus elementis 3. 4	de Deo omnia affirmare posse ibid.
creatura ex duobus elemen- tis 3	de Deo omnia negari posse 378
creaturae cur diuersae ha- beant naturas 275	in Deo ut sunt omnia 39
creaturarum diuersitas & varietas vnde 4	Deos omnes ad Iouem referri 382
creata omnia ex vna essentia 3	densi nil sublimi 46
cribrare Hermetis 25	Dialogus Luna & Solis 298.
cribratoria 214	spiritus animae & corpo- ris 393. 394
crocus Philosophorum 60. 92	dicta maiorum sequenda 2
Cucurbita 214	dies est splendor Solis 398
D	diethen 231
D ardanus 11	dimensiones tres 291
Dealbare 222	dispositiones septem 274
dealbare duplex 22. 70	dissolucere quid 316
dealbatio 277. operis ini- tium ibid.	in Distillatione corporum castela 73
decoctio 150. 215	distillatio 154. 195. quotuplex 195. quot fiat vicibus 154
in Decoctione cur adhibenda 150	distillatio Philosophorum ibid. distil-

I N D E X.

distillationes necessariae	390	elementa ut commisceantur	37. & coquenda ibid. a-
distillationis completae signum	318	quatica	232. lapidea i-
distillatio 213. 311. lapidis ne-		bid. formalia duo in la-	
cessaria	267	pide ut intelligatur	319
Doctrina generalis	185	elementa duo in arte	303
Draco noster	250	elementa morte separari	47.
draco in circulum ductus	399	in die iudicij	293
draconis anigma	35	elementa ut conflagranda	295
Ductilia liquabilia	242	295	
ductilia & liquabilia quae	352	elementa circulariter conuer-	
duo quid	25	sua	232
		elementa conuertere	38
		conuertendi modi	187
		elementa simplicia cur Alchi-	
		miae non conducant	302
		elementorum substantia	293.
		mater	309. r. h. itas 146.
		materia	100. extractio
			319
		elementorum spissitudo	44.
		separatio	149. 178. 319.
		elementorum mixtio	293.
		commixtio	220. affinitas
		in corpore Christi	402. cir-
		culatio	292. aptitudo 232.
		coniunctio	319
		elementorum & quinta es-	
		sentia differentia	329
		ex Elementis omnia	48
		Eljaron	206
		elixir quid dicatur	305
		elixir nostrum	14. 264. al-
		bum ibid. rubrum ibid.	
		elixir ex quibus	105
		elixir ut crescat	113. perfe-
		ctum ut fiat	329. maturum
		ad tingendum	113. infini-
		ta virtutis	192. ut cum
		corporibus coniungatur	

I N D E X.

339. vi completur	124	fex quid	308. 333
calcinatum	112	Figere	106. 187
elixiris compositio	310	finis	152
elixiris excellentia vt pro-		finem ante principium cur	
batur	279	tractent Alchimista	87
elixiris ad rubeum confectio		figendi modus	335
337. 338		fixio 147. 276. vt fiat	
Enses Alemanici	241	ibid.	
emium antiquissimum	288	Flegma	248
Episcopus noster	251	flos auri	28
Ethelia 5. 14. 30. 32. 77.		flos corporis	387
78. 80. quid 51. al-		flores secretorum	311
ba 52. 62.		flores indelebiles	175
ethelia teri 19. fieri 24.		Famina	169
28. 29		femina spiritus	139
ethelia	48	Frigidum omne	2
Exebnich	28	Fugare quid	272
Eximidius Philosophus		fundere	ibid.
		fundamentum artis	7.
F		operis	71
Facies quatuor vnus pa-		fundamentum Alchimie	
tris	197	299	
fatui Alchimista	359	G	
Fella	176	G Aris	219
fermentare ad rubeum	340	Galenii sententia de Chi-	
fermentatio quid	333	mia	143
fermentu quid 181. 183. 280.		Geber Saracenus	198.
287. 335		cuius filius	222
fermentum auri	162. 265	Geldum	84
fermentum fermenti	163	Genechliaci irrisi	364
fermentum ad rubeum	339	generatio est motus	103
fermentum ad album. ibid.		generatio in animalibus	102
fermentum Philosophorum		generatio vt fiat	246
327		generatio factus & lapidis	
fermentum est anima corpo-		83. 84	
ris imperfecti	328	gentilitatis error	382
fermenti uosis	339	germen corporis	387
ferrum omne bonum	141	Glacii exemplum	261
ferrum e celo cecidisse	241	Gradus operis tertius	231.
festinatio propellenda	188	236	
		gradus	

I N D E X.

gradus primus regiminis	humidum omne	2
233	humidi significatum	195
gradus secundus regiminis	humidorum differentia	74
234	humores quatuor	291
gradus regiminis quartus	I	
238	¶ Ccir quid	194
gradus terminus	¶ Ignis quid	110. 176
231	ignis rarior 28 niger	464
gumi quid 9. 56. 66. 108. au-	lencus principio	152. 237.
reum	spissus 290. unmoderatus	
129	cauendus 7. elementorū	
guma Scotiae	rarior 3. artificialis qua-	
18. 66	lis 305. auri purpurei	
guma mas est 111. auro for-	129. vniuersae naturae	386.
tior	uincetorum 129. natura	
57	381. gradus 230. elementū	
guma nostra	289. regimen	277
137	igne principio carere	292
guma plures	ignem esse aquam	137
ibid.	ex igne solo quod est, non co-	
H	medit aut dormit	4
¶ Arforetus	ignes quinque Alchimie	
95	271	
¶ Harmonia	ignium quantitas	218
Mundi	Imago bisformis	401
377	imbibitionis tempus	321
hermaphroditum	immunditia lapidis	198
391	impedimenta actionum	297
Hermes Philosophus trium	impedimenta quae auferenda	
vir 400. Philosophorum	395	
caput	Inceratio & cur	145. 146.
22	185 200	
Hermetis sententia	incerare	221. 222
124.	incerantur quae	196
verba 143. numus	incerandi modus	196
81. Anser 183. pi-	incremabile	147
ctura 401. documen-	induratio	185
sum	Indorum & Babyloniorum	
70	sententia de ceratione lapi-	
Hermogenis pullus	dis	46
183		
Heptades		
379		
Hexades		
ibid.		
Homo antiquus		
250		
homo ex quatuor elementis		
4. 47		
hominis spiratio		
7		
hominis partes interiores		
quot		
132		
hominis & lapidis compara-		
tio		
198. 199		
Humiditas quid		
52 304		
vbi		
144		

I N D E X.

ingressus	149	lapis vt crescat	116.117
initium rerum	1	lapis vt minor mundus	247
intellectus dicti illius : Qui mecum moritur , mecum oritur	314	lapis de animata re est	244
intentio Philosophorum	30	lapis veritatis	206. quot differentijs compleatur 154
intervallum inter Deum & creaturas	378	lapis vt putuis optimus	16
invidere non est sapiens	13. 61	lapis Philosophorum medici- na	275
Ioannis Pici Miradula mors dolenda	382	lapis Aquile	162
Iouis operatio	228	lapis fortitudinis	269
Iris vt fiat	390	lapis vnus	299
irudo	26	lapis homini comparatus	133
Iudicare per ignem	295	lapis Benedictus	304
K		lapis noster trinus & vnus	192. primò albus 267
K Arnech	85	lapis noster aqua	170
K Kenkel	ibid. 53	congelata	192
Kibrich Philosophorum	205	lapis est vita	234
Kinna	154	lapis Philosophorum cui par- ti adiungatur	338
Kuhul	31	lapis mineralibus compara- tus	134
L		lapis omnicolor	225
L Abor maior in dealban- do ; quàm rubificando	324. vbi maximus 319	lapis kuhul	8
lac virginis	112. 129. 246	lapis Tyrius	12. 59
lapis quid	309	lapis cur nominetur	58
lapis rex	180	lapis à Deo quibus conceda- tur 223. donum Dei	71
lapis duplex	222	lapis est ligamentum elemen- torum	386
lapis non lapis	18. 52. 198	lapis tertius	397
lapis honoratus	218	lapis cur pelagus nominetur	37
lapis cuius nature	199	lapis fixus	112
lapis 52. 67. ex quibus con- stet 99. 178. ex quo gignat 99		lapis alkali	222
lapis in duas partes diuiditur	234. 236	lapis cur sulphur dicatur	136
lapis ex quatuor elementis	109. 110. 179. 199	lapis semini humano simi- lis	193

I N D E X.

<i>lis</i>	193	<i>lapidis virtutes</i>	222.403
<i>lapis vt incerandus</i>	341	<i>lapidis eleuatio</i>	219. proces-
<i>lapis quater soluendus</i>	112	<i>sus breuis</i>	104. multi-
<i>lapis quamdiu coquendus</i>	6.8	<i>plicatio</i>	345
<i>lapis fermentatus</i>	113	<i>lapidis regimen</i>	11.53
<i>lapis vt dulcoretur</i>	340	84. <i>compositio</i>	200
<i>lapis quomodo regendus</i>	15	<i>lapidis coagulatio</i>	221.222.
<i>lapis aqua fieri, & contra</i>	11	<i>solutio</i>	221. duplex. <i>ibid.</i>
<i>lapis vt inspissetur, & rare-</i>	44. vt <i>terendus</i>	<i>lapidis humiditas vnde</i>	221.
9		<i>purificatio</i>	321
<i>lapidis & pulli generatio</i>	551	<i>lapidis & Mercurij disputa-</i>	110
<i>lapidis proprium nomen ob-</i>	41	<i>tiō</i>	201
<i>scutum</i>		<i>lapidis preciosi perfectio</i>	11.
<i>lapidis varia nomina</i>	11.	58.59	
41. 3 nomina <i>precipua</i>		<i>lapidis magisterium ad al-</i>	
73 <i>generatio</i>	317.318.	<i>bum</i>	223. <i>ad rubeum</i>
<i>natura</i>	219. 222. <i>mor-</i>	225	
<i>tua reuiscit</i>	17	<i>lapidis scientia quid</i>	405
<i>lapidis initium</i>	12. <i>alimen-</i>	<i>lapidis gradus</i>	229. <i>rasa</i>
<i>tum</i>	45	293	
<i>lapidis elementa quatuor</i>	199	<i>lapidem esse, in omnibus re-</i>	
<i>lapidis definitio</i>	99.100	<i>bus declaratur</i>	399
<i>lapidis varia descriptiones</i>	87	<i>lapidem esse ex quatuor ele-</i>	
<i>lapidis primum elementum</i>	104.105	<i>mentis</i>	109. 110. 319
<i>lapidis pars prima</i>	372.	<i>lapidem quatuor esse naturis</i>	80
<i>pars secunda</i>	373	<i>lapidem quatuor habere na-</i>	
<i>lapidis proprietas</i>	222	<i>turas</i>	32. <i>ex aqua gene-</i>
<i>lapidis & hominis compara-</i>	198. 99	<i>rari</i>	110
<i>tiō</i>		<i>lapidem quis ignoret</i>	162
<i>lapidis similitudo & veneni</i>	131	<i>lapidem offendi in montibus</i>	
<i>lapidis & spermatis in crea-</i>	18	<i>declaratur</i>	399
<i>tione</i>		<i>lapidem quis agnoscat</i>	162
		<i>lapidem vbi non prodest ma-</i>	
		<i>gnificè appellari, vbi pro-</i>	
		<i>dest, celari</i>	41
		<i>lapidem vt Aristoteles nomi-</i>	
		<i>nari</i>	198
		<i>in Lapidem extraneum non</i>	
		<i>ingredi</i>	109

I N D E X.

de Lapide contraria affirmari	41	magisterium nostrum quid	180
in Lapide quæ sint	109	magisterium totum	234. in quo 300
lapides ex luto fiant	241. vt 240	magisterium acutum Philosophorum	239
lapides marini	86	magisterium in pace consistere	232
lapides quot modis fiant	240	magisterium lapidis cui simile	180
lapides preciosi vt ab alchimia fiant	157	magisterij alchimici summa	115
lapides ex vegetabilibus fieri hora terramotus	240. 241	Magisterij necessaria	218
in Lapidibus animalium partem	242	in Magisterio duo præcipua	202
Laton quid	179. 322	magisteria artis quatuor	211
lanatio	185	magnesia 69. 77. 85. alba	28. 51. 59. 132.
latitudo	268	marian	163. 173
Lectulum suum	191	margarita præcipua	376
Libri Alchimistarum	23	maritech	28. 77. 87
ligamentum elementorum	386.	martec	51
liquefactio corporum	146	Martis operatio	228
liquabilem principium	146.	Maris splendor	29
elementum	244.	marmoris splendor	ibid.
stantia	353	mas Philosophorum	111
litargyrium	264	masculinum corpus	139
Luciferum cadere	390	mater mundi	370
ludus puerorum	7. 8. 397.	mater elementorum	309
declaratur	40	mater eius luna	145
lumen quid sit	380	materia quid	168
luna quid significet	180	materia vna	279
luna saltus	229. 323	materia omnium metallorum	178
lunæ sputum	27. 34	materia prima duplex	266.
lunæ operatio	228	metallorum	300
lunaria	265	materiam coagulari & calcinari	115
lux vera Christus	382	medietas	230
M		medicina vna	300
Menchen	230		medi-
Magister Maier	126		

I N D E X.

<i>medicina subtilior</i>	324	<i>mercurij maximi virtus</i>	
<i>medicinae nostra materia</i>			315
306. <i>super elixir ponere</i>		<i>mercurij beneficium</i>	233
<i>cur</i>	218	<i>mercurij laudes</i>	373
<i>medicinam dupliciter mul-</i>		<i>mercurij & lapidis disputa-</i>	
<i>tiplicari</i>	344.345	<i>tio</i>	200.201
<i>melancholia</i>	248	<i>mercurium sublimare</i>	263
<i>melancholia virtus</i>	133	<i>mercurialis natura</i>	101.
<i>melius vt deterius fiat</i>			304
331		<i>metallum corruptum</i>	136
<i>menstruum</i>	280.307	<i>metalla vt generentur</i>	365
<i>mercurius quot nominibus</i>		<i>metalla omnia ex mercurio</i>	
<i>dicatur in lapide</i>	110.		266
<i>quid</i>	103.186.307.	<i>metalla diuersa cur in terra</i>	
309		<i>creentur</i>	303
<i>mercurius Philosophorū</i>	135.	<i>metalla minora mercurio</i>	
313.		<i>non generari</i>	358. non
<i>duplex</i>	103	<i>posse fieri mercurium</i>	
<i>mercurius prima materia</i>		<i>ibid. &</i>	338
280		<i>metalla minora cur metalla</i>	
<i>mercurius lapidis materia</i>		<i>fieri non posse</i>	357
99		<i>metalla imperfecta</i>	144
<i>mercurius pater lapidis ibid.</i>		<i>metalla ab argento viuo quid</i>	
<i>masculus</i>	103	<i>differant</i>	354
<i>mercurius sperma metallo-</i>		<i>metalla omnia in quæ redu-</i>	
<i>rum</i>	280	<i>cantur</i>	312
<i>mercurius fæmineus</i>	103	<i>metalla elixiri propinquiora</i>	
<i>mercurius ex quibus compo-</i>		284	
<i>situs</i>	101	<i>metallorum principium</i>	100
<i>mercurius omnium metallo-</i>		<i>metallorum generatio</i>	103
<i>rum principium</i>	100	<i>metallorum nascendi modus</i>	
<i>mercurius viuis</i>	391. deco-	<i>occultatus</i>	<i>ibid.</i>
<i>ctus</i>	303	<i>metallorum prima materia</i>	
<i>mercurius clauis</i>	403	300.303	
<i>mercurij generatio</i>	354	<i>metallorum finis</i>	99.100
<i>virtus</i>	298. anima	<i>metallorum efficientes causæ</i>	
314		369	
<i>mercurij præparati potestas</i>		<i>metallorum species vt trans-</i>	
109		<i>mutentur</i>	178
<i>mercurij primi præparatio</i>		<i>metallorum species vt con-</i>	
316			
<i>mercurij operatio</i>	228		

I N D E X.

<i>stantur</i>	280	<i>aqua & lapis</i>	19
<i>metallorum reductio in primam materiam.</i>	<i>ibid.</i>	<i>natura generatiua metallorum</i>	386
<i>metere</i>	164	<i>natura corruptionis</i>	1
<i>Monades</i>	379	<i>natura quomodo cecidit relexari</i>	49
<i>mons Mambracus</i>	126	<i>natura omnis in Sole</i>	401
<i>montes vt fiant</i>	242	<i>natura mercurialis</i>	304
<i>montes, id est, cucurbita</i>	164	<i>natura occulta congelari</i>	19
<i>montium & lapidum generatio</i>	241	<i>natura ignis</i>	381
<i>morbi qui per elixir curantur</i>	155.156	<i>natura, id est elementa</i>	3
<i>mors quid</i>	4	<i>natura principium</i>	300
<i>mortis definitio</i>	4.289	<i>natura cunabula</i>	370
<i>mortificatio</i>	148	<i>naturæ vis 85. terminus 50.303 arcanum</i>	386
<i>mortuos suscitari</i>	185.186	<i>naturæ plures descriptiones</i>	381
<i>masculus</i>	169	<i>naturæ vt commisceantur</i>	330
<i>mineralia multiplicari</i>	178	<i>naturæ multiplicantes</i>	141
<i>mineralium diuisio</i>	303	<i>naturæ magisterij</i>	214
<i>Mundus minor ex quibus compositus</i>	246	<i>naturas quatuor in calum ascendere</i>	26
<i>mundi rex & imperator</i>	380	<i>naturam natura letari</i>	40.
<i>mundi oculus</i>	380	49	
<i>mundi nostri principium</i>	1	<i>naturam naturis obuiam ire</i>	
<i>mundum esse animal</i>	382	<i>ibid.</i>	
<i>mundificatio 286. natura</i>	387	<i>naturas commisceri</i>	22
<i>Musa discipulus</i>	209	<i>Nigredo quid 273. prima 87. maior 320. cuius rei signum</i>	21.22
<i>Mysterium maximum</i>	391	<i>nigrum 84. duplex</i>	141
N		<i>nomina lapidis cur multiplicata 89. per similitudinem posita</i>	143
<i>Naman Syri exemplum</i>	322	<i>nominare res 184. actiones</i>	<i>ibid.</i>
<i>natura 1. quid dicatur</i>	296.381	<i>Numerorum mysteria</i>	379
<i>natura rerum</i>	43	<i>nutrire quid</i>	117
<i>natura vnum duorum</i>	16	<i>nutriri</i>	149
<i>natura vna re consentia</i>	69		
<i>natura & humiditas fit</i>			

I N D E X.

<i>nutrix eius est terra</i>	154	<i>operatio prima</i>	274
<i>nutrimenti auctor</i>	96	<i>operatio infortunata</i>	154
<i>numus 58. varius</i>	48.	<i>operationis termini</i>	321
<i>vulgi 25. 29. aureus</i>		<i>in Opere consideranda</i>	6
176. <i>Philosophorum</i>		<i>operationes quæ</i>	185
<i>intentio</i>	30	<i>operationum modi</i>	232
<i>numi Hermetis</i>	81	<i>operandi brevis modus</i>	404
O		<i>operandi lapidis ad album</i>	
O cciso	148	<i>modus</i>	223
Occupatio	239	<i>Orbium intelligentiæ</i>	384
Odores quatuor	227	<i>origo mundi</i>	219
Officia mutua corporis, spiri- tus & animæ	116	<i>ortus</i>	180
Oleum quid 310. Philoso- phorum 90. preciosissi- mum 227. incombusti- bile	316	<i>oui similitudo 133. exem- plum</i>	45
Opus trium verborum	227	P	
opus trium dierum	276	P anis in lapidem conuer- sus	241
opus primum 181. vt fiat	316	<i>parabola festiua Alchimie</i>	
opus secundum ibid. & vt fiat	181	126. & deinceps.	
opus tertium vt fiat	ibid.	<i>paria combinanda</i>	16
opus quartum vt fiat	182	<i>particularia duo in hac parte</i>	
opus non variuum	69	<i>perfici</i>	404
opus mulierum	7.8.191	<i>pater mirabilium</i>	200
opus lapidis esse opus mulie- ris declaratur	400	<i>pater eius est Sol</i>	145
operis initium	114. 277	<i>patientia opus</i>	71
principium	85. 266	<i>pax inter contraria</i>	4
caput 17. intentio		<i>pax inter elementa</i>	239
266. diuisio per tempo- ra 8. mundus	33. 80.	<i>Pelagus</i>	269
secretum	7	<i>perfectiõnis signum</i>	147
operis secunda pars	190.	<i>permutationis corporis</i>	269
403		<i>Persarum Philosophorum</i>	
operis pars tertia	403	<i>de tincturis disputatio</i>	228
operis prolixitas	320	<i>Philosophica expetenda</i>	383.
operi quinq; necessaria	214	<i>philosophiæ Minerua</i>	376
operatio vna	185	<i>philosophiæ tres clauis</i>	388
		<i>philosophiæ osor iureconful- tus</i>	376
		<i>Philosophi Christiani</i>	383.
		<i>Persæ 227. male intel- lecti</i>	199

I N D E X.

Philosophos	dissentire	preparationis primus modus	
	verbis, conuenire sen-	233	
	tentia	10	preparande res
Philosophorum genera duo			105
369.	congregatio	1	practica altera pars
scopus	69.	intentio	391
21. 30. 99.	consideratio		primum opus
387.	mos in describendo		24. 181. 187
lapide		176	primum verbum
			182
Philosophorum aqua		18	principium primum natura-
ignis naturalis		393	le
Philosophorum lapis			267
385			principium omnium creatu-
philosophantium		327	rarum
Phlemæ virtus		133	44
Planetarum opera ubi		228.	principia rerum tria
operationes		128	295
plumbum quid		28. 244.	processus ad lapidem
cur ponderosum		263	108
sapientium		85	propinquitas inter que
plumbum & acetum princi-			346
pia lapidis		56	propositiones obscura eluci-
plumbum rubrum initium			dare
operis		136.	399
sapientium		7.	Prothonotarij historia
7. rubrum		142.	158
album		141	Puer homo perfectus
141			396
plumbum cum plumbo pone-			pueri
re		171	94. 397
plumbi compositio		244	pugnam irritare
in Plumbo vita mortua		142	72
Pondera elementorum in			pullus Hermogenis
lapidis confectio		338	183
338			puluis 169. spiritualis
portauit ventus in ventre suo			66.
154			impalpabilis
Practica alia		323.	64
& deinceps.			purificari res
			184
pregnatio		180	putrefactio
preparatio		311	149. vt fiat
preparatio rerum		312	32. prima
			196. * ma-
			xima
			12. 60. operatio
			274
			putrefactionem, elemento-
			rum putrefactionem præ-
			cedere
			234
			Pythagorica tertia synodus
			1
			Pythagoræ primum præce-
			ptum
			398
			Q
			Quartum opus
			182
			Qualitates prima
			290
			quæstiones necromantica de
			1010

I N D E X.

toto processu lapidis cum responsione	404	rex lapis	180. 285
quinta essentia spiritus	309	vi oritur	117. vii. iii.
quinta essentia elementorum	295.	triendus	114
ab elementis differens	329	Rubedo 87. in plumbo	7
quintam essentiam quid vocemus	293	rubor ex nigredine	39. in
ex Quatuor elementis omnia	288	albedine absconditus	87
		duplex	140
		rubedinem in albedine occultari	39
		rubigo quid	106
		rubiginam conuertere in venenum	32. 80
R		S	
Anderich rarum	29 248	Agitta ex pharetra nostra	188
Rectificatio 235. corporum	152	Salamandra	272
reducere	106. 137	sal commune 135. Armoniacum ibid. aromaticum 136. alkali vnde 135. nitrum 257. vrina	135
reductio vt fiat	236	sal nostrum	135
Rebis	199	sal fixum	313
regere parce	88	salia duplicia	135
regimen Alchimistarum vnus	71	salium proprietates	132
regimen quo corpora figantur	33	sal saturata	ibid.
regimen vnum, verba plurima 23. figendi corpora 81. 83. totum quibus fiat	21	saltus luna	229
regimen gnus 277. faciendi lapidis	61	sandarach	78
regiminis primus gradus	233	sanguis	135. 248
secundus gradus	234.	sanguis est anima	234
quartus gradus	238	sanguis menstruus	102
reiteratio laudatur	340	sanguis vbi inueniatur	57
	343	sanguinis virtus	132
renouatio	152	sapientia occulta	1
res vna	321	sapientum dictum	26
res cruciata	87	sapo corporum	222
res Philosophicis que rerum initium	400 296	sapores quatuor	291
		satis album 21. nigrum ibid. & 69. rubrum 21. rubeum	69
		Saturni splendor	86. o.
		D	4

I N D E X.

peratio	228	siccitas alchimia	146
Scala nostra	251	similitudo prolis cum alchimia	126
scientia alchimia exemplum	249	similitudines nō esse proprietates	120
scientiarum portæ	ibid.	simile simili generari	16.
scopum alchimicum quis attingat	116	103	
scolia	206.207	Sol vnus verus	100. me-
scoria quid	308	tallorum finis	ibid.
scutellæ	131	quid significet	180. 181
scribendum cur per enigmata	399	mundi osulus	380
Secretum 234 magnū 278. nostrum	330	planetarum rector	190.
secretum secretorum	144	cali viator	ibid.
secretum operis	7	Sol & Luna & stellæ ex igne & aere composita	47
secretum cuiuslibet res est eius anima	314	Sol fructus perficit	262
secundum opus	181	Sol ex quo generetur	297
semen paternum	307	Sol pater, & Luna mater	ibid.
semen à Mercurio vt extrahatur	307	Sol solus cur non tingat	297
senioris verba	123	Solis circulus 230. operatio	228
sententia sapientum	43	Solis & Lunæ coniugium	395
sententiarum diuersitas in opere philosoph.	143	Solis flos	49
separatio elementorum	109. 319	Soles tres	395
septem ad duo addi	111	soluere	106.187
Serensis exemplum	172.173	solutio 285. vniuersalia	201. ex natura 109. perfecta 307
Sericon	68	solutio nostra secretum nostrum	330
sermo typicus	129	solutio per discordiam fieri	387
serpens 108. seipsum impregnans	98	solutio necessaria	110.
serpentis frater	107	& eius operationes	110.
serpentis soror	ibid.	duplex 344. philosophica 182. quid faciat	182. alia 183.
seruus pretiosus	16	solutio	
serui rubei natura	64		
sexus duo	291		
Signa bona lapidis	153		

I N D E X.

<i>solutio & congelatio una</i>	<i>dialogus</i>	394
<i>operatione fieri</i>	<i>spiritus ut in corpora vertantur, & econuerso</i>	227
212	<i>ut corpora ingrediantur</i>	201
<i>solutio ut fiat</i>	<i>spiritus preparans</i>	314.
216	<i>duplex</i>	<i>ibid.</i>
<i>solutio, operatio secunda</i>	<i>spiritus tingens</i>	315.386.
274	<i>humidus</i>	19
<i>solutio operationis finis</i>	<i>spiritus duodecim nominibus</i>	
185	<i>dici</i>	116
<i>solutionis res tres</i>	<i>spiritus septem</i>	<i>ibid.</i>
185	<i>spiritus beneficus</i>	314
<i>solutionis primus modus</i>	<i>spiritus principales</i>	202
266	<i>spiritus fugaces ut fixentur</i>	
<i>in Solutione lapidis quid cauendum</i>	217	
112	<i>spiritus in aquam conuertendi ante sublimationem</i>	
<i>solutiones sapientiae filiae</i>	110	
387	<i>spiritum multiplicabilem, sed non corpus</i>	397
<i>soror prima</i>	<i>spiritum retinacula</i>	202
132.	<i>spissitudo initiorum 2. ubi fit</i>	317
<i>secunda</i>	<i>splendor corporum</i>	316
<i>et tertia</i>	<i>sputum Luna</i>	34.52.135.
<i>ibid.</i>	143.	<i>boletorum</i>
<i>sorores tres</i>	131	28
<i>Species non permutari</i>	<i>Stannum & argentum non conuenire</i>	61
301.	<i>ex Stanno cuprum facere</i>	
<i>in corruptibiles</i>	142	
<i>ibid.</i>	<i>stella ignea</i>	1
<i>sphaera materialis</i>	<i>study utilitas</i>	351
384	<i>stultum quid</i>	261
<i>sperma</i>	<i>Substantia diuisa</i>	292
103. <i>quale</i>	<i>substantia fixa</i>	147
255.	<i>substantiae quatuor</i>	294
<i>lapidis. ibid.</i>	<i>sublimare quid</i>	147.180
<i>Philosophorum</i>	<i>sublimatio</i>	332
312. <i>proprium</i>	<i>cur fiat</i>	<i>ibid.</i>
<i>metallorum</i>		
312		
<i>spermata duo</i>		
102. <i>ut commisceantur</i>		
103		
<i>spiritus quid</i>		
67.76.386		
<i>spiritus quid dicatur</i>		
307		
<i>spiritus duplex</i>		
139.315		
<i>spiritus generationis author</i>		
386		
<i>spiritus qui mercurij dicuntur</i>		
351		
<i>spiritus fugiens</i>		
74		
<i>spiritus est mercurius</i>		
315		
<i>spiritus siccus</i>		
<i>ibid. vinus</i>		
194		
<i>spiritus Domini</i>		
381		
<i>spiritus quintae essentiae</i>		
309		
<i>spiritus animae & corporis</i>		

I N D E X.

quid	146.165.185.275.	Synodus tertia Pythagorica	
duplex	147	I	
fulphureitas fixa	313	Synonyma in arte	267
fulphur quid	247		
fulphur natura	25	T	
fulphur Philosophorum	111.		
rubeum ubi sit	261.	T Alk	202
& album	234.	Temeynchum	213
quid sit	147.357	tenebrae ut videantur	297
fulphur quod mercurio me-		terra quid	110.303.
lius cohaereat	357	qua matrix	312
fulphur incremabile	472.	elementorum mater	180.
incombustibile	8.77.78.	2 ^o 3. non elementum, sed	
fugiens	78.	elementata	295.
vitiium	392	ubi verum elementum, ib.	
fulphur in luna	362	spissior elementorum	2.
fulphur coagulare ut intelli-		argentea	129.
gendum	357	foliata	309.
fulphur album & rubeum		calcinata	183.
239.272		spissior	44.
fulphur rubeum	129.261	alba	129.
fulphur nigrum	136	inanis	377.
fulphur denigrans	39	vina	391.
fulphur tam album quam		Aegyptiaca	86.
rubeum ubi inueniatur		Solis	93
310. eius natura	311	vulgi ut à philosophicali	
fulphuris mos	30	separetur	330.
fulphuris & mercurij gena-		Mercurij	104.
ratio	356.357	Luna	ibid.
fulphuris compositio	244	sapientiae	129.
fulphuris perfectissima com-		ut dealbatur	324
positio	333	terra solutio quo igne fiat	
fulphuris perfectio	30	392	
proprietas	390	terram in calum sublimari	
aqua	26	393. denigrare	88.
vapor	353	spirituare	317.
fulphura duo	397.	tertium opus	181
multa vnum sulphur	47.	Thabritis	95
animae	25.	Theologus inflatus	375
sulphuribus contineri	21.	theriacae & lapidis smiti-	
29.70		tudo	

I N D E X.

<i>tudo</i>	134	<i>vegetabilia quos respiciant</i>	
<i>thesaurus ex tribus verbis</i>		<i>planetas</i>	121
229		<i>venenum</i>	68.108.
<i>thucia</i>	139	<i>sapientum</i>	11.
<i>Tingere quid</i>	374	<i>mortiferum</i>	186.
<i>tinctura</i>	78.	<i>quid 106. diuidendum</i>	113
<i>ut vocetur</i>	131.	<i>venenum siue aquam diui-</i>	
<i>ex quibus</i>	73.	<i>dere quid</i>	<i>ibid.</i>
<i>ut fiat</i>	25.147.178.	<i>veneni tingentis generatio</i>	11
<i>permanens</i>	316.	<i>venerari regem cum sua v-</i>	
<i>sapientie</i>	129.	<i>xore quid</i>	64
<i>vera auri</i>	140.	<i>uentus meridionalis</i>	32
<i>quibus vita, & quibus</i>		<i>Venus nostra</i>	193
<i>mors</i>	63.	<i>Veneris operatio</i>	227
<i>non sine plumbo</i>	8.	<i>verbum primum</i>	182
<i>nulla sine rubro lapide</i>		<i>secundum</i>	285.
263. <i>Philosophorum vbi</i>		<i>tertium</i>	182.230 286.
<i>sit 153. quantæ præ-</i>		<i>quartum</i>	182.286
<i>stantiæ</i>	50	<i>verba tria preciosa</i>	228
<i>tinctura fixa</i>	29.78.	<i>verborum trium liber</i>	226.
<i>multiplicatio quid</i>	372.	<i>expositio</i>	230
<i>tres definitiones</i>	309.310	<i>veritatis natura vna</i>	40
<i>tincturam non fieri absque</i>		<i>vestis tenebrosa</i>	12.59
<i>plumbo</i>	55	<i>vetula extenuata</i>	129
<i>tincturarum differentia</i>	269.	<i>via regum</i>	254
<i>extractio</i>	316	<i>virtus expulsiva</i>	246.
<i>tinctorum herba</i>	93	<i>digestiva masculina</i>	247
<i>tingens in infinitum</i>	147	<i>retentiua faminea. ibid.</i>	
<i>Triades</i>	122	<i>appetitiua masculina ibid.</i>	
<i>tria ad vnum addi</i>	111	<i>virtus quinta</i>	259
<i>Tyria</i>	36	<i>virtus spiritalis & minera-</i>	
<i>tyrius color</i>	84.85	<i>lis</i>	319
<i>tyriaca Philosophorum</i>	90	<i>virtus sulphuris Mercurij</i>	
V		309	
<i>Vapor vntuosus</i>	30	<i>virtutes & effectus alchimie</i>	
<i>varietas in opere nulla</i>	21	346. & deinceps	
<i>vas vnum lapidis</i>	131	<i>visio Aruæli</i>	94
<i>quando aperiendum</i>	113	<i>visibile parue durationis</i>	
<i>vasis quando cauendum</i>	196	294	
<i>Vegetabilibus ut ignis insit</i>	4	<i>vita quæ</i>	133

@

I N D E X.


7.⁸

vita mortua ybi	142	vnum compositum esse	24
vita mortuorum	222	vnio spiritus & animæ ut fiat	
vitriolam Philosophorum	276	Volatilia ex quibus creata	
136		289	
vituli vrina	66	Vrina 108.	tauri 135
viua cuncta mori	17		
viuificatio	136		
Vlmanus Franciscanus	401		
Vnctiuosi & viscosi differentia			
315			
unguentum Philosophorum		Y Haris	215
91		Yle	296
vnum quid	25.87.88	Txir	14.23
vnum in Alchimia	87		
vnam rem nihil alienam ad-			
mittere	109	Z	
vnum decem nominibus no-		Z Andarie	162.187
minari	32	Zendrio	28.77
		Zubech	206


INDICIS in Tomum primum Opu-
sculorum ALCHIMIAE
FINIS.




@



@



@



@

